Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.

+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.

+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.

+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

Digitized by Google

Digitized by Google

CODEX
JURIS GENTIUM
DIPLOMATICUS,

Ex recenſione

G. G. L.

Digitized by Google

Digitized by Google

CODEX JURIS GENTIUM DIPLOMATICUS,

In quo

TABULÆ AUTHENTICÆ

Actorum publicorum, Tractatuum, aliarumque Rerum majoris momenti per Europam gestarum,

PLERÆQUE INEDITÆ VEL SELECTÆ,

ipso verborum tenore expressæ ac temporum serie digestæ, continentur;

A fine Seculi undecimi ad nostra usque tempora aliquot Tomis comprehensus:

QVEM

EX MANUSCRIPTIS

præsertim Bibliothecæ Augustæ Guelferbytanæ

CODICIBUS,

ET

Monumentis Regiorum aliorumque Archivorum, ac propriis denique Collectaneis

Edidit

G. G. L.

GUELFERBYTI
APUD JOH. CHRISTOPH. MEISNERUM.
Anno M D CC XLVII.

Digitized by Google

Excerpta ex Epistola 1. Martii 1693. data.

MAgnum ad Historiæ fidem ac rerum interiora noscenda momentum habet ipse tenor actorum: & cum jura gentium voluntaria usu ac placitis eorum maximè nitantur, qui participes sunt summæ potestatis, aut ab illa autoritatem habent; visum est editori promissi operis, ab aliquot seculis colligere complura *Diplomata rerum magnarum* inter gentes, aut publico nomine ac publica in causa gestarum. Non Pandectas inscripsit, neque enim omnia habet; nec Digesta, quia non materiarum, sed temporum ordinem sequimur; sed *Codicem* non quasi Justinianei similem; sed uti Codicem Canonum veteris Ecclesiæ, Codicem argenteum Ulphilæ, Codicem Legum antiquarum, Codicem donationum piarum dicimus. Habet tamen hoc Codici Legum affine, quod ea continet, quæ sola inter liberos populos legum sunt loco, vel quas sibi, ut ita loquar, leges dixêre, qui rebus præsunt; quæ interdum & apud alios exempla valent, certè notitias utiles *Politicis* suppeditant.

Cæterum Codex iste non Germanicis tantùm aut alterius populi rebus astringitur, sed pleraque Europæa attingit: nec tantum pacificationum Tabulas & fœdera aliave, quæ vulgo *Tractatuum* nomine censentur; sed & contractus matrimoniales Principum, testamenta, adoptiones, varias obligationes, pacta conventa & alienationes; uniones territoriorum, limitum designationes; commerciorum, navigationum, & in eam rem initarum societatum articulos; recessus conventuum publicorum, Edicta rem publicam afficientia ac leges fundamentales; atque etiam nonnulla Conciliorum generalium acta singularia, Concordata Nationum, aliaque ad Rempublicam Christianarum gentium pertinentia; tum arbitraria vel lauda, & res judicatas; belli denunciationes vel diffidationes, protestationes, expostulationes, rerum repetitiones & fecialia manifesta; confiscationes, destitutiones, depositiones; & contra electiones, hominia, investituras, cæremoniarum solennia, dispensationes, privilegia majora, aureasque & plumbeas bullas ad rem facientes; Creationes quoque novarum dignitatum ac principatuum, quin & regnorum erectiones, aliaque id genus plura continebit.

Porro maxima horum pars *inedita* hactenus latuit; itaque proderit consilium ad eos excitandos qui talia habent in manu, ut producant in usum reipublicæ: Adjecta sunt tamen subinde typis jam edita, sed minus obvia & *selectiora*. In antiquioribus & ex manuscripto edendis liberalior fuit editor, quòd talia rariùs occurrant; in posterioribus severiore delectu utendum sibi putavit. *Idioma* retinuit quod ipsa subministrabant manuscripta, præsertim cum plerumque sit originale; interdum tamen, deficiente prototypo, versio adhibita est, sed plerumque antiqua, aut quæ ex *publicis Archivis* promanavit.

Curæ fuit, ut diligenter recenserentur omnia, ac lumen à distinctionibus acciperent; quod inprimis necessarium erat, ubi latina dictio barbarizat ac turbida fluit, aut vetus vernacula à præsenti usu dissidens, attentum lectorem postulat. Nam & Gallico sermone scripta occurrent, non hodierno tantùm, sed qualis aliquot retro seculis viguit; cujus hodieque supersunt reliquiæ in Galliæ & Belgii judiciis, & in Anglica olim jura cum Normannis atque Andegavensibus Regibus transiere. Ut Italica quædam aliave, quæ parciùs occurrent, taceamus. Corrupta loca interdum restituta sunt, cùm res dubio carebat; interdum notata tantum; nec temere sibi aliquid editor permisit.

Postremo rogantur quibus vel munus, quod in Republica sustinent, vel eruditio aut curiositas ad talia aditum fecit, ut in communem usum conferre symbolam velint. Si quid suppeditabitur singulare ad hanc collectionem ornandam atq; augendam, tum in antiquioribus, tum maximè in nostri seculi rebus; sive prorsus *ineditum* hactenus; sive etiam impressum typis, sed *in scheda evanescente*, aut alioqui loco non obvio latens: beneficium editor gratus agnoscet & prædicabit. Quæ nunc prodeunt, usq; ad annum 1500. circiter pertingunt. Recentiora Deo volente mox sequentur. Si quæ seriùs obvenient, *supplementis* inserentur. Data est opera iis potissimum colligendis, quibus jura moresq; gentium & locorum, tam Historia sacra & profana, Geographia, Genealogia, Glossaria, augeri atque illustrari; & *negotia publica tractantium usui, cæterorum etiam curiositati* consuli possit.

Digitized by Google

BENEVOLO LECTORI

Godefridus Guilielmus Leibnitius

S. P. D.

QVanquam *ſcopus operis* ex *titulo*, adjectaque *ad amicum Epiſtola*, maximè verò ex indice Diplomatum appareat; viſum tamen eſt, *introductionem* paulo ampliorem huic veſtibulo convenire, ut *de Publicorum Actorum uſu vero* rectiùs pronuntietur, & qualia à noſtra Collectione expectari poſſint, etiam exemplis appareat; ſimul & veri juris naturæ gentiumque fontes digito indicentur. Equidem pueros nucibus ludere Lyſander olim dicebat, ſenes juramentis; hodiè verò de multis non injuria dixeris, à potentibus domi chartulis, in republica fœderibus ludi. Idque meritò reprehendimus, cùm ſcilicet levitate vel cupiditate à pactis receditur: interdum tamen & bonis variandum eſt; cum aliena fides jure ſuſpecta ſit, neque *cautio damni infecti* præſtatur. Hinc *Elementorum de Cive ſcriptor* acutiſſimus judicabat *inter* civitates diverſas aut *gentes*, *perpetuum eſſe bellum*; non ſanè prorſus abſurdè; ſi modo ea doctrina non ad jus nocendi, ſed ad prudentiam cavendi referatur. Ita fit, ut pax cum prævalido hoſte, velut duorum gladiatorum reſpiratio ſit, atque interdum nè quidem pro induciis valeat. Unde illud propè ridiculum contigit noſtro tempore, ut induciæ fierent paulo poſt pacem, quod contra oportebat; nam facile eſt judicare qualem pacem eſſe oporteat, quæ induciis eget. Neque dubium eſt, iniquis conditionibus extortis ſtimulari pudorem ſuccumbentis, victoris verò appetitum irritari. Itaque elegans nugator in Batavis cum more gentis ſignum pro domo ſuſpendiſſet, *pacis perpetuæ*, pulchro titulo figuram *cœmeterii* ſubjecerat. Ibi ſcilicet mors quietem fecit. Et *Aizema* clarus harum rerum notitia, etiam Epitaphio teſtatus eſt ſententiam.

Qui pacem quæris libertatemque, Viator,
Aut nuſquam aut iſto ſub tumulo invenies.

Hæc ſcilicet rerum humanarum conditio eſt: & nonnunquam evenit pro ſitu regionum aut facie temporum, ut Principi ſemper ſit bellandum, & tamen ſemper de pace fœderibusque tractandum. Duobus aut tribus propè ſeculis nihil aliud Galli Anglique inter ſeſe egere, donec Angli continente amiſſo excedentes theatro, locum Hiſpanis fecere. Quare idem poſtea Carolo V. Imperatori & Franciſco I. Galliæ Regi videmus contigiſſe, quorum tot extant tractatus, ut nullum credas habuiſſe bellandi tempus; tot verò hoſtiliter acta memorantur, ut nunquam pacem feciſſe videantur. Et Vir egregius in his ſtudiis, Legati cujusdam nuperi dictum me docuit, de magno & tota vita negotioſo Principe, facetum ſanè, quanquam totum latinè reddi non poſſet: *Hunc Principem lautè*, inquit, *vivere oportet, car il traite tousjours.* Gallia certè inter regnandi hodiè artes habet; ubi vix ictum intulit, ſtatim de pace verba jacere; ita ſimul & belli commoda percipiuntur, & ad pacifici animi laudem aſpiratur.

Erit fortaſſe, qui mirabitur, de infirmitate chartacei vinculi præfari, Tabulas & pacta edentem; judicabitque actis publicis exiſtimationem detrahi, agnoſcendo, quàm alia à rerum Dominis in occulto agitentur. Sed

 mihi

Digitized by Google

mihi ingenuè quod res est profiteri, & verum rei pretium statuere consilium est: diversa enim quæstio est, suum quæque momentum habens, quid actum sit, & quo sit animo actum. Deinde ex apertis occulta divinantur, & phænomena observanda sunt, ut rationes apparentium investigentur. Itaque libens fateor duplicem *Historiam* esse, unam *publicam*, alteram *arcanam* seu (Procopii verbo) *Anecdotam*; uti duplices *bellorum causas Grotius* agnovit, quas *justificas* aut *suasorias* appellat. Quanquam meo judicio & *suasoriæ* rursus duplices sint, nempe vel *utilitatis* vel *affectus*: neq; enim semper vera consilia prævalent, sæpius Rex hominem quam Regem agit, & levibus momentis magna vertuntur. Duæ autem sunt *Historiæ leges*, sed quæ æqualiter observari ambæ in utroque Historiæ genere non possunt. Nam Historiæ publicæ est, *nihil falsi dicere*; Arcanæ, præterea *nihil vere non dicere*; ut illa uno pede claudicare videatur. Sed ita postulat ratio rerum: & quemadmodum in forensi controversia multa per litigantes & solicitatores fiunt apud judices; quæ nuspiam apparent in scripturis, neq; in acta referentur; cum & fœminarum blanditiæ & auri splendor sæpe plus legibus & testimoniis valeant: ita pleraque latent in Potentum actis, causisque negotiorum; præsertim cùm sæpe exigua & inobservata majorem opinione vim habeant. Sic fortè vox falsior relata vel ficta principis aut rerum Ministri animum pupugit, aculeumq; reliquit; unde occulti stimuli odiorum & vindictæ, quæsitis in speciem coloribus velati. Et non rarò magnos rerum motus excitat generosum pectus, ideò tantum, ut nescio quid refutet, quod in sui contentum trahebat. Sæpe etiam unam noctem principis male dormientis & inde consilia acerba ex præsenti animi vel corporis habitu capta, mox multa miserorum millia suo sanguine luerunt. Interdum muliebris impotentia maritum vel amatorem impellit; sæpius affectus ministrorum in Dominos contagio transferuntur. Et fatendum est, uti in scenico opere machinas apparere indecorum esset; ita Historiam aliquando nonnihil de pulchritudine amissarum, si causæ veræ semper cernerentur, appareretq; Heroas subinde puerili studio, aut muliebri libidine, aut etiam servili cupiditate egisse. Scilicet hominum gesta legimus, non Deorum; & sufficit ad decus ipsorum & documenta posterorum, multa graviter & fortiter & sapienter acta extare. Prava exempla interdum rectiùs ignorantur. Itaque nec facile fides illis adhibenda est, qui de Principibus indigna narrant, sed occultiora; quæ à paucis nosci possunt, nec libenter à noscentibus memoriæ commendantur. Et tamen cum adulatoribus parum credatur, satyram scribentibus nimis pronæ præbentur aures. Et sunt Historici qui pejores repræsentant homines quam fuerunt; his tamen scriptoribus etiam commenta ingenii perinde ac si interfuissent, narrantibus, humana malignitas & occulta in potentes invidia auctoritatem facit. Accedunt populorum studia inter se adversa; & multa video passim apud Gallos ineptè fingi crediq; de Carolo V. de Ferdinandis, de Philippis, quæ ex nescio quibus rumusculis, licentia scribendi, in Historiam irrepsêre. Vicissim Germani Hispaniq; libenter credunt, quicquid de Ludovico XIII. contemtim, de Richelio verò & Mazarino administris pene supra humanam malitiam narratur; quamvis nec ille tam pusillus fuerit, nec isti tanti in utramvis partem. Itaq; valde infida Historia est, nisi quæ Commentariis magnorum Virorum, aut Actis publicis, superstruitur.

Sunt igitur *Actorum publicorum Tabulæ pars Historiæ certissima*, quibus perinde ac Numismatibus & lapidum inscriptionibus, rerum fides transmittitur posteritati. Et reperta Typographia factum est, ut tutius chartæ quam saxis aut metallis credas. Quàm multa enim fœdera vel decreta veterum, quanquam æneis laminis vel lapidibus insculpta, periisse putandum est? quàm

pauca

Digitized by Google

pauca in Arundelianis aut aliis marmorum fragmentis ſervata viſuntur? Sed levem charram, repertis typis, facilitas multiplicandi defendit. Sunt autem fœderum, pacificationum, conceſſionum Tabulæ, velut paxilli, quibus ſtatuminatur moles atque interſtinguitur ædificium Hiſtoriæ. Nam poſt multa hequicquam acta armis, poſt ſanguinem fuſum, poſt conſumtas Politicorum artes, fructus belli in pace eſt: nec tàm ex prœliis aut obſidionibus, quàm ex pacificationum Tabulis apparet, quantum quisque peregerit. Uti cùm à ludo ſurgendum eſt, dinumeratis notulis lucrum cujusque aut damnum apparet, ſuſpenſo eo usque exitu. Poſt diuturnam Auſtriacorum cum Gallis concertationem, pace Cambreſina Henricus Franciſci filius Philippi Carolo nati fortunam propè ducentorum locorum reſtitutione agnovit, & longi belli ſumma collecta velut ſubductis rationibus prodiit. Sed & nova exinde rerum facies apparere ſolet; & cùm Vervinenſi tractatu alius Henricus eundem Philippum verſorum in contraria fatorum admonuiſſet, tum maximè Europa in æquilibrio conſtitui viſa eſt: quod mutavit deinde potentia Ferdinandi II. ſed parem diuturna, inclinante mox ad Suecos victoria: poſtremò Weſtphalica & Pirenæa pace Gallorum res ſuperior evaſit; ex quo in unius Ludovici magnitudinem naturæ fortunæque dona confluxêre. Sed nunc iterum deliberant fata, poſtquam hinc Anglia alteri parti acceſſit, ſub Guilielmo Rege à cujus efficace genio expectatur Europæ reſtitutio, illinc Turca magnis antèa cladibus gloriæ Leopoldi ſerviens, vires inſtaurat. Eventum tanti belli proxima demum pace ſciemus.

Ex his intelligitur, *Tabulas Actorum* non minus curioſo quam negotioſo lectori *prodeſſe ad agnoſcenda rerum geſtarum potiſſima momenta.* Sanè qui Rempublicam tractant, in iſtis Monumentis invenient exemplaria quæ inſpiciant, & ubi artes ſuas vel cum voluptate agnoſcant, vel cum fructu augeant; cautionesque & formulas obſervent, quæ gentium juri & publico uſui accommodantur: & quod caput eſt, habent in iſtis exempla & autoritates, quibus in novis ad tractandum congreſſibus inſtrui, & in certaminibus ſententiam tueri poſſint. Neq; aliud crebrius invenias in Legatorum commentariis, quam ut ad acta anteriora provocetur. Scio Miniſtris Regum talia in theſaurus fuiſſe, & pro oraculis conſulta; neque ex editione aliquid bonitati decedet, etſi pretium homines raritate metiantur. Privati autem quos ad hæc inſpicienda curioſitas impellet, cùm aliquando magnam vim Tabularum ſelectarum intuebuntur, in Archivum admiſſi ſibi videbuntur, quaſi in negotiorum partem veniſſent. Quod non eò dico quaſi hæc noſtra tentamenta tanti putem, ſed quod ſperem excitatum iri alios ad ſuppeditanda majora, inſigni in publicum emolumento. Nec tamen variæ hìc apparent rerum humanarum facies, prout Mars Venusve gentibus favit, & victoriis vel matrimoniis imperia ampliata ſunt; ſed & intueri licet magnarum rerum origenes in ipſo fonte. Jucundum etiam eſt ad ſolennia admiſti, ritus obſervare, mutationes rerum, formularum, morum, jurium ab aliquot ſeculis agnoſcere; & in ipſa veterum ſimplicitate & ſoloeciſmis, humani ingenii & linguarum viciſſitudines mirari.

Sed ut uſum ſummatim comprehendam, *proſunt iſta ad Politicas artes, ad Hiſtoriam, ad eruditionem reliquam, ſed imprimis ad intelligenda gentium jura.* De politicis artibus jam diximus, quæ in occulto latent ſub tractatuum ſchemate; ſed plerumque in lucem protrahuntur, ſi Hiſtoriarum ſeriem ſcriptoresque prudentes adjungas. Ita fiet, ut Hiſtorici & Actorum Tabulæ ſibi mutuò lucem fœnerentur & reddant. Et verò experiuntur illi, qui in argumento aliquo publico tractando ſtudium collocant, & Prin-

Digitized by Google

cipum jura ſcrutantur, quàm *laboret Hiſteriæ fides, niſi Acta inſpiciantur*: usq; adeò mutata eſt ſcena rerum ab autoribus, qui ſua ex rumoribus, non ex Tabulariis ſumſere. Vel unum afferam Henrici Leonis, Bavariæ Saxoniæq; Ducis exemplum, quem Fridericus primus Imperator evertit & feudis privavit; quâ de re miræ ab autoribus narrantur fabulæ, ſed inſpecto monumento inſigni, quod nobis Colonienſis ſervavit Eccleſia, nugæ illæ velut nebulæ à ſole diſſipantur. Itaque paſſim hîc *origines* acquiſitionum aliarumve mutationum exhibemus: Veluti quomodo Gallia Lugdunenſem tractum Delphinatumq; ſibi adjunxerit: quomodo Angli Andegavenſi & Turonenſi Comitatu atque Normannia, deinde & Aquitania exciderint; quomodo contrà in Caleti & Guinarum ditione jus, abſolutum à feudali nexu, acquiſierint Bretigniaca pace, qua Johannes Galliæ Rex captivitatem exuit. Sic damus Tabulas Johannæ Reginæ, quibus Avenio pervenit ad Pontificem Romanum: reſtitutionem Roſſilionis à Carolo VIII. Galliæ Rege Barchinonenſi fœdere Hiſpanis factam, ut liberius expeditionem Italicam aggrederetur: Translationem juris Carlotæ Reginæ Cypri in Sabaudiæ Ducem: Conventionem Friderici Imp. cum Matthia Corvino, qua jacta ſunt fundamenta quæſiti poſteris in Hungariam dominatus; tum varias Ducatuum, quin & Regnorum erectiones: antiquiſſima Helvetiorum inter ſe pariter & cum aliis fœdera, aliaq; id genus. Paſſim etiam fabulæ exploduntur, ut quod de conculcato à Papa Friderico I. Cæſare narratur, ſatis ipſa Alexandri III. Epiſtola, & rerum tunc geſtarum monumenta refellunt, ſed ea non attulimus, quod ſatis obvia ſint. Opinio invaluit Henrico VII. Imperatori venenum fuiſſe datum in ſacra Eucharaſtia, ſed Epiſtola filii Johannis Bohemiæ Regis, in id ipſum ſcripta, Dominicanos abſolvit, quam Stephano Baluzio debeo, excellentis doctrinæ Viro, cum eam jam in MSo quodam Chronico vidiſſem citari.

Et alia quidem fortaſſe erunt ad palatum Eruditorum, quemadmodum & alia, quæ paſſim notatu digna occurrunt. Sic *Chronologia* temporum notationibus vel datis Literarum (ut vulgò vocamus) ſtatuminatur: nec inutile eſt obſervare ad ſolvendos nodos, quibus populis incarnationis aut nativitatis æra vel alia etiam computandi ratio fuerit recepta. Vide in exemplum mentionem moris Gallicani in dipl. 73. §. 5. computationis Romanæ dipl. 99. §. 5. Curſus Piſarum dipl. 118. §. 18. ſtyli & conſuetudinis Mediolani dipl. 126. ſtyli Hiſpaniæ dipl. 142. tempusq; noviſſimorum concordatorum Germaniæ dipl. 158. Erunt & quæ *Geographis* placebunt, veluti quæ de Inſulis *Canariis* inter Caſtellæ & Luſitaniæ Reges pacta ſunt, dipl. 195. quæ de *meridiani* ſeperatoris ductu, in dipl. 203. *de novo orbe* ab Alexandro VI. Caſtellanis dato: aut quæ de *Ghinea & Nigro fluvio* in conceſſione Luſitanis facta memorantur dipl. 165. unde apparet jam tum Nigrum habitum pro Nili ramo; de quo etſi amplius deliberandum cenſeam, digniſſima tamen conſideratu attulit Jobus Ludolphus V. Cl. qui latæ fuſam eruditionem ad res Æthiopicas nobis detegendas applicuit. Hac autem occaſione jucundum erit notare, quod ex dipl. prod. 17. apparet Chriſtophorum *Columbum* ſub Ludovico XI. ſtipendia mari meruiſſe & navibus Siculorum captis, per fecialem Regis Siciliæ fuiſſe accuſatum. Obſervari etiam merentur, quæ de *caſtri rubei Inſula* propè Rhodum habentur, quam Regi Siciliæ conceſſit Papa Nicolaus V. dipl. 160. aut de *nova militia* contra Turcas, quam *in Lemno Inſula* collocare Pio II. conſilium erat, ut Helleſpontum premeret de propinquo, dipl. 75. Provinciæ Pontificii Dominatus, ſive ut loquuntur vulgò *Status Eccleſiaſtici* in dipl. 106. §. 3. ita diſtinguuntur à Clemente in ſua obedientia dicto VII. anno 1382. ut de parte earum, præſertim ad mare Adriaticum, novum *Regnum Adriæ* Eccleſiæ feudale inſtituat, in favorem Ludovici Andegavenſis, Regis Galliæ fratris; Pontifex autem ſervet Romam cum ſuo

diſtri-

Digitized by Google

districtu, & provinciis S. Petri in Tuscia, Campania & maritima ac Sabina, quæ *terræ specialium Commissionum* vocantur. Sed nequicquam liberalem fuisse apparet de eo, quod æmulus tenebat. Dignum etiam observatu est, quod Normannia à Francia distinguitur dipl. 4. contra Saxonia pro tota Germania accipitur dipl. 10. §. 1. quod Italis veteribus non esse infrequens alibi notavimus. *Bellimarini Regem* inter Mauros imperitantem & formidatum Hispanis, sed prope incognitum Scriptoribus, deteget dipl. 86. de quo in Manuscripto Anglicarum Rerum Chronico hæc verba lego: Le Roy Guillaume (le Conquerant) allant en Normandie allencontre de Robert son fils, un vent le de tourna de son droict chemin & le mena par force arriver en Grenade, ou il y avoit alors grande assemblée de Chrestiens contre les Sarrasins; & par l' aide du Roy Guillaume, qui y survint si à point, les Sarrasins furent desconfits, & les Chrestiens eurent victoire sur les Rois de Barbarie, *de Belmarin* de Bougie, & de Grenade.

Qui *Heraldica* amant, invenient non tantum *solennium* descriptiones, ut in Epistola Johannis Regis Galliæ de institutione militum stellæ Dipl. 90. aut in coronatione Regis Siciliæ Ludovici Andegavensis à Papa ipso Avenione peracta, Dipl. 107. aut etiam in nonnullis investiturarum & diffidationum descriptionibus; sed & *insignium* explicationes. Ita Johannæ Reginæ & Mariti *Sigilla* describuntur Dipl. 104. Ludovici Bavari Sigillum Dipl. 81. Et huic Imperatori audio à Viro in hoc studio insigniter versato originem *bicipitis Aquilæ* tribui; hîc tamen binæ quidem Aquilæ adhibitæ sunt, sed non conjunctæ in unum corpus. Nec minus *Genealogi* habebunt unde suas tabulas emendent, firment vel locupletent. Matrimonia *Austriacorum* tractata (præter Scoticum dipl. 151.) cum Regia Galliæ familia, leguntur, dipl. 22. 26. 140. & *Palatinum* quoque, sed credo in herba interceptum, dipl. 103. ubi mirabere tot in uno loco Rupertos inter se diversos, quorum unus, (qui dicitur Pater Infantis) postea factus est Rex Romanorum. Sed & passim testes nominati in diplomatibus, aut Legati vel procuratores ad tractatus, usui illis erunt, qui familias illustres describunt; neque ad hæc minutiora nunc descendam: duo tamen hic memorabo, unum *de Ciceronum gente*, alterum de Castrucii familia. Videas in inscriptione dipl. 10. nominari quendam M. Obelium Ciceronem, qui tabulas pacis inter Fridericum II. Imp. Siciliæ & Neapoleos Regem, & Abbuissac Principem Saracenorum Africæ ex Arabico vertit, sane parum Ciceroniane. Notavit autem & Joh. Mabillonius Benedictini Ordinis vir facile doctissimus in Itinerario suo Italico, quendam M. Ciceronem tempore Gregorii M. Monachum Misenatem fuisse; & nunc apud Puteolos nomenclatores peregrinorum, credo quod verbis valent, Ciceronum appellationem sibi sumsêre. De *Castrucio* observatu dignum est, Machiavellum in vita ejus, insignem de origine viri fabulam narrasse nobis. Nam nisi ipsi credimus, incertis Parentes habuit, expositusq; & à sacerdote quodam educatus, Ecclesiastico muneri destinabatur: quod aversatus puer, tantum militaria amabat, jam inter æquales ut alter Cyrus Regem agebat; cum animadversa ejus indole civis quidam inter Lucenses nobilis, Franciscus Guinigius, in domum suam recepit, & ad militiæ tirocinia produxit; ubi ita eminuit virtus adolescentis, ut denique magnis rebus gestis ad summam fortunam pervenerit. Noluisse autem uxorem ducere, ut opes omnes benefactoris sui filio Paulo Guinigio relinquere posset; sed hunc tuendæ potentiæ imparem fuisse. Hæc Machiavellus credo ut Xenophontis imitatione Heroicam quandam ideam potius, quàm veram Historiam nobis daret: nec ipse dissimulat, voluisse exemplo illustri excitare Italos ad antiquam virtutem, excutiendumque externorum jugum; nam Castrucium futurum fuisse Italiæ liberatorem arbitratur, si vixisset; quanquam ea res parum verisimilis videatur tem-

temporum conditionem intuenti. Cæterum ex diplomatum nostrorum inspectione omnia alia apparent, quàm ille nobis narrat. Fuit Castrucius ex illustri & inter Lucenses patricios primaria gente Anterminellonorum, quos parum civilia jam tum agitantes, urbe pulsos domibus combustis refert Ptolomæus Lucensis ad ann. 1300. Ex his demum Castrutius Gibellinorum studiis sublevatus ad urbis principatum pervenit, & virtute sua favorem Imperatoris Ludovici promeruit. Cæterum uxorem & liberos habuisse, atque etiam reliquisse, rursus ex tabularum fide constat, quod etiam Historici fide digni confirmant.

Glossaria Mixobarbari sermonis etiam post maximos Caroli du Cange labores incrementa ex nostris istis capere possunt. Verbi gratia quod de Espaviis dicitur dipl. 191. lucem Ducangianis fœnerabitur. Cum *Murtre* in testamento Philippi Augusti Galliæ Regis dipl. 3. inveniam, pro multrario, ibidem murtrarium lego, id est homicidam. *Fazaneam* pro more vel consuetudine (façon) accipi apparet dipl. 123. §. 9. 10. Domini dicuntur Principes, *Dompni* Ecclesiastici in dipl. 13. Sed video alibi promiscuè usurpari: & talia quidem multa congeri possent, unum notabo; *rogandi* vocem de Instrumentis Notariorum usurpatum posterioribus scriptoribus quod Notarii rogentur. Ita cum Dux Sabaudiæ Arimini & Urbini Dominis duellum in sua ditione permisisset diplomate 173. dicitur id factum instrumento super hoc *rogato* & confecto, quod notare operæ pretium est, quia hinc *Diplomata* Italis *Rogiti* dicuntur. De *Monetis* quoque nonnulla occurrent, veluti de Marcæ Sterlingorum valore in conventione inter Philippum Galliæ & Henricum Angliæ Reges anno 1200. dipl. 6. §. 2. *Res marina* antiquorum & vetus structura navium ante repertam rem tormentariam, & rei nauticæ vocabula, illustrabuntur ex contractu cum Venetis de Ludovici Sancti exercitu in Palestinam transportando dipl. 16. *Linguæ* etiam Gallicæ & Anglico-Normanicæ studiosi non pauca observabunt. Video olim Gallicam linguam Italicæ, ut Italicam latinæ, quam nunc, viciniorem fuisse. Miramur, unde illud, de par le Roy, hoc est de la part du Roy, idem esset, quod homme du Roy: & omnino apparet ante aliquot secula linguam nondum ad Grammaticæ regulas exactam fuisse. Pro monstro etiam hodie forent, lox pro lege, Dieux pro Deo, Cuens pro Comite; forspaises, absens; greigneur, major id est grandior, alique quorum hic seges habetur.

Sed præstat de usu hujus operis ad Gentium jura, deque ipso *jure Naturæ & Gentium* dicere paulo uberius, nam & *Codicem Juris Gentium Diplomatici* inscribere visum fuit, tanquam huc potissimum dirigeretur. Juris doctrina arctis à natura inclusa limitibus, humano ingenio in immensum diffusa est. *Juris & Justitiæ* notiones, etiam post tot præclaros scriptores, nescio an satis liquidæ habeantur. Est autem *jus* quædam potentia moralis, & *obligatio* necessitas moralis. *Moralem* autem intelligo, quæ apud Virum bonum æquipollet naturali: nam ut præclare Jurisconsultus Romanus ait, quæ contra bonos mores sunt, ea nec facere nos posse credendum est. *Vir bonus* autem est, qui amat omnes, quantum ratio permittit *Justitiam* igitur, quæ virtus est hujus affectus rectrix, quem φιλανθρωπίαν Græci vocant, commodissime, ni fallor definiemus *Caritatem sapientis*, hoc est sequentem sapientiæ dictata. Itaque quod Carneades dixisse fertur, justitiam esse summam stultitiam, quia alienis utilitatibus consuli jubeat, neglectis propriis; ex ignorata ejus definitione natum est. *Caritas* est benevolentia universalis, & *benevolentia* amandi sive diligendi habitus. *Amare* autem *sive diligere* est felicitate alterius delectari, vel quod eodem redit, felicitatem alienam asciscere in suam. Unde difficilis nodus solvitur, magni

etiam in Theologia momenti, quomodo amor non mercenarius detur; qui fit à ſpe metuque & omni utilitatis reſpectu ſeparatus: ſcilicet quorum felicitas delectat, eorum felicitas noſtram ingreditur, nam quæ delectant, per ſe expetuntur. Et uti pulchrorum Contemplatio ipſa jucunda eſt, pictaque tabula Raphaelis intelligentem afficit, etſi nullos cenſus ferat, adeò ut in oculis delitiisque feratur, quodam ſimulacro amoris; ita cum res pulchra ſimul etiam fœlicitatis eſt capax, tranſit affectus in verum amorem. Superat autem *divinus amor* alios amores, quod Deus cum maximo ſucceſſu amari poteſt, quando Deo ſimul & felicius nihil eſt, & nihil pulchrius felicitateq; dignius intelligi poteſt. Et cum idem ſit potentiæ ſapientiæque ſummæ; felicitas ejus non tantum ingreditur noſtram, (ſi ſapimus, id eſt, ſi ipſum amamus) ſed & facit. Quia autem ſapientia caritatem dirigere debet, hujus quoque definitione opus erit. Arbitror autem notioni hominum optimè ſatisfieri, ſi *ſapientiam* nihil aliud eſſe dicamus, quam ipſam ſcientiam felicitatis. Ita rurſus in *felicitatis* notionem revolvimur, quam explicare hujus loci non eſt.

Ex hoc jam fonte fluit *jus naturæ*, cujus *tres* ſunt *gradus: jus ſtrictum* in juſtitia commutativa; *æquitas* (vel anguſtiore vocis ſenſu caritas) in juſtitia diſtributiva deniq; *pietas* (vel probitas) in juſtitia univerſali: unde neminem lædere, ſuum cuiq; tribuere, honeſtè (vel potius piè) vivere, totidem generaliſſima & pervulgata *juris præcepta* naſcuntur; quemadmodum rem adoleſcens olim in libello de Methodo Juris adumbravi. *Juris* meri ſive *ſtricti* præceptum eſt, neminem *lædendum eſſe*, ne detur ei in civitate actio, extra civitatem jus belli. Hinc naſcitur juſtitia, quam Philoſophi vocant *commutativam*, & jus quod Grotius appellat *facultatem*. Superiorem gradum voco *Æquitatem*, vel ſi mavis caritatem (anguſtiore ſcilicet ſenſu) quam ultra rigorem juris meri, ad eas quoq; obligationes porrigo, ex quibus actio iis, quorum intereſt non datur, qua nos cogant; veluti ad gratitudinem, ad Eleemoſynam; ad quæ *Aptitudinem*, non facultatem habere Grotio dicuntur. Et quemadmodum infimi gradus erat, neminem lædere, ita medii eſt, cunctis prodeſſe; ſed quantum cuiq; convenit aut quantum quisq; meretur, quando omnibus æquè favere non licet. Itaq; hujus loci eſt *diſtributiva* juſtitia, & præceptum juris, quod *ſuum cuique tribui* jubet. Atq; huc in Republica politicæ leges referuntur, quæ felicitatem ſubditorum procurant, efficiuntque paſſim, ut qui aptitudinem tantum habebant, acquirant facultatem, id eſt, ut petere poſſint, quod alios æquum eſt præſtare. Et cum in gradu juris infimo non attenderetur, diſcrimina hominum, niſi quæ ex ipſo negotio naſcuntur, ſed omnes homines cenſerentur æquales; nunc tamen in hoc ſuperiore gradu merita ponderantur, unde privilegia, premia, pœnæ, locum habent. Quam graduum juris differentiam eleganter Xenophon adumbravit, Cyri pueri exemplo, qui inter duos pueros, quorum fortior cum altero veſtem per vim commutaverat, quod ſuæ ſtaturæ togam alienam aptiorem reperiſſet, ſuam togam ſtaturæ alienæ; judex lectus, pro prædone pronunciarat: ſed à rectore admotius eſt, non quæri hoc loco cui toga conveniret, ſed cujus eſſet; uſurum aliquando rectius hac judicandi forma, cum ipſemet togas diſtribuendas eſſet habiturus. Nempe ipſa æquitas nobis in negotiis jus ſtrictum, id eſt hominum æqualitem, commendat, niſi cum gravis ratio boni majoris ab ea recedi jubet. Perſonarum autem, quæ vocatur acceptio, ſuam non in alienis bonis commutandis, ſed in noſtris vel publicis diſtribuendis ſedem habet.

Supremum Juris gradum probitatis vel potius *Pietatis* nomine appellavi. Nam hactenus dicta ſic accipi poſſunt, ut intra mortalis vitæ reſpectus coerceantur. Et jus quidem merum ſive ſtrictum naſcitur ex principio

principio ſervandæ pacis; æquitas ſive caritas ad majus aliquid contendit, ut dum quisque alteri prodeſt quantum poteſt, felicitatem ſuam augeat in aliena; & ut verbo dicam, jus ſtrictum miſeriam vitat, jus ſuperius ad felicitatem tendit, ſed qualis in hanc mortalitatem cadit. Quod verò ipſam vitam, & quicquid hanc vitam expetendam facit, magno commodo alieno poſthabere debeamus, ita ut maximos etiam dolores in aliorum gratiam perferre oporteat; magis pulchrè præcipitur à Philoſophis, quàm ſolide demonſtratur. Nam decus & gloriam, & animi ſui virtute gaudentis ſenſum, ad quæ ſub honeſtatis nomine provocant, cogitationis ſive mentis bona eſſe conſtat, magne quidem, ſed non omnibus, nec omni malorum acerbitati prævalitura, quando non omnes æquè imaginando afficiuntur; præſertim quos neque educatio liberalis, neque conſuetudo vivendi ingenua vel vitæ ſectæve diſciplina ad honoris æſtimationem, vel animi bona ſentienda aſſuefecit. Ut verò univerſali demonſtratione conficiatur, omne honeſtum eſſe utile, & omne turpe damnoſum, aſſumenda eſt immortalitas animæ, & rector univerſi DEUS. Ita fit ut omnes in Civitate perfectiſſima vivere intelligamur, ſub Monarcha, qui nec ob ſapientiam falli, nec ob potentiam vitari poteſt; idemque tam amabilis eſt, ut felicitas ſit tali domino ſervire. Huic igitur qui animam impendit, Chriſto docente, eam lucratur. Hujus potentia providentiaque efficitur, ut omne jus in factum tranſeat, ut nemo lædatur niſi à ſe ipſo, ut nihil rectè geſtum ſine præmio ſit, nullum peccatum ſine pœna. Quoniam, uti divinè à Chriſto traditum eſt, omnes capilli noſtri numerati ſunt, ac ne aquæ quidem hauſtus fruſtra datus erit ſitienti, adeò nihil negligitur in Republica univerſi. Ex hâc conſideratione fit, ut *juſtitia univerſalis* appelletur, & omnes alias virtutes comprehendat; quæ enim alioqui alterius intereſſe non videntur, veluti ne noſtro corpore aut noſtris rebus abutamur; etiam extra leges humanas, naturali jure, id eſt æternis divinæ Monarchiæ Legibus vetantur, cum nos noſtraque Deo debeamur. Nam ut Reipublicæ, ita multo magis Univerſi intereſt, ne quis re ſua malè utatur. Itaque hinc ſupremum illud juris præceptum vim accepit, quod *honeſtè* (id eſt piè) *vivere* jubet. Atque hoc ſenſu rectè à Viris doctis inter deſiderata relatum eſt, jus naturæ & Gentium traditum, ſecundum diſciplinam Chriſtianorum, id eſt (ex Chriſti documentis) τὰ ἀνώτερα, ſublimia, divina ſapientum. Ita tria juris præcepta, tresve juſtitiæ gradus, commodiſſimè explicaſſe nobis videmur, fontesque juris naturalis deſignaviſſe.

Præter æterna naturæ rationalis jura ex divino fonte fluentia, *jus* etiam *voluntarium* habetur, receptum moribus, vel à Superiore conſtitutum. Et in Republica quidem jus civile ab eo vim accepit, qui ſummam Poteſtatem habet; extra Rempubl. vel inter eos qui ſummæ poteſtatis participes ſunt (quales interdum plures ſunt etiam in eadem Republica) locus eſt *juri Gentium Voluntario*, tacito populorum conſenſu recepto. Neq; verò neceſſe eſt, ut ſit omnium gentium vel omnium temporum; cùm in multis arbitrer aliud Indis aliud Europæis placere, & apud nos ipſos ſeculorum decurſu *mutari*, quod vel hoc ipſum opus indicare poteſt. Unum nunc exemplum ſuffecerit: quis hodiè admittat vel exigat, quod olim inter Principes in fœdera coeuntes ſatis receptum erat, ut primarii barones, urbesve pro Dominis non tantum fidejuberent, ſed etiam, uti hodiè loquimur, garantiam promitterent; ita ut cum ſuis pro altera parte contra Dominum ſtare deberent, qui fidem abrupiſſet? Unde apparet minus ampla olim credita regnandi jura. In conventione inter Philippum Galliæ, & Johannem Angliæ Reges anno Chriſti 1200. dipl. 10. Vaſalli utriusque partis promittunt cum omnibus fœdis ſuis venire ad alteram,

Digitized by Google

alteram, si Dominus pacta conventa non servet. Idem alias factum est, ut pro inani verborum formula atque insolente habere non debuerit nuper vir in Historia civili eleganter doctus, quod in Atrebatensi pace anni 1439, inter Carolum VII. Galliæ Regem & Philippum Bonum Burgundiæ Ducem in eundem sensum constitutum erat. Nam quod ille negat hæc subditis convenire, ex nostrorum temporum disciplina est. Ipse Papa consultus aliquando, Regi Galliæ acceptanti, similem pacis conditionem injunxerat; ut Vasalli Coronæ promitterent, non adesse Regi Flandriam invasuro: Et ab aliis demonstratum est, regna plerumque antiquis temporibus semihæreditaria fuisse, ut subditi jus eligendi inter hæredes habere sibi viderentur; aliaque id genus, quæ à jure Gentium nostri temporis Europæo abhorrent. Putabatur olim ante belli denuntiationem aut diffidationem renuntianda esse fœdera, & homagia ipsa remittenda; alioqui diffidatio non rectè facta erat, vide dipl. 41. & dipl. 115. §. 6. Aliaque multa juris esse credebantur, quæ nunc ab usu recessêre.

Habent autem Christiani aliud quoque vinculum commune, jus scilicet *divinum positivum*, quod in sacris libris continetur. Quibus accedunt sacri Canones tota Ecclesia recepti, & postea in Occidente Pontificia jura, submittentibus sese Regibus populisque. Et in universum (nec sane præter rationem) ante superioris seculi schisma, placuisse diu video, ut quædam gentium Christianarum Respublica communis intelligeretur, cujus capita essent in sacris Pontifex Maximus; in temporalibus Imperator Romanorum; qui & de veteris Romanæ Monarchiæ jure retinuisse visus est, quantum ad commune Christianitatis bonum opus esset, salvo jure Regum & Principum libertate. Unde Gregorius VIII. Papa ad Henricum VI. Regem Romanorum scribens de Ecclesiæ & Imperii Concordia (diplom. 4. Prodromi,) cavendum esse monet, ne *populus Christianus* per contrarias voluntates eorum, *quibus principaliter commissus est gubernandus*, sperata utilitate frustretur. Et Sigismundus Imperator, Vicariatum quendam Imperii Sabaudiæ Duci concedens anno 1412. dipl. 124. §. 1. æterni Regis dispositione se quamquam immeritum *ad totius Orbis Regimen* vocatum ait. Constat eundem in duobus Conciliis totius Occidentis externo quodam directorio præfuisse, & cum abesset, vices suas gerentem, vel (ut tunc loquebantur) *protectorem Synodi* reliquisse, qualis in Basileensi Concilio erat Johannes Comes de Thierstein dipl. 146. §. 2. Itaque Pius II. Papa cum bellum in Turcas ad recuperandam Constantinopolin moliretur, Friderico Imperatori Mantua 12. Januar. anno 1460. scribit, ad ipsum ex jure Imperii pertinere, ut toti exercitui Christiano præesset: De Duce ad tantum bellum cogitantibus tu nobis, inquit, occurristi, cui tantum munus *ex officio Imperiali* debitum censeatur, cui omnes gentes parere & subesse non dedignentur, diplom. 180. §. 2. Et mox: Cæsarea dignitas ex debito hoc tibi imponit §. 3. Itaque *Ducem ac Capitaneum Generalem* exercituum generalium & particularium in auxilium defensionemque Christianorum per quoscunque Reges, Potentatus, & Principes mittendorum declarat: ita ut si ipse adesse non possit, per alium Vice-Capitaneum, quem virtute & factis insignem ex Principibus nationis Germanicæ duxerit eligendum, bellum administrare possit. Unde autor libri de jure suprematus meritò dixit, *Imperatorem esse Ducem natum Christianorum contra infideles.* Advocatus quoque sedis Romanæ & universalis Ecclesiæ sæpissimè appellatur Imperator, ut vel ex hoc opere compluribus exemplis prolatis doceri potest. Itaque ob illam quoque connexionem gentium Christianarum, quæ ex veteri Romanorum potentia superfuerat,

rat, factum esse videtur, ut Leges Romanæ propè instar Juris Gentium communes haberentur. Unde Angli, qui suas domi proprias habent, tamen cum exteris jus dicunt, Romanas censent sequendas. Et Principes liberos in contractibus & fœderibus, in testamentis aliisque Juris Gentium vel publici actibus, easdem observare solitos, ex hoc ipso Codice nostro passim apparet; ita ut interdum in formulis juris nimii videri possint. Ita video obligasse sese Imperatores & Reges sub hypotheca omnium suorum bonorum & regnorum; & Ludovicus Bavarus rerum suarum & Imperii hypothecam Philippo Valesio Galliæ Regi in fœdere constituit anno 1337. dipl. 75. nec dubium est idem vicissim à Philippo factum. Cum eodem Philippo tractans Johannes Rex Bohemiæ de Lucensi civitate, læsioni ultra dimidium renuntiat, 1334. dipl. 73. §. 4. Carolus II. Rex Siciliæ dipl. 31. in testamento Falcidiæ & Trebellanicæ detractationem prohibet. Alibi non contenti renuntiare legum auxiliis, etiam renuntiant glossis & summis.

Sed ut hæc supervacuæ Notariorum cautelæ tribuamus, *Ecclesiæ* tamen *jura* manifestius ad omnes porrigi censebantur. Itaque ad Codicem nostrum pertinere judicavimus nonnulla, quæ ad Papam & Concilia referuntur. Quorum ita visa est ad omnes extendi jurisdictio, ut etiam qui Papæ judicium declinabant, tamen Concilium appellarent. Et fatendum est, profuisse interdum Pontificum Romanorum curam pro canonibus & Christiana disciplina, dum illi apud Reges opportunè, importunè instantes, sive auctoritate muneris, sive metu censurarum Ecclesiasticarum, multis malis obicem ponebant. Et nihil fuit frequentius, quàm ut se Reges in fœderibus censuræ & correctioni Papæ submitterent; uti in pace Bretigniaca 1360. §. 36. in fœdere ad Stapulas 1492. §. 28. sed ut in corruptionem proclives sunt res humanæ etiam optimæ, nimis cœpere Pontifices fimbrias extendere, & potestate uti licentiùs. Innocentius III. Philippum Augustum bello in Angliæ Regem abstinere jussit, & cum Rex se judicio Parium in Vasallum tueretur, vid. dipl. 7. respondit Papa, suam non de feudo sed de peccato cognitionem esse. Sed quis non videt hoc titulo omnes omnium judicum sententias ipsius revisionem passuras? Ut de denario S. Petri in Anglia, de Insula Mona à Reginaldo dicto Rege Pontifici in feudum oblata, (diplom. n. 6. Prodromi) de Siciliæ regno, de Mathildis hæreditate ab Imperio avulsa, nihil dicam. Eò res devenerat, ut Papa à vacante Imperio jura ejus ad se rediisse diceret; quo titulo in Hetruria Vicarium Imperii Carolum Andegavensem Siciliæ Regem constituit; & loco Imperatoris sibi potestatem arrogavit confirmandi, quæ de Comitatu Provinciæ (Imperii adhuc jura agnoscente) Johanna Regina in adoptione Ludovici Andegavensis statuerat, diplom. 105. Etiam Episcoporum officiales, aliosque Ecclesiasticos judices, non perjuria tantum & matrimonia, sed & generali peccati obtentu, causas pecuniarias inter Laicos ad suum forum traxisse, agnoscimus ex querelis Philippi Valesii & Baronum regni Franciæ; idque ita mordicus defendisse, ut hoc sublato omnia Ecclesiæ jura tolli dictitarent, vid. dipl. 67. §. 9. Unde in fœdere Helvetiorum cautum reperio, ne ex talibus causis ad Ecclesiasticum judicem iretur, dipl. 89. §. 7. His cleri attentatis factum est, ut postremò, qui nimia affectabant, etiam justa amitterent, quæ retinere ipsos è re Christiana fuisset. Habebuntur hîc & alia *Ecclesiastica* notatu digna, veluti quod ordines quidam militares Lusitaniæ absoluti sunt à voto dato castitatis; commutato in *votum continentiæ matrimonialis*, ut loquitur Pontifex, dipl. 204. sed rationes ejusmodi sunt, ut ad multos alios sacri

ordinis

Digitized by Google

ordinis porrigantur. Eoque magis mirandum est, postea Philippum II. pro iisdem regnis contraria omnia censuisse. Scilicet interdum fatemur mala nostra & vitia, interdum premimus, cum alii exprobrarunt. Memorabile etiam videtur, quod ex dipl. 196. apparet, Saracenos in Hispania sub Ferdinandi Catholici ditione publicum exercitium ritus sui, probante Papa, habuisse; tantum vetitos, Mahumetis nomen clara voce proclamare de fastigiis Moschearum.

Placet etiam *de Jure Imperii* quædam adhuc notare, cum in Germania hæc edamus. *Sacri Imperii* nomen Romano soli tribui, atque inde *sacræ Majestatis* appellationem in solenniore sensu Imperatori propriam habitam, alibi notavimus. Idque & in nostris istis apparet, adeò ut in duorum magnorum Regum, Galli & Angli tractatu ad Stapulas supra mare 1492. diplom. 201. §. 17. & 18. Rex Galliæ Christianissimus appelletur, alii Reges sereniſſimi, Principes potentissimi, Imperatori soli sacræ Imperialis Majestatis titulus ascribatur. Nam quod idem Epitheton sacræ Majestatis & aliis subinde attribuitur, ita accipiendum est, quemadmodum cum alicubi Imperatores Christianissimi dicuntur vel Catholici; & uti in fœdere inter Carolum VII. Galliæ & Johannem II. Castellæ Reges pacto, ann. 1434. diplom. 142. §. 2 & 3. uterque Rex sereniſſimus simul & *Christianissimus* nominatur. Notabimus etiam *Comitatum* vel Marchiam *Provinciæ* diu adhuc Imperium Romanum recognovisse; nam non tantum Rudolphus Imperator de successione in ipso pronunciavit dipl. 15. Prodromi, sed & multo post ann. 1380. dipl. 105. Imperii nomine confirmata fuit Johannæ Reginæ adoptio, qua destinabatur ditio Ludovico Andegavensi. Neque apparet, quando aut quomodo hoc jure exciderit Imperium. Itaque & Carolus Borbonius ad Imperatorem Carolum V. desciscens, autoritate ejus successionem in Comitatum Provinciæ sibi vindicabat. Simile quiddam de Delphinatu dici potest, & reliqua illa Rhodani ripa, quæ nunc quoque vulgari sermone *pars Imperii* appellatur. Quomodo Rex Galliæ Lugdunensis Ecclesiæ ac ditionis gardiam seu protectionem in se receperit certis conditionibus circumscriptam, apparet dipl. 29. Albigesii & vicinarum Tolosanæ ditionis terrarum titulus habetur diplomate peculiari, prodromi num. 2. ex jure scilicet cessio, quod competere poterat Comiti de Monteforti. De *Delphinatu* speciatim notatu dignissimum est, ea Lege initio ab Humberto Delphinorum ultimo in Regiam Galliæ familiam fuisse translatum anno 1343. ne unquam Regi ipsi, aut primogenito ejus vel regni hæredi obveniret, sed alteri proximo; neve unquam Coronæ Gallicæ uniretur vel adjungeretur, nisi planè Imperium & Regnum conjungerentur, ut habet diploma 84. §. 6. Unde cautum est §. 28. ne quid inde detrimenti caperet Imperium. Sic Venetias & Massiliam ad jura Imperii relationem habere innuitur dipl. 10. Quod de *Venetiis* quàm verè asseratur, non dixerim; & jam Caroli M. tempore fossa discretos Longobardorum & Venetorum limites discimus ex Prodromi dipl. 4. Quæ omnia non eò nunc dico, ut de præsenti rerum statu disputare velim, sed ut pristina facies melius cognoscatur. Placet etiam alia paucula de rebus Imperii hoc loco notare, ut de Vicariatibus Imperii tàm generali 1401. dipl. 113. quam specialibus, ut Lucæ & Pistorii dipl. 61. Pedemontii ac vicinarum regionum dipl. 124. de Comite Palatii Imperialis in urbe Roma dipl. 64. de quatuor officiatis feudorum majorum dipl. 78. de creationibus Ducatuum dipl. 65. 78. 94. 109. 125. 189. De Imperii vexillifero dipl. 64. 65. stratore & incisore dipl. 94. protovestiario diplom. 78. de duobus Marchionibus Brandenburgicis simul Electoribus dipl. 30. de variato aliquando ordine Electorum, *Brandeburgico* inter seculares primo loco posito, dipl. 77.

Digitized by Google

Sed inprimis colligere hoc loco documenta quædam minus vulgaria, placuit, Regum Romanorum Electionem ſpectantia. Nam ad Gentium jura referri etiam publica debent, quæ ſummam poteſtatem formant, efficiuntve.

De Origine igitur *Electorum* difficillimam diſquiſitionem adjuvabunt Acta Electionis Conradi, filii Friderici II. Prodromi dipl. 11. Quanquam autem imperfecta ad nos pervenerint, inepto more librariorum, nomina perſonarum locorumque omittendi; ſatis tamen indicare videntur ipſi Eligentes, qui ſeſe patres Imperii & lumina haberi ajunt, non de toto Principum cœtu ſermonem eſſe; & in anteriore electione Henrici, fratris ejusdem Conradi, eandem formam ſervatam innuitur. Neque altiùs mihi aſcendere licuit. Nam Welbertus & Amandus neſcio qui, quos unus Gewoldus teſtes citat, πρόξενοι propè manifeſti ſunt, & ſuomet utique indicio produntur. Sanè cum inter Ottonem & Philippum tam anceps Electionis controverſia agitaretur, crebræ quidem extant Innocentii III. literæ, ſed nuſpiam certi Electores ſatis indicantur; quod tamen maximè intererat ad ſtatum cauſæ. Poſtea verò, cum ſimilis inter Alphonſum & Richardum quæſtio eſſet, ampla principum Electorum commemoratio fit in literis Pontificum, & numerus ipſe nominatim ac definitè habetur, totaque eligendi forma exponitur, prodromi dipl. 14. Nec multo ante in Epiſtola quadam Pontificia circulari, ad tres Archiepiſcopos Electores, impediendæ electioni Conradini filii Conradi ſcripta, (quam Gewoldus paulo aliter editam de ipſo Conrado accepit) dipl. 13. primam & antiquiſſimam, de qua mihi conſtet, in Actis publicis mentionem deprehendere eſt appellationis Electorum expreſſæ. Nam in Decretali Innocentii III. (c. venerabilem, de Electione & Electi poteſtate) generaliorem ſenſum vox Electoris recipit; & Principes illi, in quibus Papa ſe poteſtatem eligendi ex jure & antiqua conſuetudine recognoſcere dicit, intelligi poſſunt in univerſum Principes Germaniæ; quod ſecus eſt in multo poſteriore Viennenſis Concilii decreto, extante inter Clementinas, ubi ad *certos* Germanorum Principes jus & poteſtas eligendi perveniſſe dicitur. Quæ omnia conſideranti, apparet ſub Friderico II. formam aliquam accepiſſe Electorale munus; forte ſtudio ipſius Imperatoris, filiorum electionem ſemel atque iterum procurantis; facilius utique per pauciores. Sed tamen jam ante lineamenta ejus aliqua imperfecta fuiſſe ducta crediderim, alioqui novitati manifeſtæ utique Pontifices & Principes reclamaſſent. Hoc partim Friderici I. artibus tribuerim, cum Henricum VI. filium Cæſarem fecit, aut Henrici ipſius, cum filium Infantem ſucceſſorem deſignari obtinuit. Unde nata eſt forte de Henrico narratio in Magno Chronico Belgico, hæreditarium Imperium facere voluiſſe. Certè *Palatini Rheni* magnitudo à Conrado fratre Imperatoris Friderici I. repetenda eſt; deficientibus tunc Franciæ Ducibus, in quorum jura Palatinus Ducatus Franciæ; (idem qui & Rheni dicitur,) videtur quodammodo ſucceſſiſſe. Nam Ducis novi in demortui locum ſubrogationem veriſimile eſt in fratris gratiam ab Imperatore omiſſam vel dilatam. Porro Moguntini primam vocem ipſe agnovit Fridericus I. apud Radevicum, ſub quo & Colonienſis Archi-Cancellariatus per Italiam ſtabilis factus eſt. *Officia Imperii* quatuor dudum obiri ſolebant per maximos Principes, ſed certam ſedem non utique ante hæc tempora invenerunt; imò nec ſub Friderico primo ſatis; ut Arnoldus Lubecenſis indicare videtur. Et tamen apparet, habuiſſe eam jam ſub ſecundo; medio igitur tempore accepiſſe conſentaneum eſt. Et quanquam Trevirenſis Archi-Cancellariatus poſterior cenſeatur, credibile eſt tamen tres Rhenanos, id eſt Francicos Archiepiſcopos, conſilia facilius communicantes, cæteris remotioribus prævaluiſſe. Sanè conſtat

ex

Digitized by Google

ex Jordano & Petro de Andlo c. 13. (ubi Freherus) & c. 16. in summa celebritate olim fuisse Regium Francorum Palatium Trevirense, quod Petrus de Andlo magnum vocat; & Pipini ante regnum fuisse, atque Palatino Comiti Rheni sedem vetustam præbuisse credebatur, quem etiam Advocatiam in Trevirensi urbe habuisse scimus. Nostrum quoque Prodromi diploma 14. §. 4. recens electo & apud Aquisgranenses inaugurato Romanorum Regi, inter loca Imperii & castra, *specialiter castrum de Treveles*, id est palatium de Treveris tradi debuisse indicat. Unde suspicor, ut in Moguntino sedis dignitas ac per Teutoniam Franciamve primatus valuit, & in Colonienſis jus Coronationis Aquisgranensis atque inthronisationis in sede magnifici Caroli; ita in Trevirensi Archiepiscopo inter alia magni Francorum palatii apud Treveros, antiquitate ac Palatinorum Franciæ sede celebrati, rationem habitam fuisse; cùm id Regi novo specialiter, quasi ad capiendam possessionem rerum Imperii, adeundum vel assignandum fuisse, jam durante inter Richardum & Alfonsum de Imperio controversia creditum sit, ut patet ex Epistola Urbani Papæ IV. citata (Prodromi diplomate 14.) Porro Regni Franciæ primatem Moguntinum, in cujus velut oculis Francofurtum erat, cum vicina Frankes-erd, seu Terra Francica (de qua in dicto dipl. 14.) & thronum Regni Carolini Aquisgranensem in Colonienſis Archiepiscopi provincia, & Palatium Francorum Trevirense, ad decus Imperii & novi Regis autoritatem magnum pondus habitura illis temporibus credebantur, quia *Teutonicum Regnum*, in quod ille inaugurabatur, revera erat *Regnum Francorum* Orientalium. Et constat ex diplomatibus, Ottones, imò & posteriores quosdam Imperatores, sese adhuc scripsisse Reges Francorum; & Gallos mediis Germaniæ Scriptoribus ad discrimen *Francigenas* dictos, (vel ut hic dipl. 197. §. 2. Francigenarios, quorum neutrum Ducangio observatum miror) quasi potius ortos à Francis, quam Francos, tametsi aliquando sed rarius eadem vox & de Francis Germaniæ usurpetur. Quamvis autem paulatim Franciæ Occidentali id est Galliæ propria facta fuerit, Francorum appellatio, Alamanniæ vocabulo Germanis omnibus per abusum passim attributo, (vid. notanter diplom. 158. §. 9.) quod Suevis & Helvetiis proprium erat; diu tamen apud nostros adhuc viguit Francici nominis jurisque memoria; inde de Frankes-erd, de sede Caroli M. de Palatio Francorum Trevirensi, observationes penè ad superstitionem curiosæ. Ex quibus causis minus mirum est, cæteros Archiepiscopos, Germaniæ tribus istis, & Francicis & situ inter se connexis, non interceſſisse. Nam ut ad Archi-Cancellariatûs potissimum respectum dicatur, in Trevirensi locum initio non habebat; quando Viennensis Archiepiscopus Regni Burgundiæ seu Arelatensis Archi-Cancellarius censebatur sub primo & secundo Friderico, quemadmodum Henr. Gunth. Thulemarius V. Cl. ostendit in libro de Electoribus, multiplici eruditione referto. Itaque, si quid judico, posterius nata trium regnorum, triumque Archi-Cancellariatuum consideratio est, cum aliis similibus opinionum blandimentis; quæ si non ad originem rei, tamen ad conservationem deinde valuerunt: quorsum etiam refero, quod in quatuor secularibus Officiatis, quatuor regalium feudorum dignitates, scilicet Regis, Ducis, Marchionis, Comitis, simul repræsentarentur. An voluerit Henricus sanctus vel alius Imperator, ut qui Imperatori in solennibus Curiis officia præstarent, simul & Bambergensii Episcopo per ministeriales suos aliquid honoris exhiberent; aut quæ alia, multo forte serius, ex traditionibus vel Scripturis nescio quibus, occasio rei sumta fuerit; & quomodo posterioribus temporibus certa Electorum feuda inde sint nata vel oblata, amplius inquirendum erit. Cæterum Officiatos eo pronius credo in locum

 veniſſe

veniſſe primariorum Ducum regna ſeu magnos Ducatus, Franciæ Orientalis, Lotharingiæ, Bavariæ, Allemanniæ & Saxoniæ adminiſtrantium; quod magnos illos Duces olim (ſed pro re nata, nec fixa quadam juris ratione) iisdem Officiis in Curiis ſolennibus functos, ex Witichindo & Ditmaro conſtat. Atque hos in Electionibus quoque plurimum potuiſſe non eſt dubitandum.

Mihi igitur conferenti omnia, conjectura nata eſt, ſcrupuloſiorem quandam eligendi formam ab Eccleſia ad Imperium tranſiiſſe; ut alioquin ſcimus judiciorum proceſſum, aliaque multa à Canoniſtis ad Legiſtas veniſſe; præſertim cum initio omnis eruditio, & cum ea rerum moderamen penes Clericos eſſet, ſcripturæ omnes per ipſos expedirentur, ac negotia formam complementumque eorum opera acciperent. Unde & Imperatores videmus clauſulas Pontificiarum bullarum imitatos, ut alia exempla taceamus. Cum igitur initio ſtudiis Procerum, nempe Archiepiſcoporum cum ſuis Epiſcopis; & Ducum, Regna ſive magnos Imperii Ducatus regentium, cum ſuis Principibus; & ipſius (ut in Polonia) populi acclamatione, fieret electio, quemadmodum ex Wippone diſcimus, idque mox tumultuoſius fortaſſe videretur; apparet ordinis & tranquillitatis cauſa vel ſpecie, poſterioribus temporibus cœpiſſe paucos adhiberi pro omnibus, qui ex *prætaxatione* Principum & *conſenſu*, ut Albertus Stadenſis loquitur, eum, in quem ſtudia potiora inclinare comperiſſent, velut *ſcrutinio* facto, *nominarent*. Et ſpeculum Saxonicum, quod Friderici II. tempore ſcriptum creditur, recenſitis ſeptem Electoribus (iisdem quos & Stadenſis habet, & poſtea uſus agnovit) diſertè ſubjicit, quod prædicti non ſecundum placitum eligere debeant, ſed quem Principes elegerunt, eundem præ cæteris in Regem nominabunt. Atque haud ſcio, an huc pertineat, quod in Epiſtola Principum Germaniæ pro Ottone IV. Electioni conſenſus adjungitur. Clarius adhuc & diſertius in Epiſtola Alexandri IV. Pontificis ad Archiepiſcopos Electores contra Conradinum, aliquoties videas Electionem, nominationem & conſenſum diſtingui, diplom. Prodromi XI. Quod adeò verum eſt, ut adhuc Richardus apud Francofurtum dicatur conſenſu Principum à ſuis Electoribus, Colonienſi, (qui Moguntini ſe vices habere ajebat) & Palatino electus, dipl. Prodrom. 12. Et conſtat paſſim receptum eſſe in Prælatorum electionibus, collectis jam ſuffragiis, ut unus vel pauci ſe eligere dicant totius Capituli vice. Quin imò apud Canoniſtas credi cœpit, ne validam quidem electionem eſſe, aut ritè factam videri, etſi faverent ſuffragia, niſi, quaſi ad publicatæ ſententiæ inſtar, juridica quædam promulgatio, & ut ita dicam formalis Electio ab uno vel paucis pro omnibus celebrata velut colophonem imponeret: & controverſias ex eo capite circa electiones vel poſtulationes motas conſtat, cum fortè diſceſſerant ſuffragatores, nemine ſolenne illud, eligo, pronuntiante. Factum autem eſt proceſſu temporis in Electione Imperatoris, ut Electio formalis valeret pro materiali, & qui ſoli erant Electores ſolennes ſeu nominatores, ſoli haberentur Electores; ſive arte eorum, qui per paucos rem facilius conficiebant, ſive ipſo ſeculi genio à realibus ad ritualia declinantis, ſive ex conditione Reipublicæ, quæ tunc turbatiſſima erat, & in tranſitu verſabatur, ac velut in partu novæ Imperii formæ laborabat; multis etiam ſtudio abſtinentibus, ut invidiam vitarent, aliis ſuarum rerum ſatagentibus; quando conſtat, à pluribus ipſum Imperium fuiſſe recuſatum, atque adeò etiam ad exteros itum; ita ut præoccupatis jam opinione animis eo facilius omnis demum autoritas in officiatos ceſſerit, qui honeſtè abeſſe non poterant. Itaque quòd mox ad antiquam conſuetudinem provocari cœpit, in re licet nova, facilem intellectum habet; miſcebantur ſcilicet antiqua novis, & alia pro

aliis

Digitized by Google

aliis accipiebantur, electio scilicet solennis pro totali, in tanta illorum temporum caligine, & hominum ignorantia; quæ eo maximè seculo apud nostros invaluit, ubi cum vigore Imperii etiam ingenia in Germania cessavere, & bonis Historicis carere cœpimus, & ad fabulas atque romanescos inclinabatur, traditiunculis quibusdam crebrescentibus; cum præstudiis magis civilibus & bonis literis jam fratres mendicantes Scholasticam, alii canones & leges, suis novitiis subtilitatibus exercerent. Unde miras videas narrationes apud scriptores recipi de rebus vix ante seculum suum actis, quas crederes ignorari ab iis non debuisse. Hinc de vicina Francofurto Franckes-erd aliisque hujusmodi tanquam antiqui eligendi moris, relata diplom. 12. prodromi, certissimæ utique novitatis. Pro quibus deinde aliæ narratiunculæ de insula Rheni, aut tribunali apud Reensen in Ripa Rheni, unde in quatuor Electorum territoria prospectus, tanquam & ipsæ vetustissimi juris, successerunt. Scilicet inter homines parum peritos & monumentorum negligentes valde antiquum habebatur illud, de cujus origine nihil meminerant ipsi. Et unius alteriusve seculi intervallo dissita ab ipsorum ævo, tam illis remota videbatur, quàm eruditis tempus mythicum & Ogygis cataclysmus. Ex his igitur lucem aliquam tam difficili quæstioni intulisse speramus, nec jam amplius mirabimur dissipatis magnis Imperii Ducatibus reliquis per partitiones debilitatis, extincta Svevicorum Cæsarum familia, longo interregno, vel incertis Cæsaribus ac turbidis obscuratisque rebus, dum plerique ad sua intenti essent, nonnulli etiam bona Imperii diriperent; mutatam denique rerum faciem fuisse, confusamque Electionem formalem cum materiali, & Officiatos Imperii primarios ex nominatoribus solenniter eligentibus, veros & unicos demum Electores, privato quodam jure, prodiisse.

Sed dimissis Imperii rebus, de quibus eo libentius à nobis dictum est, quod universalis quædam ipsi per Christianas gentes autoritas constat, paucis reliqua gentium, jura absolvamus; ut appareat, quomodo ex nostro Codice Diplomatico illustrentur. Basis igitur *Juris fœcialis inter Gentes* ipsum naturæ jus est, cujus principia paulo ante tradidimus. Huic Gentium placita inædificata sunt, variabilia temporibus locisque. De illis ergo, in hujus nostræ Collectionis specimen, circa personas, res actusque notare placet ex multis pauca. *Personam Juris Gentium habet*, cui libertas publica competit, ita ut in alterius manu ac potestate non sit, sed per se jus armorum, fœderumque habeat; quanquam fortè obligationum vinculis superiori sit adstrictus, & homagium, fidem, obedientiam profitearur. Quod si magna satis sit ejus autoritas, *Potentatus* nomine venit, vocaturque *Souverain & Potentat*; unde jus nascitur, Gallis dictum la Souveraineté, latinè *Suprematus*, qui tamen superiorem in Republica non magis excludit, quam in Ecclesia primatus priorem. Recensetur autem inter Potentatus, ac Suprematum habere creditur, qui satis & libertatis & potentiæ habet, ut rebus gentium per arma & fœdera cum autoritate intervenire possit. Qualis an fuerit Rex Monæ insulæ (dipl. 5. Prodromi) merito dubites, etiamsi libertas ei non negetur; adeo territorii parvitate similis videtur fabuloso illi Regi Ivetotiano. Inliberis Rebuspublicis civilis persona ad instar naturalis intelligitur, quoniam voluntatem habet. Quodsi legibus fundamentalibus non satis provisum sit Reipublicæ, ut ad certam ejus voluntatem perveniri possit, habet aliquid irregularitatis forma ejus, quod rectè docuit autor doctissimus Monzambani, à quo plurimum illustrata est hæc disciplina. Uniuntur interdum plures civiles personæ in unam, ut dipl. 28. cum territoria invicem incorporantur; interdum extinguitur & civilis persona, sic

Comi-

Digitized by Google

Comitatûs Holsatiæ & Ditmarsiæ extinguere se ait Fridericus Imperator. Ducatu creato, dipl. 189. Personæ naturales sibi subrogantur successione; & circa eam non inutiliter inspicientur diplomata 31. 106. 132. &c. in qua re jura olim paulo obscuriora fuere, adeò ut etiam de Salica successione Coronæ Gallicæ dubitatum fuisse appareat diplom. 38. & dicto dipl. 132. Porrò cum personæ hîc intelligantur publicæ, sequitur rerum nomine etiam subditos & res subditorum comprehendi posse; omnia enim territorio continentur, quæ vox est Universitatis. Subditorum olim laxiora fuisse jura, adeò ut garantiam contra Dominos præstare posse crederentur, supra notavimus; contra *Dominium eminens* in subditos eorumve res, nec olim ignoratum fuisse intelligimus, diplom. 122. jus in perpetuam servitutem redigendi barbaros (ne conversione quidem ad fidem excepta) Lusitanis indulsit Pontifex dipl. 165. §. 4. quod mireris sanè, cùm contra Fridericus II. Curones Christo se submittentes liberos esse jusserit. De feudis sive regalibus, sive aliis amplissimè tractarunt Jurisconsulti. Hoc loco notaverim tantùm, abnorme quoddam jus aliquando fuisse alligatum, ut subditus Vasalli, qui appellaverat ad superiorem, eo ipso, etiam in cæteris causis plane exemtus esset pendente lite à Domino suo, unde appellarat; & cum Rex Angliæ idemque Dux Aquitaniæ tale jus non agnovisset, refertur hoc inter causas primarias abjudicati ei Ducatus Aquitaniæ dipl 101. Quod *domania* Regnorum *inalienabilia*, & semper revocabilia dicuntur, id respectu privatorum intelligitur; nam contra alias gentes divino privilegio opus foret. Etiam Gallicæ Coronæ aliqua sine reservatione alienata, non Flandriæ tantum directum dominium sive allodium Carolo V. dimissum testatur, sed & Caleti & Guinarum ditio in Anglos planè translata, dipl. 64. Ad subditorum res commerciorum ratio pertinet, de quibus inprimis dipl. 128. Notanda etiam explicatio legis de auro & argento non exportando, dipl. 123. Interdum in pacto cum exteris nova telonia domi instituere prohibitum, ut dipl. 206. §. 5.

Post personas & res paucula in specimen de Actibus seu Actionibus addemus. *Actus* sunt vel dispositiones jure efficaces, vel pertinent ad viam facti. Qui juris effectum habent, sunt extrajudiciales vel judiciales. Atque illi vel ab uno latere fiunt, ut testamenta, quorum aliquot nostra collectio exhibet; vel sunt *conventiones*, quarum varias species non percurro. Tantum notare placet de fœderibus; aliquando fuisse cautum, ut in posteà pangendis cum aliis, hoc præsens exciperetur, dipl. 85. §. 9. alibi contra-cautum, ut præsens fœdus præferretur etiam prioribus. Cæterum videas etiam fœdera ad vitam, dip. 148. in annos centum, dipl. 136. imò fœdus conceptum in vitam hostis, & in annum ultrà, dipl. 137. Stipulationum scrupulositates in eodem dipl. societates quædam militares (bandes) ibid §. 12. Sæpè pœnæ adjectæ sunt fœderibus, sic perjurii pœna, quam Rex potest incurrere tali casu, & præterea centena millia marcarum auri, dipl. 14. §. 19. & caveri solet, ut pœnâ etiam commissa, & toties exacta, quoties peccetur, non ideò minus duret obligatio. Alienationes, qualis domanii est, paulo antè attigimus. Circa matrimoniales contractus observatu dignum est, Virginem aliquando velut integræ familiæ desponsatam, ut mortibus priorum intervenientibus quasi successione hæreditaria ab uno ad alium descenderet. Hoc placuit in tractatu Matrimonii Sigismundi Austriaci cum filia Caroli VII. Regis Galliæ, dipl. 140. Adeò sæpe non affectus, sed status ratio Principibus habenda est. Actus autem (etiam extrajudiciales) interdum *solennitatibus* suis vestiuntur: & quædam huc pertinentia jam supra attigimus, ubi de Heraldicis, item de Dignitatum creationibus & titulis, sic tres gradus militum:

Princi-

Digitized by Google

Principes, bannereti & baccalarii, dipl. 90. *Ordo* & collocatio interdum observari meretur, ut diplom. 136. & in dipl. 201. §. 17. Ubi *Dux & domus Bavariæ* ante alios nominantur. In *subscriptionibus* quædam singularia: ut Hispanis, ego Rex, non adjecto nomine. Apud Anglos Rex ait: Teste meipso. In *formulis* quædam observanda interdum, ut cum Legati plures mittebantur, addi solebat in mandato: ne melior esse conditio occupantis, id est, ne unus alterum agendo præveniret: quod Vir quidam doctus non intellexit. Itaque utile est ad diplomata interpretanda veteres aliquando scripturas inspexisse, & *Styli notitiam* habere. Formulam Galliæ Regibus in concessionibus usitatam: Salvo nostro jure in aliis, & alieno in omnibus; adhibuit etiam Sigismundus Imperator, dipl. 125. §. 5. Magni Principes in præsentia sua curabant alium in ipsorum animam jurare, præsertim inferiori, ut in diplom. 4. & dipl. 35. Prælati non tangebant Evangelia inter jurandum, sed manum ad pectus admovebant, diplom. 84. §. 42. & dipl. 69. *Judiciales* quoque *actus* notanda exhibent, vide judicia Parium Curiæ solennia contra Comitem Flandriæ, Comitissam Artesiæ, Ducem Aquitaniæ. *Judicii* Stillgericht, vulgò *Westphalici* mentio 1401. dipl. 113. & fœdus contra ipsum, dipl. 181. Pœna piratarum submersio, robbatorum laqueatio, dipl. 124. quædam singularia in *Arbitris:* electi fœderum *dictatores* seu emendatores, dipl. 8. horum *dicto* controversiæ terminabantur. Conservatores pacis eodem ferè sensu, diplom. 201. peculiaria etiam in dipl. 123. Interdum in voluntate arbitri erat, uti, vel non uti forma juris, dipl. 70. §. 2. interdum cautum erat, ne secundum formam & rigorem juris judicaretur, ut in compromisso de successione Flandriæ, diplom. 14. quia stricto jure totus Comitatus ad unum deferri debebat. Dispensationes, dipl. 72. 74. 83. 145. De *via facti* veluti repressaliis, Markis, contramarkis vid. dipl. 58. & alibi passim. De interceptione rerum ad amicos pertinentium & versione in usum nostrum, necessitate excusata, eodem dipl. De prohibitis mercibus & contrabandis, ut vocant, occupatis, excusatio *Christophori Columbi* pro Gallis Siculas naves intercipientis, Prodromi dipl. 18. Præcursor belli erat diffidatio; talis Adolphi Imp. Galliæ Regi missa, diplom 18. & alibi passim. Rex Regem ad duellum provocans, dipl. 79. conditiones duelli inter duos magnates, dipl. 173. De jure in bello servando non malè Helvetii, diplom. 108. Triplex pugnæ genus, dipl. 115. §. 10. nempe corps contre corps seu monomachia; nombre contre nombre (posses oligomachiam dicere) ut olim inter Horatios & Curiatios, aut cum centeni delecti ab utraque parte confligunt, quasi facto in eorum fortunam compromisso; denique pouvoir contre pouvoir, cum duo exercitus prælium committunt.

Sed abrumpendum est, ne Introductio pro Præfatione in libellum exeat. Indices aliquando, Deo favente, pleno operi dabuntur ampliores, ubi & licebit, per quos profecerimus profiteri. Nam & ab amicis passim, quin ab illustrissimis etiam Viris auxilia speramus. *Errata* nonnulla irrepsêre, sed pauciora reperientur, quam quis in re satis perplexa expectet. Secuti sæpe sumus inscriptiones in Manuscriptis repertas, itaque notandum est, in annos Hegiræ vitium irrepsisse dipl. 10. nempe pro 628. lego 608. Et in diplom. 17. puto rubricam alteri diplomati debitam per errorem in MSo huic ascriptam. Et dipl. 68. interpretationes Clericorum contra Regis jurisdictionem memorantur, ubi error in eo, quod nescio quis entrepriſe, ineptè interpretationem vertit, literarum convenientiam secutus, cum attentata significentur. Pro Arnulpho

Digitized by Google

Archiep. Coloniæ legendus Adolphus, in dipl. 5. Errata Typographica satis tolerabilia spero reperientur. Ut pro soit disant lege soy disant, dipl. 132. §. 22. pro dissolvate, leg. dissolvatve, dipl. 128. §. 10. & pro quadring. septimo, lege: quadringentesimo quadragesimo septimo. Et in inscriptione dipl. 144. pro rectè meritis, lege: rectè metiris, dipl. 196. sed talia non puto tanti fore, ut longo catalogo recensentur. Obscuriora mihi ipsi, aut lacunosa plerumque *stellulis* notavi, quæ tamen interdum & ad *varias lectiones* subjectas referuntur, ubi opus est visum. Ingenio non indulsimus temere, ne nobis parum intellecta explicantibus contingeret, quod viro cuidam alioqui doctissimo, qui in quodam diplomate veteri, cum ita corruptè scriptum invenisset: misit nuntios suos ad Seniorem Motau qui dicitur Asinus, promittens, sibi pecuniam infinitam, ut nostram offenderet Majestatem; Motau pro Moravia accipiens, quendam in Moravia fuisse putavit, qui vocatus fuerit Asinus, cum designetur Senior Montanus, qui vocatur Assasinus, Princeps superioris Asiæ, vulgo dictus le vieil de la montagne; pro quo fortasse potius dici debuisset le Seigneur de la Montagne, ut alibi accipitur Senior, vid. dipl. 10.

§. 1. Sed hæc specimini sufficiant: plura & fortasse majora, & magis adhuc rebus præsentibus accommodata Tomi sequentes, Deo volente, suppeditabunt.

INDEX

Digitized by Google

INDEX CHRONOLOGICUS CODICIS JURIS GENTIUM *DIPLOMATICI.*

TOM. I.

Usque ad Ann. 1500.

Diploma Urbani Papæ II. de *Monarchia Ecclesiastica Siciliæ*, controversum inter sedem Romanam & Hispanos; vi cujus Reges Siciliæ sibi vindicant Jus *repræsentandi Papam* in Regno suo. Datum Salerni, tertio non. Julii 1096. vel 1097. Prodrom. Num. I.

I. Charta Pacis inter Philippum Regem *Gallia* & Balduinum Comitem *Flandriæ*. Peronæ, Januar. 1099. pag. 1.

II. *Concordatum Nationis Germanicæ* antiquissimum, circa *Electiones & Investituras Episcoporum & Abbatum*, inter Imperatorem Henricum V. & Papam Calistum, factum Wormatiæ in Conventu Imperii. Præsente Legato Sedis Romanæ Lamberto Cardinali Episcopo Ostiensi, cum aliis duobus Cardinalibus. Ex quo intelligitur, majus *superesse Imperatori jus in Electionibus*, quàm vulgo agnosci solet. Anno 1122. pag. 2.

Epistola Alphonsi Regis *Castellæ* & Legionis (qui se Imperatorem vocabat) ad Henricum Comitem generum suum [progenitorem Regum *Lusitaniæ*] cujus filius Alphonsus Rex fuit coronatus. Ex qua Hispani probare contendunt, Henricum Comitem tenuisse ditionem suam sub potestate suprema Regis Castellæ, in dotem filiæ datam Comitatus titulo. Prodrom. Num. II.

Diploma pacis inter Fridericum I. Imp. & Wilhelmum Regem *Siciliæ*. Venetiis. Augusti. 1177. Prodrom. Num. III.

Privileg. à Friderico I. Imp. datum Episcopo Torcellensi propè Venetias, ubi fit *mentio limitum inter Longobardos & Venetos tempore Caroli M.* constitutorum. Prodr. N. IV.

Epistola Gregorii III. ad Henricum VI. Regem Rom. Parmæ 1187. Est *antiquissimum exemplum tituli Imperatoris Electi*, Romanorum Regi concessi. Prodrom. Num. V.

III. *Testamentum* Philip. Augusti *Regis Franciæ*, ituri in terram Sanctam. Paris. 1190. p. 2.

IV. Conventio facta per Johannem Comitem Moresti, fratrem Richardi Regis *Angliæ*, postea factum Regem Angliæ, & dictum Johannem sine terra, cum Rege *Galliæ* Philippo Augusto, & continet *partitionem* complurium magnarum *terrarum*. Paris. Januar. Ann. incarn. 1193. pag. 4.

V. Confœderatio *Philippi Svevi Romanorum Regis*, & Philippi Augusti Regis *Galliæ*, Wormatiæ. III. Kal. Julii. 1198. pag. 6.

VI. Tractatus Pacis inter Philippum Regem *Gallia*, & Johannem Regem *Angliæ*, Maji 1200. pag. 7.

VII. Litteræ quorundam Principum suadentium Regi Philippo, ne ad pacem vel inducias cum Johanne Rege Angliæ sese à Papa aut Cardinalibus cogi patiatur, promittentiumque ei auxilia. 1203. pag. 9.

VIII. Induciæ Quinquennales inter Philippum Regem Galliæ & Johannem Regem Angliæ comprehensis, si voluerint, *Ottone Imperatore, & Friderico* ei oppositio. Chinone Septembr. 1214. pag. 9.

Reginaldus *Rex* insulæ *Man* constituit se Vasallum sedis Romanæ, & ex insula facit *feudum oblatum*. Londini 10. Cal. Octob. 1219. Prodrom. Num. VI.

Epistola Cardinalis Portuensis Legati sedis Romanæ & prælatorum terræ ad Philippum Regem Galliæ, de acceptanda à Rege *conquesta Albigesii* & illarum terrarum ex resignatione Comitis Montis fortis, circa annum 1222. Prodrom. Num. VII.

IX. Tractatus & conventio facta inter Regem Galliæ *Ludovicum Sanctum* & Ferdinandum ac Joannam Comitem & Comitissam *Flandriæ*. Insulis, Januar. 1226. pag. 11.

X. Pacificatio inter *Imperatorem Fridericum II.* Regem Siciliæ & *Abbuissac Principem Saracenorum Africæ*, circa securitatem commerciorum, & Jurisdictionem Imperatori in *Saracenos Corsicæ*, competentem; non comprehensis urbibus alioqui ad jura Imperii relationem habentibus, Januæ, Pisæ, *Massiliæ & Venetiarum*, quia cum Calipha jam tractaverant. Concluſa per Vibaldum Legatum &

Digitized by Google

Obsidem Imperatoris Anno Hegiræ Mahometis 628.(potius 608. id est 1230. p. 12

Conradi Ducis *Masoviæ* & Cujaviæ translatio quarundam terrarum suarum cum omni jure Ducali in Christianum *Prussiæ Episcopum primum.* In Lonys, non. Aug. 1222. Prodrom. Num. VIII.

Ejusdem Donatio terræ Culmensis facta Hospitali S. Mariæ Domus *Teutonicorum fratrum* de Jerusalem, in Crussiz ante pontes, Jun. 1230. Prodrom. Num. IX.

Christiani Primi Episcopi Prussiæ translatio donatorum sibi à Conrado Duce Masoviæ in Fratres Teutonicos. 1230, Prodr. N.X.

XI. Fœdus inter Imperatorem *Fridericum II.* Regem Siciliæ, & *S. Ludovicum* Regem Galliæ, 1232 pag. 15

Acta Electionis Conradi IV. *Romanorum Regis*, filii Friderici II. (quæ videntur innuere aliquid de *Electoribus.*) 1233. vel 1234. Prodrom. Num. XI.

Privilegium Regis Conradi *Judæis* concessum, ubi vocantur servi speciales Cameræ ejus. 1234. Prodr. Num. XII.

XII. Testamentum Joannæ Comitissæ Flandriæ & Hannoniæ, Decemb. 1244. p. 16

Alexandri Papæ IV. Epistola ad Gerardum Archiepiscopum Moguntinum de non eligendo sub pœna excommunicationis Conrado (vulgò Conradino) Imp. Friderici II. nepote. Anagniæ, 5. (al. 15.) Kal. Aug. 1256. [continet *antiquissimam mentionem Electorum*] Regestum hujus pontificis habet: literas eadem verborum forma Trevirensi & Colonien si Archiepiscopis fuisse missas. Prodr. N. XIII.

XIII. Literæ Investituræ *Alfonsi Electi Regis Romanorum* & Regis Castiliæ, quibus investit Fridericum Ducem Lotharingiæ de Ducatu Lotharingiæ & Comitatu Romarici, vulgò Remiremont, & quibusdam juribus regalibus Ducatui annexis, qualia sunt. *Custodia Ecclesiarum* & jus *salvi conductus in via Regia* terra marique, adeoque (ut inde inferunt) jus teloniorum; post præstitum homagium. Toleti, Martio 1258. p. 18

XIV. Duo Compromissa Johannis de Avenis & Balduini fratris ejus, Filiorum Margaritæ Comitissæ Flandriæ & Hannoniæ, & Buchardi de Avenis ab una parte; & Wilhelmi, Guidonis, Joannis & Joannæ de Donnapetra liberorum dictæ Margaritæ Comitissæ & Guilielmi de Donnapetra ab altera; ut dissidia inter ipsos circa *successionem in Comitatu Flandriæ & Hannoniæ* terminentur arbitrio Regis Galliæ *Ludovici Sancti*, & Odonis Episcopi Tusculani Legati sedis Romanæ. 1245. p. 20

XV. Traité entre *le Roy Saint Loys, & Henry Roy d'Angleterre*, pour les terres, qu'il tenoit & pretendoit en France. Londres en Octobre. 1259. pag. 22

Urbani IV. Papæ Epistola ad Richardum Electum Regem Romanorum de *controversia Electionis* inter Alphonsum & Richardum, & & argumentis utriusq; partis. Continet *mentionem antiquissimam numeri Electorum.* Prodrom. Num. XIV.

XVI. Contractus inter Regem Galliæ *Ludovicum Sanctum*, & Venetos, *de trajiciendo Regis exercitu in terram sanctam.* 1268. p. 24.

Responsio Ducis Venetorum facta D. Regi de verbo ad verbum. p. 26

Rodulphi *Imp. Decretum* quo Marchionatum seu *Comitatum Provinciæ* controversum unà cum Comitatu Forcalquerii, attribuit Carolo Regi Siciliæ. Viennæ Austriæ 5. Kal. April. 1280. Prod. N. XV.

XVII. Traité de paix faict entre le Roy de France & le Roy d'Angleterre, à Paris du mois de Fevrier. 1293. p. 27

XVIII. Epistola *diffidationis Adolphi Regis Romanor.* ad Philippum Pulchrum Galliæ Regem. Noribergæ, 2. Cal. Sept. 1294. cum responsione Regis Philippi. p. 32

XIX. Bulla Papæ *Bonifacii* IIX. *circa Conservatores concessos* certis *Ecclesiis* à sede Apostolica, ut ab injuriis manifestis defendantur; qui jubentur esse Canonici, aut præditi dignitatibus in Ecclesiis Cathedralib. & in dioceси; ita, ut causas evocare nequeant ex civitate vel Dioceси, in qua sunt, nec de causis aliarum Civitatum aut Dioceсium cognoscere. Dat. Laterani, 8. April. 1295. p. 33

XX. Traité d'entre le Roy de France Philippes le Bel, & Florent Comte de *Hollande*, die Lunæ post Nativitat. Christi, 1295. p. 34

XXI. Traité d'Alliance entre Eduard Roy d'Angleterre d'une part, & Guy Comte de *Flandres* d'autre, contre le Roy de France, en l'an. 1298. p. 36

Ex *Compromisso* Regum Franciæ & Angliæ *in Papam Bonif. VIII.* tanquam in privatâ personam, pronuntiata à Pontifice sententia arbitralis. Romæ 27. Junii 1298. Prodr. N. XVI.

XXII. Promissio *Alberti Regis Rom.* qua intuitu matrimonii inter Rudolphum Ducem Austriæ, filium suum primogenitum & Blancam Sororem Philippi Pulchri Regis Franciæ, dat Rudolpho Ducatus Austriæ & Stiriæ; & Blancæ dat in dotalitium Comitatum Alsatiæ & terram Friburgi, mense Augusto, 1299. pag. 39

XXIII. Confœderatio inter *Albertum Regem Rom. & Philipp. Pulchrum Regem Galliæ* facta, Argentor. 5. Sept. 1299. de defensione mutua Imperii & regnorum, honorum, libertatum & jurium contra quoscumq; forsan occasione attentatorum à Bonifacio VIII. p. 40

XXIV. Diploma Alberti Regis Romanor. de confœderatione facta cum Philippo Rege Galliæ, & juramento eo nomine à procuratoribus utriusq; præstito. Apud quatuor valles vulgò Quatrevaux. 8. Dec. 1299. p. 41

XXV. Promissio Alberti Regis Romanor. de confœderatione facta cum Philippo Rege Galliæ, & juramento eo nomine à Procuratoribus utriusq; præstito. Apud quat. Valles vulgò Quatrevaux. 8. Dec. 1299. p. 42.

XXVI.

Digitized by Google

XXVI. Tractatus inter Albertum Regem Roman. & Philippum Regem Francorum de contrahendo matrimonio inter unum ex filiis Regis Franciæ, & unam ex filiabus Regis Romanorum, altero apud alterum electuro. In loco Quatuor Vallium vulgò Quatrevaux. 8. Decemb. 1299 *pag.* 43

XXVII. Traité particulier faict entre les Roys de France & d'Angleterre, par lequel ligue defensive fut accordée entre eux contre tous, fors contre l'Eglise de Rome, & fors aussy pour le Roys de France, Aubert Roy d'Allemagne & le Comte de Haynaut. 1303. *p.* 43

XXVIII. Unio facta de Comitatu *Pedemontis* cum Comitatibus *Provinciæ* & Forcalquerii. Neapoli. 14. Febr. 1306 *pag.* 45

XXIX. Articuli Tractatus sive Compositionis factæ inter Philippum Pulchrum Regem Franciæ & Archiepiscum & Ecclesiam *Lugdunensem.* 1307. *pag.* 45

XXX. Declaratio Legatorum *Brandenburgicorum* circa pacta *de eligendo Rege Romanorum.* Popardiæ, 1308. feria sexta ante Simonis & Judæ. *pag.* 50

XXXI. Testamentum Caroli II. *Siciliæ Regis*, in quo masculi remotiores fœminis propioribus præferuntur in successione Comitatuum *Provinciæ* & Forcalquerii, itemque Pedemontis. Massiliæ. 16. Mart. 1308. *p.* 51

XXXII. Mandatum & plena potestas data ab *Henrico VII.* *Rege Romanorum* ad tractandũ cum *Philippo Rege Galliæ*, Thuregi (id est Tiguri, ut videtur) Sexto Kal. Maj. 1310. *p.* 59

XXXIII. Conventions accordeés entre les Procureurs de l'Empereur Henry VII. & ceux de Philippe le Bel Roy de France, par les quelles il est dit, que le fils du Roy reconnoistra *la Comté de Bourgogne comme fief de l'Empire*; & que les autres controverses entre l'Empire & la France seront termineés par un Compromis. Paris. Vendredy apres S. Jean Baptiste, 1310. La procuration du Roy Philippe donnée à Livry. 23. Juin. 1310. y est insereé. *p.* 60

XXXIV. Mandatũ Philippi Regis Galliæ datũ apud Fontem Bliandi, 14. Febr. 1310. ad tractandũ cũ Henrico VII. Rege Rom. *p.* 63

XXXV. Fœdus inter Henricum Regem Romanorum & Philippum Pulchrum Regem Galliæ. Paris, 25. Jun. 1310. Ratum habitum ab Imperatore in castris ad Brixiam. 23. Sept. 1311 *pag.* 64

XXXVI. Epistola *ad Papam futurum* & decretum quinque Electorum Imperii, qua declaratur *Electio Ludovici Bavari*, simulque à Papa futuro requiritur, ut suo tempore ei coronam imponat. Franckenford. 10. Kal. Nov. 1314 *pag.* 66

XXXVII. L'alliance des trois Pays *d'Ury, de Schuiz & d'Undervvalden*, du 1. Mardy d'apres la St. Nicolas. 1315 *p.* 69

XXXVIII. Traitté entre Philippes fils de Roy de France Regent les Royaumes de France & de Navarre, & Eudes IV. du Nom duc de Bourgogne, qui consent, que le dict Philippes tienne le Gouvernement des Royaumes de France & de Navarre. au Bois de Vincenne, 17. Jun. 1316 *pag.* 70

XXXIX. Arrest donné par le Roy Louys Hutin *contre Robert Comte de Flandres*, pour les choses par luy faites contre le Roy & sa justice, en Juin. 1315 *pag.* 73

XL. Arrest du Roy Louys Hutin donné, luy seant en son lict de Justice contre le Comte de Flandres & les Flamens, à Paris le 14. Juillet. 1315 *pag.* 80

XLI. Lettre de Robert fils du Comte de Flandres au Roy Louys Hutin, par laquelle appert le dict Robert avoir declaré estre obligé d'assister le Comte son Pere contre le Roy, qui est son Seign.; & *renvoye au Roy l'hommage & la feaulté*, qu'il luy debvoit. 1315. *p.* 83

XLII. Traitté fait entre le Connestabie & autres pour le Roy d'une part, & les Nobles *d'Artois* & autres d'autres part. En l'anneé. 1315 *pag.* 85

XLIII. Traicté de paix juré entre la Comtesse d'Artois & les nobles d'icelle Comté & leurs Alliez. En Decembre. 1315. *p.* 86

XLIV. Traicté de Philippes le Long Regent en France avec Robert Comte de *Flandres*, du premier Septembre, 1316 *pag.* 88

XLV. Adjournement faict par Philippes Roy de France *à Robert Comte de Flandres*, à comparoir en sa Cour, touchant l'infraction des choses, contenues au traicté de paix susdit du 9. Avril. 1317 *pag.* 95

XLVI. Commission du Roy Philippes le Long, pour *adjourner Mahault Comtesse d'Artois* de comparoistre pour le *jugement de Robert Comte de Flandres* à Paris le 1. Avril. 1317. *p.* 92

XLVII. Citatio à Philippo Rege Galliæ directa ad Episcopum Laudunensem, ut *judicio Parium Franciæ* contra Comitem *Flandriæ* interesit, Paris. 9. April. 1317 *p.* 98

XLVIII. Philippi Longi Galliæ Regis acceptatio Protestationis factæ *à Mathilde Comitissa Artesiæ*, de non præjudicando juri suo per comparitionem in judicio Regis ob delationes contra se factas. Parisiis, 10. Julii. 1317. *p.* 98

XLIX. Traicté de Gisors, ou le Roy Philippes le Long admit les excuses de Louys aisné fils du Comte de *Flandres*, Comte de Nevers & de Retheil, Baron de Donzy, accepta la saisine des fortereresses remises à sa Majesté par ledict Louys, *en luy baillant un gand*; puis le receut à l'homage sans prejudice des droicts acquis à sa Majesté sur les dictes Comtez; en baillant par luy seureté à Girard de Chastillion & Guillaume Paulizy, Chevalliers, & quarante ou cinquante autres; & demeurent à l'arbitrage du Conestable de Chastillon, & du Sieur de Suilly. Convenu le treizieisme Sept. 1317. *p.* 100

L. Traitté faict à Paris entre les Deputez du Roy Philippes le Long & Robert Comte de *Flandres*, & les villes du dict pays, par leurs Deputez; Et demeurent d'accord, d'ouir *l'advis du Pape*, non pas comme de Juge. En Novembre. 1317 *pag.* 103

Digitized by Google

LI. Declaratio Procerum Galliæ *de non aſſiſtendo*, nec ſervitia præſtando *Regi* Galliæ *contra Comitem Flandriæ*, ſi rex pacem violet, data. 7. Jan. 1319. *Conſilium Papæ* Johannis XXII. per modum arbitrii interpoſitum, hic inſertum eſt. *pag.* 105

LII. Sententia Curiæ Regiæ ſeu Parlamenti, per quam *Comitatus Flandriæ adjudicatus* eſt Ludovico Comiti Nivernenſi, filio Ludovici filii primogeniti Roberti Comitis Flandriæ, contra Robertum dicti Roberti filium ſecundo genitum, & contra Mathildem ejus ſororem, 29. Januarii. 1322. *pag.* 106

LIII. Prorogation de la Treſve entre les Roys de France & d'Angleterre, jusques à un mois apres la ſainct Jean Baptiſte. à Fontainebleau du. 26. May. 1325. *pag.* 108

LIV. Traitté de paix entre Charles Roy de France & Edouard Roy d'Angleterre. Paris le dernier May. 1325. avec les pleins pouvoirs des deux Rois. *pag.* 109

LV. Traité de paix faict entre les Procureurs des Roys de France & d'Angleterre, à Paris le dernier jour de Mars. 1326. *p.* 114

LVI. Confœderation faite entre les Procureurs du Roy *d'Ecoſſe* Robert, & Charles Roy de France, au mois d'Avril. 1326. *p.* 116

LVII. Promeſſe des Procureurs du Roy d'Angleterre inſerée aprés le Traité de Paris du dernier Mars. 1328. par laquelle ils obligent leur Roy en cinquante mille marcs d'Eſterlins, contenue audit Traitté, envers le Roy de France, 16. May. 1327. *pag.* 118

LVIII. Declaratio Jacobi Regis *Arragoniæ* de reſtitutione *navis & mercium* Narbonenſiū quas Ammiratus ejus in expeditione *Sardiniæ* interceperat. 13. Kal. Decemb. 1326. *p.* 119

LIX. Regis Franciæ Reſponſio. *p.* 122

LX. Concordia inter Jacobum Regem *Arragoniæ* & Jacobum Regem *Majoricenſem* qui fit Aragoniæ *Vaſallus honorarius*. Barchinonæ. Kal. Octobr. 1327. *pag.* 122

LXI. Ludovicus Bavarus Imperator concedit *Vicariatū* Caſtrucio de Antelminellis in Civitate & diſtrictu *Lucæ. IV.* Kal. Jun. 1324. *p.* 126

LXII. Reconciliatio conceſſa Civitati *Lucæ.* IV. Kal. Junii. 1324. *pag.* 127

LXIII. Conceſſio Vicariatus *Piſtorienſis* IV. Kal. Junii. 1324. *pag.* 128

LXIV. Comitiva Palatii Lateranenſis cū jure aſſiſtendi *coronationi Imperatoriæ* ibiq; certas functiones peragendi, conceſſa Caſtrucio Duci Lucano & Imp. Vexillifero 14. Mart. 1328. *ib.*

LXV. Ludovici Bavari Imperatoris Diploma *Erectionis* Lucæ cū territorio vicino *in Ducatū*, & creatio primi Ducis Lucani *Caſtruccii de Antelminellis.* 15. Febr. an. Incarn. 1328. *p.* 130.

LXVI. Acte & Inſtrument de *l'hommage* fait au Roy de France *par Edouard. III. Roy d'Angleterre pour la Guienne* en preſence de pluſieurs Prelats & Barons des deux Royaumes, au choeur de la grande Egliſe d'Amiens, le ſixieſme Juin, l'an de l'incarnation. 1329. *p.* 132

LXVII. Conventus Pariſienſis Prælatorum & Baronū Regni Franciæ coram Philippo Valeſio Rege habit', anno 1329. exeunte, *De temporali Eccleſiaſticorum juriſdictione.* *p.* 133

LXVIII. Huc referri videntur Capitula de Interpriſiis (Attentatis) Clericorū adverſus Regis & aliorū ſecularīū juriſdictionē. *p.* 137

LXIX. Compromiſs de Raoul Comte d'Eu & Conneſtable de France pour ſoy & au nom de *l'Archevesque de Cologne*, de l'Eveſque de Liege, des Comtes de Luxembourg, de Gueldres, de Juilliers & de Namur d'une part; & du *Duc de Brabant* d'autre, en la perſone du Roy Philippes de Valois, de tous les differens, qu'ils avoient enſemble. du 20. Juin. 1332. *p.* 139

LXX. Lettres comēt le Roy Philippes de Valois *accepta le compromis* d'entre *l'Eveſque de Liege*, & autres, & le Duc de Brab. 1332. *p.* 139

LXXI. L'alliance des *quatre Cantons* Lucerne, Ury, Schwiz & Underwalden, à Lucerne du Samedy devant la St. Martin. 1332. *p.* 141

LXXII. Diſpenſatio juramenti de non intrando urbem Pariſiorum ante paſſagium in terram ſanctā Ludovico Borbonio à Papa Johañe XXII. conceſſa, Avinione Non Feb. 1332 *p.* 143

LXXIII. Lettres de *Jean Roy de Boheme* & de Pologne & Comte de Luxenbourg, par leſquelles tant en ſon nom, que comme Adminiſtrateur de ſon filz *Charles Marquis de Moravie*, il fait ceſſion & transport au Roy Philippes de Valois & à ſes hoirs & ſucceſſeurs de la Seigneurie de la Cité & du Comté de *Lucques*, au bois de Vinceñes. En Oct. 1334. *p.* 144

LXXIV. Diſpenſatio generalis Jacobo Borbonio à Papa conceſſa, *de contrahendo matrimonio cū conſanguinea* de genere Regio Franciæ, quæ tertio conſanguinitatis gradu vel remotiore ſit conjuncta. Avinione. Non. Kal. Octobr. 1334 *pag.* 146

LXXV. Fœdus inter *Ludovicum Bavarum Imp.* & Philippum Valeſium Regem Galliæ per Wilhelmum *Marchionem Juliacenſem Legatū Imperatoris*, apud Luparam propè Pariſios concluſum. 23. Decemb. 1336. & confirmatum Noriberg. 1. Febr. 1337 *pag.* 147

LXXVI. Decretum & Conſtitutio ab Imperatore & Ordinibus *de jure Imperii* facta, 8. Aug. 1338. *pag.* 148

LXXVII. Epiſtola *Electorū* ad Papam Benedictū XII. ſuper Ludovico Imperatore. *p.* 149

LXXVIII. Ludovicus IV. Bavarus Reinoldū illo nomine ſecundum, ex Comite *Gelriæ creat Ducem*, Francof. 19. Mart. 1339. *p.* 151

LXXIX. Cartel de Deffy d'Edouard. III. Roy d'Angleterre au Roy de France Philippes de Valois, du vingt ſeptieſme, Juillet. 1340 *p.* 152

LXXX. Reſcription à cette lettre par le Roy Philippes de Valois audict Roy d'Angleterre. *pag.* 153

LXXXI. Fœdus inter *Ludovicum Bavarum* Imperatorem & Philippum Regem Galliæ, ſeu potius jurata promiſſio Ludovici Imp. quod non velit Regi nepoti & affini ſuo nocere. In Vilshofen, 24. Jun. Anno nativit. Dom. 1341 *pag.* 153

LXXXII.

Digitized by Google

LXXXII. Forma *divortii matrimonialis* inter ill. vocatos Conjuges, Johannem videlicet filium Regis Bohem. & Margaretam *Ducissam Carinthiæ*, celebrati per Dominum *Ludovicum IV.* Dei gratia Rom. *Imp.* p. 154

LXXXIII. Forma *dispensationis super affinitate consanguinitatis* inter illustrem Ludovicum Marchionem Brandenb. & Margaretam Ducissam Carinthiæ: Nec non *legitimationis liberorum* eorundem *procreandorum* factæ per Domn. *Ludovicum IV.* Dei gratia Rom. Imp. pag. 156

LXXXIV. Translatio Delphinatus in Principem Sanguinis Regis Galliæ, ita tamen ne coronæ uniatur; per Humbertum Delphinum Viennæ, facta Viennæ die ultima mensis Julii, 1343 pag. 158

LXXXV. Tractatus cum insertis mandatis, initus inter Philippum Regem Franciæ & Alphonsum *Regem Castellæ* & Legionis, quo antiqui Tractatus de mutuo auxilio renovantur, & donationum liberis Regis Castellæ & matri eorum Eleonoræ factar. observatio promittitur, ubi & mentio fit matrimonii Blancæ *Navarrenæ* cum Petro Principe Castellæ, nat. in Civit. Legionensi, 1. Jul. 1345. juratus apud *Majoritum* (Madrit) 23. Dec. 1345. & ratificatus à Rege Castellæ, 2. Jan. 1341. p. 180

LXXXVI. Articuli secreti Tractatus Legionensis, de auxilio contra Regem Angliæ, & contra *Regem Bellimarini.* 1. Jul. 1345. *ibid*

LXXXVII. Johannis Regis Bohemiæ Epistola *de morte Henrici VII. Imp.* Patris sui. 17. Maj. 1246. pag. 188

LXXXIIX. Fœdus amicitiæ & auxilii mutui inter *Carolum IV. Imp.* & Johannem Ducem Normanniæ filium primogenitum Philippi Regis Galliæ, (factum postea Regem) ejusq; fratres. Tridenti. 1347. Non. Maji. p. 189

LXXXIX. L' alliance & Confederation perpetuelle *de Zurich avec les quatre Cantons* de Lucerne, d' Ury, Schwitz & Underwalden, dicts les quatres villes des Bois. A Zurich. 1. May. 1351 p. 189

XC. Institutio *Militum Stellæ* à Johanne Francorum Rege. 6. Novembr. 1351. p 193

XCI. Fundatio Ecclesiæ (quam Nobilem Domum vocant) Canonicor. S. Audœni prope S. Dionysium in Francia, ubi *Milites* B. Mariæ seu *Stellæ* congregari debeant. Oct. 1352. p. 194

XCII. Alliance & amitié perpet. de *Berne* avec les trois Cantons d'Ury, Schwitz & Underwalden, à Lucerne du 6. Mart. 1353. p. 195

XCIII. Venditio Avenionis facta per Johannam Regin. Siciliæ, ementeProcuratore *Papæ* Clement. VI. Avenion. 12. Jun. 1358. p. 200

XCIV. Imperator Carolus IV. facit fratrem suum Wenceslaum Ducem de Comite. Est *Comitatus Luxenburgensis erectio in Ducatum.* pag. 207

XCV. Traitté de paix faict à Bretigny le 8. May 1360. entre le Prince de Galles d'une part & le Dauphin Regent le Royaume Duc de Normandie d' autre part *pour la Delivrance de Jean Roy de France*, confirmé par les deux Roys. pag. 208

XCVI. Le dit Traitté corrigé à Calais. p 218

XCVII. Johannes Rex Franciæ concedit Philippo filio suo quartogenito *Ducatum Burgundiæ*, eumque *creat primum Franciæ Parem.* 6. Dec. 1363 pag. 220

XCVIII. Caroli IV. Imper. Executoria ad Laicum super *primarias preces. pag.* p. 222

XCIX. Compromissum Henrici Regis *Castellæ* super omnibus controversiis, quas habebat cum regno *Arragoniæ.* Datum in obsidione Toleti. 20. Novemb. 1368. *ibid.*

C. Contract de mariage de *Philippes Duc de* Bourgogne, *avec la fille du Comte de Flandres* Veufve d'un Duc de Bourgogne. A Gand le 12. Avril. 1369. p. 223

CI. Declaratio *Confiscationis Ducatus Aquitaniæ* contra Regem Eduardum & principem Walliæ ejus filium primogenitum, data in castro Vincennarum. 7. Maji 1370. p. 228

CII. Edictum Caroli V. Regis Galliæ, quo constituitur *Reges Galliæ anno ætatis quatuordecimo majorennes* fore. 1374. p. 231

CIII. Tractat. de matrimonio ineundo inter Catharinam filiam Caroli V. R. Franciæ & Rupertum filium Ruperti, nati ex Ruperto, stipulante cum suo patruo, *Ruperto* seniore *Electore Palatino*, Francof. 20. Febr. 1379. p. 235

CIV. *Adoptio* Ludovici Ducis Andegavens. facta à *Joanna I. Regina Siciliæ*; In castro Ovi prope Neapolim. 29. Jun. 1380. p. 237

CV. Confirmatio Clementis VII. quoad Regnum autoritate Apostolica; quoad Comitatum Provinciæ &c. ex prætensa superioritate ad Imperium, & *prætenso jure succedendi in locum Imperatoris Imperio vacante.* Avenione, 11. Kal. Aug. Anno Pontificat. 2. p. 238

CVI. Litteræ bullatæ, quibus Clemens Papa VII. *Regnum Adriæ* instituit, (comprehendens partem terrarum Ecclesiæ Romanæ in Italia) ac Ludovico Duci Andegavensi tribuit. 15. Kal. Maji 1382 pag. 239

CVII. Ordonnance & mystere du sacre & *couronnement du Roy Loys II. de Sicile* Duc d'Anjou & Comte de Provence, faicte à Avignon par nostre sainct Pere le Pape le jour de Toussaincts. 1389. pag. 250.

CVIII. Articles faicts entre *les neuf Cantons* de Zurich, Lucerne, Berne & Soleure: Zug, Ury, Schwiz & Underwalden & Glaris; *après le Combat* donné *devant Sempach* contre les Seigneurs d'Austriche; touchant l'ordre, qui se doit tenir aux guerres, ou les dits Cantons iront avec leurs Bannieres deployées, du 10. Juillet. 1389. pag. 255

CIX. Wenceslaus Imperator Johannem Galeacium *creat primum Ducem Mediolani.* Pragæ, 11. Maji 1395 pag. 257

CX. Traitté d' alliance & Confederation entre le Roy Charles sixiesme d' une part, & Jean Galeas Comte de Vertus & Seigneur de *Milan* d' autre part. A Paris l'an. 1395. le dernier du mois d'Aoust. p. 259

Digitized by Google

CXI. Promeſſe des Seigneurs du Sang Royal d'Angleterre & autres touchant le mariage du Roy d'Angleterre pour la ſeureté de la future Reine. Windſor. 1. Maji 1396. p. 260

CXII. Ordonnance du Roy de France Charles VI. ſur la defenſe du *Pelerinage de Rome.* 1400 *pag.* 262

CXIII. Rupertus Imperator conſtituit filium ſuum Ludovicum *Vicarium Imperii.* 1401. *pag.* 263

CXIV. *Lettre de Defy* de Loys de Valois Duc d'Orleans envoyée à Henry Roy d'Angleterre pour combattre enſemble chacun avec cent Chevaliers. à Coucy 7. Aouſt. 1402 avec la reponſe du Roy. Londres 5. Decemb. 1402. Un traitté fait auparavant entre eux, y eſt inſeré. *pag.* 266

CXV. Replique du Dux d'Orleans à la Reponſe du Roy d'Angleterre, ou il rend raiſon de ſon deſi; accuſant le Roy Henry d'avoir faict mourir le Roy Richard, & d'avoir depouillé la Reine ſa veuve, Niece dudit Duc, fille de France, 26. Mars. 1402 *pag.* 269

CXVI. *Homagium*, quod Johañes Dux *Britanniæ* præſtitit Carolo VI. Galliæ Regi 7. Januar. 1403. Cum inſertis literis antiquorum Britanniæ Ducum homagium agnoſcentibus, Arturi (Principis Angliæ) 1202. & Johannis, 1239. *pag.* 272

CXVII. Reſtitutio *Obedientiæ* facta Benedicto XIII. 1403 *pag.* 274

CXVIII. Tractatus inter Regem Galliæ Carolum VI. & Gabrielem Mariam fratrem Ducis Mediolanenſis, *Dominum Piſarum.* 1404 *pag.* 277

CXIX. Bulla *Benedicti XIII. de ceſſione* acceptanda, Taraſcone. 6. Id Jan. 1406. p. 281

CXX. Bulla Benedicti XIII. *de Concilio generali* celebrando. Taraſc. 6. Id. Jan. 1406. p. 282

CXXI. Senatus conſultum Parlamenti ſub nomine Caroli VI. Regis Franciæ, *contra abuſus Annatarum*, aliarumque uſurpationum Benedicti in ſua obedientia dicti XIII. 11. Sept. 1406 *pag.* 283

CXXII. Union au Domaine des places limitrophes par Charles VI. Roy de France (*ex jure dominii eminentis*) Paris. Avril. 1407. p. 288

CXXIII. Tractatus & Concordia inter Henricum *Caſtellæ* & Johannem *Portugallie* Reges Anno. 1411 *pag.* 290

CXXIV. Conceſſio *Vicariatus Sacri Imperii* facta *Ludovico de Sabaudia* Principi Achajæ per Imperat. Sigiſmundum, Budæ. 1412. p. 305

CXXV. Confœderatio inter *Sigiſmundum Imperatorem* & Carolum VI. Regem Galliæ, Tridenti. 25. Jun. 1414 p. 307

CXXVI. *Erectio* Comitatus *Sabaudiæ in Ducatum*, facta à Sigismundo Imperatore. Camberiaci. 19. Febr. 1416 *pag.* 309

CXXVII. *Inveſtitura Ducatus Sabaudiæ* recens creati cæterarumq; ditionum, Amadæo Duci ab Imperatore Sigismundo data, Camberiaci. 20. Febr. 1416. *pag.* 312

CXXVIII. Articuli qui placuerunt in *Conventu generali Hanſæ Teutonicæ.* Lubecæ, 1418. *pag.* 313

CXXIX. Articles accordez pour le mariage de René d'Anjou, Comte de Guiſe, avec Iſabelle de *Lorraine*, fille de Charles premier, Duc de Lorraine; à Foug, l'an mil quatre cens dix huict, le vingtieſme jour de Mars. p. 316

CXXX. Traicté de Ponceau prés Poilly le fort, entre *Charles Dauphin*, & le Duc *Jean de Bourgogne*, par l'entremiſe du Legat du ſainct Siege, juré ſur *la vraye croix* manuellement touchée par l'une & l'autre des parties, enſemble ſur les Saincts Evangiles, par leurs principaux adherans; eſtant nommez entre ceux du dict Dauphin M. Jacques de Bourbon Sire de Thury. M. Robert le Maçon ſon Chancelier, M. Jean Louvet Preſident de Provence & autres; du Mardy 11. Juillet. 1419. p. 319

CXXXI. Paix ordonnée par la Convention de Monſieur le Dauphin & du Duc de *Bourgogne* faicte à Pontoiſe. 1419. *pag.* 321

CXXXII. Traité de mariage de Madame Catharine de France fille du Roy Charles VI. avec Henry V. Roy d'Angleterre. Et *translation du Royaume de France aux Anglois.* A Troyes l'an 1420. 21 May *pag.* 325

CXXXIII. La forme du ſerment du Traicté ſusdit, lequel fut juré par les Princes, Seign. Prelats, Barons, & autr. Vaſſaux & ſubjets, daté à la ville de Troyes, le 21 May 1420. p. 330

CXXXIV. Henrici Regis Angliæ, Hæredis Franciæ, Domini Hyberniæ Confirmatio articulorum Tractatus in urbe Troya Campaniæ concluſi, 21 May 1420. p. 332.

CXXXV. Traitté de ligue entre Jean Duc de Betfort Regent du Royaume de Franee, Philippes le Bon Duc de *Bourgogne* & Jean Duc de *Bretagne.* 7 Avril. 1423. *pag.* 337

CXXXVI. Confœderatio inter Carolum VII Regem Galliæ & Philippum Mariam Ducem *Mediolani* 17 Februar. 1424. p. 338

CXXXVII. Confœderatio Amedæi Ducis *Sabaudiæ* cum Rebuspublicis *Veneta* & *Florentina*, contra Ducem *Mediolani.* Venetiis 11. Julii. 1426 *pag.* 343

CXXXVIII. Diffidatio ſeu *belli denuntiatio* ab Amadeo Duce Sabaudiæ facta Philippo Mariæ Duci *Mediolani* 21 Aug. 1427. *pag.* 348

CXXXIX. Reſponſio Ducis Mediolani. 4. Sept. 1427 *pag.* 349

CXL. Tractatus Matrimonii inter *Sigiſmundum Auſtriacum* & Radegondem filiam primogenitam Regis Galliæ. Oenipont. 22. Jul. 1430 *pag.* 349

CXLI. Fœdus inter Carolum VII. Regem Galliæ, & *Fridericum Auſtriacum*, qui promittit per fecialem bellum indicere Henrico Angliæ Regi, & Philippo Burgundiæ Duci, Regis hoſtibus. apud Senones, 15. Septemb. 1430. *pag.* 351.

CXLII. Fœdus inter Carolum VII, Regem Galliæ & Johañem II. Reg. Caſtellæ, in opido de Majorito (Madrit) 29. Jan. 1434. ſecundum æram incarnationis & 1435. ſecundum ſtylum Hiſpaniæ,

Digitized by Google

Hiſpaniæ, quo confirmantur antiqui tractatus inter Carolum V. Septimi avum, Galliæ, & Johannem I. & Henricum II. Reges Caſtellæ, Johannis II avum & Patrem; & inſeritur integer tractatus Valliſoleti, 2. Dec. 1407. inter Carolum VI. ab una parte, & Catharinam Reginam matrem Ferdinandumque patruum & tutorem regentes durante Johannis II. minoritate, ab altera: Omnia ſub pœna perjurii, & centum mille marcharum auri. p.354

CXLIII. Du different qui en l'an. 1434. ſurvint au *Concile* de Basle pour la *preſeance* entre les Ducs de *Bourgogne* & de Bretagne. pag.363

CXLIV. Caroli VII. Regis Galliæ permiſſio & autoritas filiæ Ludovico Delphino data, ut licet minor annis 14. coram Archiepiſcopo Turonenſi matrimonium cum Margaretha Caroli *Scotiæ* Regis filia primogenita contrahere poſſit. Biturici 1436. p.364

CXLV. Venia ætatis vel potius *diſpenſatio ad ineundum matrimonium* ab Archiepiſcopo Turonenſi, tanquam dioceſano, conceſſa Ludovico Delphino *quatuordecim annis minori*. Apud Turones 13. Januar. 1436. p.364

CXLVI. Declaratio Concilii de acceptatione Papatus & inthronizatione *Papæ Felicis V.* cum ipſius juramento. pag.369

CXLVII. Sentence arbitrale touchant le different, qui eſtoit pour la *ſucceſſion du Duché de Lorraine* entre Iſabel de Lorraine Reine de Sicile, fille de Charles premier Duc de Lorraine, & ſon Couſin Germain Antoine de Lorraine, Comte de Vaudemont; à Rheims, 1440. le 17. jour de Mars avant Paſques. Il eſt ordonné que ledit Comte de Vaudemont renoncera à tout droict de proprieté & Seigneurie au Duché de Lorraine, & ce droict luy eſt reſervé, ſi la dicte Iſabel, & ſes hoirs masles & femelles, vont de vie à trespas ſans hoirs iſſuz de leur Corps. p.371

CXLVIII. Fœdus initum inter Regem Galliæ & Electorem ejusq; fratrem Duces *Saxoniæ*. Nanceji 23. Febr. 1444. p.375

CXLIX. Adviſata & Deliberata in *Dieta Aſchaffenburgenſi*, in die ſanctæ Margaretæ Virginis, quæ fuit decimo tertio Julii, anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptimo. g.377

CL. Nicolaus Papa V. Amedeum omni *Dominio Sabaudiæ privatum*, atque illud ad Regem Franciæ devolutum declarat, deinde fideles adhortatur, ut ſumant arma in Amedeum ejusque ſequaces, d. 12. Decemb. 1447. pag.378

CLI. Caroli Galliæ Regis Epiſtola ad *Sigismundum Ducem Auſtriæ* de matrimonio Sigismundi nomine cum filia Regis *Scotorum*, per Sponſalia de præſenti conſtituto. pag.379

CLII. Renunciatio Felicis V. qua *deponit Papatum* in Concilio generali Lauſannæ, 7. Id. April. 1449. p.379

CLIII. Donatio Renati Regis Siciliæ, qua Friderico *Lotharingo* donat pedagium quoddam & alia in *Provincia Comitatu*, in caſtro Andegavenſi, 12. Januar. 1452. pag.381

CLIV. Don du *Duché de Lorraine* à Jean Duc de Calabre par ſon Pere René Roy de Hieruſalem & de Sicile, A Angers, le 26. jour de Mars, 1452 p.382

Faſciculus concordatorum Nationis Germanicæ:

CLV. *Concordia* facta in Concilio Conſtantienſi inter Martinum Papam V. & *Nationem Germanicam*, de Eccleſiæ univerſalis adminiſtratione; à Johanne Cardinali Oſtienſi Eccleſiæ Romanæ Vicecancellario ſub ſigillo ipſius communicata Eccleſiæ Metropolitanæ Magdeburgenſi. Conſtantiæ. 3. Maji. Pontificatus Martini anno primo. p.384

CLVI. Eugenii Papæ IV. Conceſſio ad inſtantiam Friderici Imperatoris facta, ut Decreta Concilii Baſileenſis *ab Alberto Rege acceptata* porro in Germania obſerventur, uſq; ad futuram modificationem, Romæ, Non. Febr. 1446 p.391

CLVII. Eugenii IV. ſuper diverſis *indultis*, diſpenſationibus ac conceſſionibus datis *Friderico Imp. & Principibus Germaniæ*, qui receſſerant à Neutralitate & obedientiam ei præſtiterant, 7. Id. Febr. anno incarn. 1446. pag.392

CLVIII *Concordata* & Modificatio Decretorum Concilii Baſileenſis facta *inter Nationem Germanicam* & Johannem Cardinalem S. Angeli Legatum à Latere 17. Febr. anno nativ. Dom. 1448. Hæc ſcilicet ſunt recepta Concordata Nationis Germanicæ, quæ proſtant ſub forma Bullæ Nicolai V. data Romæ Kal. Apr. anno incarn. 1442. id eſt nativitatis 1448. quo ſcilicet Papa tractatum à Legato in Germania concluſum approbavit. Nobis autem ipſum tractatum exhibere placuit. Et notandum eſt, anteriora Concordata & conceſſa, qualia in Decretis Conſtantienſis & Baſileenſis Concilii, & Eugenii approbatione continentur, hic confirmari; adeoq; malè vulgò negligi. p.396

CLIX. Fœdus inter Alphonſum Regem Arragoniæ & *Siciliæ*, & Ludovicum Ducem *Sabaudiæ*. Neapoli, 27. Junii, 1443. pag.399

CLX. Nicolaus V. concedit Alfonſo Arragonum & *Siciliæ* Regi *Inſulam caſtri rubei* Rhodo vicinam. Aſſiſii, pridie Non. Octobr. 1450. pag.402

CLXI. Nicolai V. Bulla de electione & coronatione *Friderici Imp.* cum præcepto ad Imperii ſubditos ut ei obediant. Romæ XIV. Kal. Apr. 1451 p.403

CLXII. Nicolai V. ſuſpenſio proceſſus appellationis, & declaratio de non curſuris fatalibus; cum *Carolus Suecie* Rex tanquam gravatus ad ſedem Rom. appellaſſet, quod Chriſtiernus *Daniæ* Rex capitulis Halmſtadenſib. ſtare nollet; & cauſa Johanni Cardinali S. Angeli

Digitized by Google

Angeli Legato à latere in Germaniam & Septentrionem fuisset commissa. Romæ, Kal. Apr. 1451. *pag.* 404

CLXIII. Nicolai V. *commissio* data Johanni S. Ruffinæ Episcopo Cardinali, Archiepiscopo Cantuariensi, *ad absolvendum* Anglos, qui Richardi Eboracensis Ducis partes secuti Henrico Regi fuerant rebelles. Dat. Romæ, anno 1452. VII. Kal. Augusti. *pag.* 405

CLXIV. Fœdus Caroli VII. cum *Helvetia* 1453. Est primus tractatuum inter Galliam & Helvetios initorum. *pag.* 405

CLXV. Nicolaus V. dat Alphonso *Lusitaniæ* Regi, cujus filius Henricus studio iter in Indiam Orientalem aperiendi, usque ad *Guineam & Nigrum flavium* penetraverat, & insulas varias detexerat; Imperium Ghineæ, & potestatem barbarica Regna subjiciendi; prohibens, ne alii sine Lusitanorum permissione ad eas oras navigent. Romæ, VI. Id. Januar. 1454 *pag.* 406

CLXVI. Calixtus III. in electione se *voto solemni* obstringit de tentanda Constantinopoleos recuperatione. 1455. *pag.* 411

CLXVII. Caroli Regis Galliæ Epistola ad quosdam Principes Imperii; *Communitates jura Ecclesiæ & Nobilitatis infringere conantes*, expugnandas esse. 1455 *ibid.*

CLXVIII. Caroli VII. Regis Galliæ Epistola ad Nicolaum V. Pontificem, quod Prælati omnes Regni Franciæ fidelitatis juramentum Regi præstare debent, & quod bullæ ad solum Regem sint destinandæ. *ibid.*

CLXIX. Caroli VII. Galliæ Regis Epistola ad summum Pontificem, qua *permittit* in Regno suo *Indulgentias* publicari in subsidium Regis *Cypri*. *pag.* 412

CLXX. Epistola Caroli VII. Regis Galliæ ad Ducem *Clevensem*, quod ex fœdere Rex *Archiepiscopo Colonienſi* assistere teneatur, si Dux eum gravare pergat. *pag.* 413

CLXXI. Caroli VII. Regis Galliæ Epistola, qua *Archiepiscopo* auxilia pollicetur. *ibid.*

CLXXII. Christiernus *Daniæ* Rex scribit Carolo Galliæ Regi, prorogandam esse dietam inter se & *Scotiæ* Regem coram Rege Galliæ ad controversias eorum sedandas indictam, ob novum emergens, quod intervenerat nave Islandica à Scotis intercepta. Kopenhaven, Dominico in Ramis Palmarum, 1457 *pag.* 414

CLXXIII. Permissio à Ludovico Duce Sabaudiæ data Sigismundo *Malatestæ, Domino Arimini*, & Friderico *Comiti* Montisferetri & *Urbini*, ut in ditione ejus *duello* confligere possint. 5. Octobr. 1457 *pag.* 415

CLXXIV. Calixti III. Declaratio, quod per obitum Alfonsi Aragonii, Neapoleos Regis, regnum ad sedem Romanam sit devolutum, (silentio prætermissis prætensionibus Ferdinandi filii nothi, Johannis fratris & Renati Siciliæ Regem se ferentis) cum oblatione justitiæ iis, qui jus habere sibi viderentur administranda. Romæ, IV. Id. Jul. 1458. *p.* 417

CLXXV. *Nova militia* in Turcas instituta à Pio II. cujus sedes debet esse *in Insula Lemno*. Romæ, 15. Cal. Febr. 1459. *pag.* 418

CLXXVI. Friderici Cæsaris literæ ad Principes *Electores*,, quibus invitantur, ut accedant ad Conventum Mantuanum à Papa Pio II. indictum, dat. Viennæ. *pag.* 419

CLXXVII. Pii II. Ingressus solemnis in Mantuam, ubi Conventus indictus erat ad deliberationem contra Turcam. 27. Maj. 1459. *pag.* 419

CLXXVIII. Pius II. mittit Friderico Cæsari Pileum & Ensem consecratum, ut eum stimulet contra Turcam. 1459. *pag.* 420

CLXXIX. Pii II. Epistola ad Carolum VII. Regem Galliæ, ut militi cuidam suo permittat ingredi *Societatem Jesu*, ad infidelium oppugnationem institutam. Mantuæ 13. Oct. 1459. (Ita patet hujus nominis Societatem fuisse *ante institutum Ignatii Loyola*, sed scopo diversam) *pag.* 420

CLXXX. Pius II. Fridericum *Imperatorem* declarat *Ducem generalem Exercitus Christiani* contra Turcas destinati, *ex debito Officii Imperialis*, ita tamen, ut Vice-Capitaneum ex Principibus Germaniæ creare possit, si castrenses labores ferre nequeat. Mantuæ 12. Januar. 1460 *pag.* 421

CLXXXI. Compendium Confœderationis quorundam Principum, Procerum, & Civitatum contra *Westphalicos processus* factæ. Datum Friburgi, die Martis post S. Andreæ. 1462. *pag.* 422

CLXXXII. Fœdus inter Fridericum Imperatorem & Matthiam Regem *Hungariæ*, cum pacto succedendi, ut Matthia sine liberis extincto Fridericus aut filius ejus *in Regno Hungariæ succedat*. Datum in Nova Civitate Austriæ feria tertia ante festum B. Mariæ Magdal. 1463. *ibid.*

CLXXXIII. Confœderatio inter Matthiam Regem *Hungariæ* & Ducem ac Dominium *Venetum*, 12. Septemb. 1463. *pag.* 426

CLXXXIV. Confœderatio Ludovici XI. cum *Helvetiis*, facta apud Abbatis villam, die vigesima septima Novembris, Anno 1463. *pag.* 427

CLXXXV. Fœdus inter Paulum II. & Rempublicam *Venetam*, Romæ 28. Maji 1469. *pag.* 427

CLXXXVI. *Fœdus Italicum* pacis generalis inter primarios Potentatus Italiæ, procurante Paulo II. Decemb. 1470. *pag.* 428

CLXXXVII. Pacta Confœderationis Ludovici XI. cum *Helvetiis*. 23. Sept. 1470. *pag.* 430

CLXXXVIII. Capitula eorum, quæ in *Comitiis Ratisponensibus* Anno 1471. à Statibus Imperii Friderico III. Imperat. promissa sunt contra Turcam. Dat. Ratisponæ. *pag.* 430

CLXXXIX. *Erectio Holsatiæ in Ducatum* per Auream Bullam Friderici Imp. Datam Rotenburg super Tauberam, 14. Febr. 1474. *pag.* 431

Digitized by Google

CXC. Præscriptio & Institutio Collectæ Turcicæ indicendæ *in Comitiis Augustanis.* 1474. *pag.* 432

Literæ à Ferdinando Rege Siciliæ ad Ludovicū XI. Galliæ Regem per fœcialem missæ, quibus queritur, quod Christophorus *Columbus* triremes suas deprædatus sit, postulatque sibi ablata restitui. Datum in terra nostra Foggiæ. 9. Dec. 1474. Prodr. Num. XVII.

Responsio Ludovici XI. quibus promittit restitutionem, excusat tamen Columbum, quod jus sit in Oceano capere naves ab hostilibus terris venientes, & saltem bona hostium inde auferre. Paris. die ultima mensis Januari. Prodrom. Num. XVIII.

CXCI. Testamentum Catharinæ *Reginæ Bosniæ* in favorem sedis Romanæ. Romæ. 20. Octobr. 1478. *pag.* 438

CXCII. Querelæ à Clero nationis Germanicæ contra gravamina & *Infractiones Concordatorum*, in *Dieta Confluentin.* 1479. propositæ; nomine totius Cleri Maguntinensis, Colonienſis & Trevirensis Diœcesium ad Romanam Curiam deferendæ. *pag.* 439

CXCIII. Accord faict entre *les huict Cantons* des ligues qui sont Zurich, Berne, Lucerne, Ury, Schuits, Underwalden dessus & dessoubs les Bois, Zug, Glaris. Du premier samedy aprés sainct Thomas Apostre. 1481. *p.* 440

CXCIV. Taxationes Principum Christianorum, quantum conferre debeant ad bellum contra Turcam, & aliæ pactiones ad eam rem pertinentes, procurante Papa Sixto IV. 1481 *pag.* 443

CXCV. Concordia inter Reges *Castellæ & Portugalliæ* de insulis *Canariis*, confirmata à Sixto IV. Romæ. II. Kal. Jul. 1481. *p.* 446

CXCVI. Sixti IV. Epistola ad Soldanum Babiloniæ (sive Cairi) *de limitato exercitio religionis Mahometanæ permisso in terris Regis Hispaniæ*; eâ conditione, ne Mahometis nomen altâ voce ex summitatibus Meschitarum proclament. Romæ. 8. April. 1483 *p.* 447

CXCVII. Tractatus inter Carolum VIII. Regem Galliæ & Urbes *Hanſæ Teutonicæ.* 4. April. 1484. *pag.* 447.

CXCVIII. Carlotta Regina Carolo Duc *Sabaudiæ* donat & cedit *Regnum Cypri.* 25. Febr. 1485. *pag.* 450

CXCIX. Tractatus inter Carolum VIII. Regem *Galliæ* & Johannem Regem *Lusitaniæ* in oppido Montis majoris. 7. Jan. 1485. *p.* 452

CC. Information faite par lordre du Conseil de France. 1490. touchant les limites du Royaume de France devers la Lorraine, & *les bornes entre l'Empire & la France*, marquées longtemps auparavant à l'entreveue de l'Empereur Albert. I. & du Roy Philippes le Bel devers Vaucouleur. *pag.* 453

CCI. Tractatus Pacis & fœderis conclusus ad Stapulas supra mare inter *Galliæ & Angliæ Reges.* 3. Novembr. 1492. *pag.* 456

CCII. Tractatus Pacis & fœderis Barcellonæ initus, quo Carolus VIII. Rex *Galliæ* Ferdinando & Isabellæ, Regi & Reginæ *Hispaniarū*, & Johanni Principi Asturiarum & Gerundæ filio eorum primogenito restituit Comitatum *Roßilionis & Ceritaniæ*; cum pacto, quod rex & Regina Hispaniarum liberos suos non collocabunt in matrimonio cum Rege Romanorum vel Angliæ, eorumve liberis, aliisve Galliæ inimicis. Barchinone. 19. Januar. à nativitate Domini anno. 1493. *pag.* 463

CCIII. Alexandri VI, *Bulla*, qua Ferdinando & Elisabethæ Regi & Reginæ Castellæ & Arragoniæ *concedit jus in novum orbem*, à Columbo detectum, cum designatione limitum per ductum *certi meridiani.* 4. Non. Maji. 1493. *pag.* 463

CCIV. Alexandri VI. concessio, ut *Equites ordinum militarium* Lusitaniæ *à voto castitatis absolvantur*, & salvo ordine matrimonia inire possint. 12. Cal. Julii. 1496. *pag.* 463

CCV. Alexandri VI. confirmatio *militiæ S. Michaëlis* à Rege Galliæ institutæ. Id. Novemb. 1496. *pag.* 462

CCVI. Alliance & Confederation perpetuelle des sept Cantons de *Zurich, Lucerne, Ury, Schvviz, Underwalden, Zug & Glaris* d'une part, & *les Grisons* d'autre; contenant neuf articles, du Mercredy devant le sainct Jean; mil quatre cens quatre vingts dix sept. *p.* 476

FINIS.

PRO.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRODROMUS AD CODICIS JURIS GENTIUM *DIPLOMATICI*

TOM. I.

I. *Diploma* Urbani Papæ II. *de Monarchia Ecclesiastica Siciliæ controversum inter Sedem Romanam & Hispanos, vi cujus* Reges Siciliæ prætendunt repræsentare Papam *in Regno suo. Datum Salerni tertio Non. Julii,* 1097. *(potius* 96.*)*

URbanus Episcopus servus servorum Dei charissimo filio *Rogerio Comiti Calabriæ & Siciliæ*, salutem & Apostolicam benedictionem. Quia prudentiam tuam supernæ Majestatis dignatio multis triumphis & honoribus exaltavit, & probitas tua in Saracenorum finibus Ecclesiam Dei plurimum dilatavit, & sanctæ sedi Apostolicæ devotam se multo magis semper exhibuit: nos in specialem atque charissimum filium ejusdem universalis Ecclesiæ te assumpsimus. Idcirco de tuæ probitatis sinceritate plurimum confidentes, sicut verbis promisimus, ita literarum auctoritate firmamus: Quod omni vitæ tuæ tempore, vel filii tui Simonis, vel alterius qui legitimus tui hæres extiterit, *nullum* in terra potestatis vestræ præter voluntatem aut consilium vestrum *Legatum Romanæ Ecclesiæ statuemus.* Quinimo quæ per Legatum acturi sumus, per vestram industriam, Legati vice, cohiberi volumus. Quando ad vos ex latere nostro mitteremus ad salutem sanctarum Ecclesiarum, quæ sub vestra potestate consistunt, ad honorem beati Petri sanctæque ejus Apostolicæ Sedis, devotè hactenus obedisti, quamque in necessitatibus suis strenuè & fideliter adjuvisti. Si vero celebratum Concilium, & Tibi mandavero, quatenus Episcopos & Abbates tuæ terræ mihi mittas, quos & quot volueris mittes, alios verò ad servitium Ecclesiarum tuarum retineas. Omnipotens actus tuos in beneplacito suo dirigat, & Te à peccatis absolutum in vitam æternam perducat. Datum Salerni per manus Joannis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi, tertio Nonas Julii, Indictionis septimæ, anno Pontificatus nostri undecimo.

II. *Epistola* Alphonsi Regis Castellæ & *Legionis, (qui se Imperatorem vocabat) ad* Henricum Comitem *generum suum (progenitorem Regum* Lusitaniæ*) cujus filius Alfonsus Rex fuit coronatus. Ex qua Hispani contendunt, Henricum tenuisse ditionem suam sub potestate suprema Regis Castellæ in dotem filiæ datam sub Comitatus titulo.*

Digitized by Google

ALphonsus Dei gratia *Imperator* Vobis dilectissimo filio meo *Comiti Domno Henrico* in Domino salutem. Venit ad me querela de ipso Episcopo de *Colimbria*, de villa Volpeliares, quæ est sub testamento de suo monasterio de Vacariza, quam *habent minus;* & dicunt mihi, quia ego dedi illam *ad Domnum Cyprianum*, sed non venit mihi in mente. Et quamvis ego eam dedissem, si in Testamento erat de illo monasterio, ego nec autorigo, nec autorigabo eam; sed vos quantum mihi bene quæritis, causam de illa sede & de illo monasterio (*) *enderezate*. Valete.

(*) id est *indirizzate*, seu dirigite, componite causam sive litem inter sedem seu Ecclesiam Episcopalem Conimbricensem (S. Cypriano dicatam) & monasterium de Vacariza, super villa Volpeliares, quam Episcopus ajebat sibi ab Alphonso datam, & esse sub *testamento*, id est contineri donationibus sibi factis.

III. *Diploma inducciarum inter* Fridericum I. *Imp.* & Wilhelmum Regem Siciliæ. *Venetiis*, *Augusti* 1177.

NOs *Fridericus* Dei gratia Romanorum Imperator & semper Augustus, & *Henricus* Rex filius noster interventu venerabilis Patris nostri *Alexandri* Dei gratia summi Pontificis & fratrum suorum Cardinalium pro parte nostra, & hæredum nostrorum paciscimur vobiscum, *Domine Wilhelme*, eâdem gratia illustris Rex Siciliæ, quod a modò usque ad quindecim annos observabimus vobis & hæredibus vestris, & universo Regno vestro, & toti terræ dominationis vestræ veram & firmam pacem. Et quod per nos, vel per quoslibet alios mari vel terra vos prædictum illustrem Regem, & hæredes vestros, aut regnum vestrum, & terram dominationis vestræ, sicut præscriptum & determinatum est, *usque ad quindecim annos non invademus*, nec invadi faciemus, nec vobis, aut regno vestro, & jam dictæ terræ dominationis vestræ guerram aliquo modo faciemus. Et ut hæc omnia, supra scripta firmiter & illibata à nobis supra dicto Friderico Dei gratia, Romanorum Imperatore & semper Augusto, & Henrico filio nostro Rege & hæredibus nostris, tam vobis supra dicto illustri Regi Willelmo, quàm hæredibus vestris, & regno vestro, & toti terræ dominationis vestræ attendantur & observentur: nos prædictus Imperator bonâ fide, sine fraude, & malo ingenio, in præsentia beatissimi Patris nostri Papæ Alexandri, & Cardinalium, & Legatorum vestrorum *Romualdi* venerabilis Salernitani Archi-Episcopi, & Rogerii egregii *Comitis Andriæ*, & Principum ac fidelium nostrorum; à *Comite* Henrico *de Diessa* in anima nostra, super sancta Dei Evangelia & Sanctorum reliquias jurare fecimus, & Henricum filium nostrum *per interpositam dignam personam* in anima sua id ipsum jurare faciemus usque ad medium futurum Septembrem indictionis undecimæ. Et Principes nostros idem jurare fecimus, videlicet Moguntinum Archi-Episcopum, Arnoldum Trevirensem Archi-Episcopum, Conradum Wormatiensem Electum, Gotifridum Imperialis Aulæ Cancellarium, *Guoruuinum* Protonotarium, Marchionem Theodoricum de Susiz, Florentium Comitem Holandiæ, Comitem Diedonem de Groyz, Comitem Henricum de Diessa, Comitem Robertum de Diuna. Ad hujus autem pacti promissionis & juramenti nostri & Principum nostrorum memoriam & inviolabile firmamentum, præsens privilegium nostrum per manus *Vuortuuini* Protonotarii nostri scribi fecimus, & Imperiali *sigillo* nostro *aureo* sigillatum, & prædictorum Principum juramento communitum, vobis supra scripto illustri Regi Willelmo fecimus assignari. Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo septuagesimo septimo, mense Augusti, decima indictione.

IV. *Pri-*

Digitized by Google

IV. *Privilegium à* Friderico I. *Imp. datum Episcopo Torcellensi, propè Venetias, ubi* fit mentio limitum inter Longobardos & Venetos tempore Caroli M. *constitutorum. Datum apud Venetias,* 1177.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus: Si rationabiles illustrium personarum petitiones, circa augendas Ecclesiarum Dei commoditates exaudivimus, credimus nobis ad æternæ salutis meritum & temporalis gloriæ augmentum proficere; & eos quos effectu postulationum suarum honoramus, *Nobis deinceps & Imperio devotiores* existere. Omnium igitur sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorumq; fidelium præsentium scilicet ac futurorum noverit industria, quatenus dilectus noster Leonardus Torcellensis Ecclesiæ venerabilis Episcopus Celsitudinis nostræ postulavit clementiam, quatenus pro Dei amore, animæq; nostre mercede, nostrum inviolabile *præceptum* juxta prædecessorum nostrorum magnorum Imperatorum, Caroli videlicet & Lotharii & Ottonis atq; Conradi & Henrici Decreta, eidem Torcellensi Ecclesiæ de omnibus rebus ad eandem Ecclesiam pertinentibus, tam de monasteriis, vel de reliquis Monasterii possessionibus, id est Basilica sancti Cypriani cum territorio suo, & S. Michaelis Ecclesiæ cum omnibus prædiis suis & decimis & fossato, *quo statutus est terminus tempore Caroli inter Venetos & Longobardos*, unum caput exiens in *fluvium Scilæ*, & alterum in fluvio *Jario*, discurrente verò Scile per Mejanos usq; Senegriam, & discurrente Jario usq; *Altinum*; & plebe S. Altini, cum prædiis suis & locis sive decimis & territoriis, quæ tituli ejusdem Ecclesiæ fuerunt, id est Ecclesiæ S. Benedicti, & Ecclesiæ S. Zenonis atq; S. Mariæ, & Ecclesiæ S. Remedii cum omnibus adjacentiis & pertinentiis & decimis suis utriusque partis *Plavis fuminis*, & Virgulano in Provincia Polensi consistente cum omnibus ad se pertinentibus: & una sylva, quæ vocatur Torsellis, & saltu in quo continetur proprietas sanctæ Mariæ, sylvaq; magna, quæ est in ipso territorio; nec non & S. Stephani monasterio, quod est Altini, cum omnibus rebus ad id respicientibus, seu & S. Laurentio constituta plebe juxta *fluvium Liquenziam* cum omni jure & adjacentiis, & decimis suis, cunctisq; familiis utriusq; sexus, & rebus ad eandem Ecclesiam pertinentibus, quæ infra ditionem Imperii consistere noscuntur; & quicquid habere videtur in civitate nova Istriæ, & in civitate quæ dicitur Mayla, & quicquid habet in campo Alto, & totum allodium de Cessatico, & ipsum moledinum de eodem campo alto, cum sua lacu, qui formatur in isto campo, & totum allodium de Cassatico, & de Quinto, & de Tertio scilicet Stephanus Landianus; eidem Ecclesiæ Torsellensi cum omnibus suis pratis & sylvis seu pascuis ac salectis, & cum omnibus cartulis & notitiis ac pertinentiis suis tam hactenus acquisitis quam deinceps acquirendis *fieri jubeamus:* Ut per nostri præcepti confirmationem nostris futurisq; temporibus eidem Ecclesiæ suisq; Rectoribus in perpetuum proficiant augmentum.

§. 2. Præcipientes itaque jubemus, ut quicquid ad memoratam Ecclesiam, prædictus Leonardus Episcopus nunc possidet aut de jure possidere debet, & quod, ejus successores in bonis ejusdem Ecclesiæ possessuri fore dignoscuntur tam acquisitum quam acquirendum, per hujus nostræ autoritatis confirmationem & præceptum quieto prorsus ordine teneant & possideant, universasque præscriptas res & quæcunque ab antecessoribus nostris eidem Ecclesiæ confirmata sunt, vel quicquid in antea acquirere poterit, nostra autoritate & jussione tranquilla quietudine habeat, ita, ut à nullo unquam nostrorum fidelium controversetur, aut inquietetur, nulliusque Ducis aut Marchionis, nec Episcopi aut Comitis nec Vice-Comitis vel alterius Reipublicæ pertimescat aut sentiat molestationem. Quoniam res

Digitized by Google

VIII. Conradi Ducis Maſoviæ & Cujaviæ, *Translatio quarundam terrarum ſuarum cum omni jure Ducali in Chriſtianum* Pruſſiæ Epiſcopum primum. *In Lonys. Non. Auguſti* 1222.

EGo *Conradus Dux Maſoviæ & Cujaviæ*, notum facio omnibus fidelibus, tam præſentibus, quam futuris quod venerabili domino *Chriſtiano Epiſcopo Pruſſiæ primo*, & ſuis ſucceſſoribus; pro eo, quod *H. Ducem Sileſiæ L. L. Vratislavienſem*, *L. L. Lubecenſem* Epiſcopos cruce ſignatos, & eorum Barones, cæterosque cruce ſignatos, verſus Pruſſiam, ad petitionem meam, meorumque Baronum, Caſtrum Culmen., per multos annos à Prutenis deſtructum, & totaliter deſolatum reædificare cum ejus bona voluntate permiſit.; partem prædicti Culmenſis territorii, quondam caſtra Graudentz, Wabsko, Koprinen, Williſas, Colno, Ruch, Ryſin, Glamboki, Turne, Pin, Ploch, cum omnibus eorum villis & attinentiis, *cum utilitate libera*, & cum *jure Ducali*, in remiſſionem peccatorum meorum liberrime donavi. Dedi etiam ſibi, in eodem dominio Culmenſi *centum villas* ac poſſeſſiones & hæreditates cum earum attinentiis, jure prædictorum caſtrorum, quarum poſſeſſionum & villarum, villas iſtas ad præſens confero, videlicet, Coſelko, Naorſine, Mirſche, Harneſe, Volmuno, Oſtromeres, & omnes villas, quas Comeſyro circa Colmen habuit, Samkolenis, Croſcino, Paſceno, Wezwino, Wnyslaw, Benkono, Glonino, (Glomno) Polanſche, Nenaugencz, Nedalyno, Crobno, Tuſeph, Kelz, Dambens, Selnovis, Poſtolko, Pomzino, Duc, Pojeſib, Ceredche, Unizhe, Parchenne, Gelenz, Gleſzowar, Oſtrowich, omnesque hæreditates meas, circa *Loram*, cum earum attinentiis, usque ad *centum Hæreditates* in Culmenſi Terra, cum omni libertate contuli. Ut autem prædicti Epiſcopi Pruſſiæ ad reædificandum Caſtrum Culmen, bona voluntas ac conſenſus accederet, Reverendus Dominus *Gechko*, Epiſcopus Plocenſis, cum ſuo Capitulo de *Tarnawo & Papawo* & de omnibus villis & Poſſeſſionibus, & de *omni jure, tam ſpirituali, quam temporali*, quod idem Epiſcopus & ſuum Capitulum in prædicto Culmenſi dominio, olim habuerunt, videlicet, ab eo loco, ubi *Drevanza* de Pruſſia egreditur, juxta terminos Pruſſiæ in *Oſſam* & ſic inferiùs per Oſſam in *Vislam*, & ſic per Vislam *ſurſum ad Drewanzam*, & ſic per *Drewanzam* ſurſum ad locum, ubi Drevanza egreditur de Pruſſia ad Epiſcopatum ſæpe dicti Epiſcopi, reſignârunt.

§. 2. Præterea autem in caſtro Culmenſi *Curiam propriam*, & quicquid ad Dominium Culmenſis Territorii pertinet, exceptis bonis prædictis, quæ ſupradictus Epiſcopus Pruſſiæ ibi habet, aut impoſterum, quocunque juſto modo aut emptione, à fidelium donatione habiturus eſt; quicunque Terram Culmenſem habuerit, omnes proventus ipſius Terræ cum Epiſcopo Pruſſiæ dimidiabit.. Inſuper *decimam temporalium* de parte ſua Epiſcopo Pruſſiæ dabit, *excepto Duce Sileſiæ H.* qui faciet cum Epiſcopo, ſecundum quod iis duobus viſum fuerit expedire. Ne itaque mea & ſupradicti Epiſcopi Plocenſis & ſui Capituli donatio, impoſterum, quod abſit, duci poſſit in irritum, ipſam præſentis ſcripti atteſtationem tam mei ſigilli, quam etiam Plocenſis Epiſcopi & ſui Capituli, nec non illuſtrium Ducum L. L. Poloniæ & *H.* Ducis Sileſiæ, & Venerabilium Patrum V. Gnesnenſi Archi-Epiſc. conſentiente. J. Cracovienſ. P. Pozonanſ. V. Wratislavienſ. L. Lubeſcenſ. M. Cujaviæ, eorum Sigillorum impreſſione, dignum duxi roborare. Imò & aliis teſtibus ſubnotatis: Gothardo Cancellario Mazoviæ, Nicolao Cancellario Cracoum. Arnoldo Mazoviæ: Marco Cracoum: Jacobo Sandomiriæ, Birſcone Wratislaviæ Palatinorum, Paccoslao Cracoum, Miſtwino Sandomi-

Digitized by Google

Sandomiri: Oſtafio Wisliciæ, Clemente Plocinenſ. Theodoro Cruſvic. Stephano Poleslav. Petriconæ, Lenciniæ Caſtellanorum. Acta ſunt hæc in Lonys, Anno ab Incarnatione M. CC. XXII. Nonis Auguſti, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto.

IX. *Ejusdem Donatio terræ Culmenſis facta Hoſpitali S. Mariæ Domus* Teutonicorum fratrum *de Jeruſalem. In Cruſswiz, ante pontes, Jan.* 1230.

EGo *Conradus divina miſeratione Dux Maſoviæ & Cujaviæ*, cunctis præſentibus & futuris, ſcriptum præſens inſpecturis, notum eſſe volo, quod cum Pruteni & alii Chriſtiani nominis inimici, *magnam partem Terrarum mearum* ipſi adjacentium deprædationibus, incendiis tam Eccleſiarum, quam aliorum locorum, interfectionibus ac captivationibus virorum, mulierum & permultorum, peccatis hominum, qui altiſſimum in vanitatibus irritaverunt exigentibus, miſerabiliter divina permiſſione vaſtaverint, eorumque qui Chriſtum oderunt, ſemper aſcendens & ſuper aſcendens ſuperbia invaluerit, adeo ut nec adhuc ipſum in membris vivis perſequi ceſſent aut deſiſtant; non ſolùm res, imò magis ipſum ſanguinem fidelium, inter infinitas & horrendas auditu & dictu abuſiones, quas in contumeliam exercent Creatoris, ſitientes; ſperans per viros religioſos manum Domini, quæ nos tetigit, & flagellum indignationis ſuæ placare, ejusque favente gratiâ, quæ ſuis adeſſe conſuevit per Chriſti milites, quorum ſpes, virtus & gloria Deus eſt, brachium fortitudinis *Saracenorum* conterendum; ſalutis animæ meæ ac meorum, æternæque retributionis intuitu, ac ob defenſionem fidelium in Polonia, *uxore mea Agaſia, filiisque meis Boleslao, Caſimiro, Zemovito, expreſſè de bona & ſpontanea voluntate conſentientibus, accedente quoque conſilio & conſenſu Epiſcoporum, Magnatum & Majorum Terræ meæ* dedi & contuli Hoſpitali S. Mariæ Domus Teutonic. & fratribus ejusdem Domus, *totum & ex integro Culmenſe territorium, cum omnibus ſuis attinentiis*, ab eo loco, ubi Drivenca egreditur terminos Pruſſiæ, & per deceſſum ejusdem fluminis uſque in Vislam, & in deceſſu Vislæ uſque ad Oſſam, & per aſcenſum Oſſæ uſque ad terminos Pruſſiæ, in veram ac perpetuam proprietatem poſſidendum, pleno jure, cum omni libertate; totam terram cum aquis, aquarumque decurſibus, ſtagnis, paludibus, montibus, vallibus, ſaltibus, nemoribus, ſylvis, arbuſtis, pratis, paſcuis omnibus cultis & incultis, viis & inviis, cum omnium eorum *libera & plena utilitate & fructu, quæ in prædictis omnibus ſunt vel fuerint inventa, apparentia, vel inculta, & ſpecialiter ſive aurum, ſive argentum, vel alia quæcunque ſpecies æris vel metallorum & gemmarum, fontes vel venæ ſalis & quicquid omninò in terrâ vel ſupra, vel in aquis inventum fuit, Caſtores & omnes venationes* quarumcunque ferarum, *piſcationes*, quoque piſcium omnis generis, cum ipſis aquis prædictis, & omni eorum proventu & utilitate *in piſcationibus, navigiis, paſſagiis, pontibus, molendinis & inſulis cum villis & caſtris, oppidis, grangiis, foris, monetis, pedagiis, theloneis terrarum & aquarum, & omnino cum omnibus continentiis* intra limites prædictos & pleno jure & integra libertate, ipſorum etiam limitum, ſine qualibet diminutione, *cum omni honore & jurisdictione, perfecto ac vero dominio, proprietate ac poſſeſſione omnium prædictorum*, & aliorum omnium, quæ in privilegiis largitionum, in favorabiles quaslibet perſonas vel loca, in favorem, commodum & cautelam eorum, quibus confertur, conſcribi ſolent aut poſſunt, ita ut beneficium meæ collationis, *largiſſimam ad omne commodum, honorem & utilitatem domûs & fratrum eorum recipiat interpretationem.* Nihil prorſus juris, utilitatis, advocatiæ, patronatus, vel cujuslibet alterius juris, ditionis aut poteſtatis, quocunque nomine cenſeri poſſit vel appellari, mihi

Digitized by Google

mihi, hæredibus vel succeſſoribus meis, in omnibus ſupradictis, vel quolibet eorum retinens aut reſervans, ſed omnia ea cum libertatibus & pleno & integro jure, ſine omni dolo, fraude, captione, ac curioſitate, ſine diminutione ac coarctatione, *cum bona & exuberante fide, & largiſſimo intellectu*, Domui & fratribus memoratis contuli, & collata recognoſco, me hæredes & Terram meam obligans & teneri volens de evictione. Præterea quicquid de perſonis vel bonis omnium Saracenorum, captivatione, deprædatione, extorſione, occupatione vel ſubjugatione, mobilium ſive immobilium, terrarum vel aquarum, atque omnium in eis contentorum, quolibet modo fratres prædicti adipiſci potuerint, cum omni & integro jure ac libertate, ſuperius præmiſſæ donationis, nulla prorſus diminutione, coarctatione, vel impedimento ipſis à me, hæredibus meis, vel quolibet alio, quem nos prohibere vel coarctare poſſumus, præſtando vel procurando eisdem conceſſi, cum vera proprietate & perfecto dominio, quietè poſſidendum: & in hoc conſenſi, cum uxoris meæ, & filiorum meorum, Epiſcoporum, Baronum & Magnatum Terræ meæ conſenſu, contra omnem hominem, ad obſervationem & defenſionem omnium ſupradictorum, ſecundum omne poſſe & totas vires meas, eisdem auxilium & conſilium bona fide promittens, omnes hæredes & ſucceſſores meos & terras meas obligans mecum & aſtringens, ad *ratihabitionem, obſervationem & conſervationem donationum, conceſſionum, obligationum & promiſſionum omnium ſupra dictorum.* Fratres quoque prædicti bona fide repromiſerunt mihi hæredibusque meis, ſecundum Dei honorem & amorem, *contra Prutenos & alios Saracenos nobis conterminos*, Terram noſtram impugnantes, quamdiu hoſtes fidei ſunt & inimici cultus Chriſti, aſſiſtere, & ſine dolo ac fictione una nobiscum omni tempore militare. Ne igitur donationes & conceſſiones prædictæ, celebri dignæ memoriâ, tam utiles, quàm neceſſariæ; non ſolùm ſecuritate fidelium in Polonia, *qui graves impugnationes & oppreſſiones ab hoſtibus Chriſti jamdudum ſuſtinuerunt*, in præſenti proficientes, verùm etiam propagationi & ampliationi SS. Fidei Catholicæ, etiam ad ipſos infideles, quorum exinde ſperatur converſio, per Dei gratiam profuturæ, abeant in oblivionem, aut cujuscunque calliditate, dolo, verſutiâ, ſiniſtra interpretatione debilitari, perverti, frangi, violari valeant, aut irritari, vel ſaltem malevola machinatione attemptari, ſed potius piæ meæ donationes ſanctæ firmæ maneant & inconvulſæ; Ad perpetuam præfatorum geſtorum memoriam præſentem paginam teſtium infraſcriptione *mei, uxoris meæ, Epiſcoporum & Magnatum Terræ meæ, ſigillis* roborari feci ac communiri. Acta ſunt in *Gruſſwiz ante pontes* ab Anno Incarnationis Dominicæ M CC XXX. menſe Junii, Indictione tertia. Teſtes horum ſunt, *Guntherus* Epiſcopus Maſoviæ, *Miſlic* Epiſc. Cujaviæ, *Chriſtianus* Epiſcopus Pruſſiæ. *Arnoldus* Præpoſitus, *Wilhelmus* Decanus, *Pacoslaus* Junior Comes Dirſchovienſis, *Nicolaus* Cancellarius, Magiſter *Joannes*, Magiſter Cancellarius, *Georgius* Subcancellarius, & quam plures alii tam religioſi quam ſeculares.

X. Chriſtiani Primi Epiſcopi Pruſſiæ *Translatio donatorum ſibi à Conrado Duce Maſoviæ, in Fratres Teutonicos*, 1230.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Amen. *Ego Chriſtianus primus Pruſſiæ Epiſcopus*, notum eſſe volo univerſis præſens ſcriptum inſpecturis, quod propter Deum & ob defenſionem Sacroſanctæ Matris noſtræ Eccleſiæ, heu! jam penè in partibus illis depopulatæ à Paganis, videlicet territorio Chelmenſi, Fratribus de Domo Teuthonicâ, quicquid habui, dati mihi à *Duce Conrado, vel ab Eccleſia Plocenſi, vel empti* libere contuli, ut ipſi mihi, omnibus meis ſucceſſoribus ſint parati, contra Paganos pugnaturi.

Ipſi

Digitized by Google

Ipsi vero mihi in eodem territorio jam supradicto contulerunt *de omni aratro, unam mensuram tritici, & aliam siliginis, & ducenta aratra & quinque* *hologia unumquodque de quoque aratro, cum omni utilitate.* Testes autem hujus donationis & promissi. *Henricus Abbas de Lucca.* Frater *H.* Sacerdos. Fr. *H.* Conversus, Fratres milites Christi. Andreas Götz cæterique quam plures, Alexander Sacerdos, Cives, Albertus Scultetus Mauricius, Hildebrand & quam plures. Et ut hæc permaneant inconvulsa, sigillorum nostrorum præmunivimus appensione. Acta. Incarn. Domin. M CC XXX.

XI. Acta Electionis *Conradi IV.* Romanorum Regis *filii Friderici II. (quæ videntur innuere aliquid de* Electoribus) 1233. *vel* 1234.

EXpectatio gentium Jesus Christus, quem mittendum sacra prophetarum oracula prædixerunt, auferens sceptrum de Juda, & *ligans ad vineam pullum suum, hoc est ad novæ plantationis Ecclesiam Romanum imperium alligans*, in ipsius clypeo tutelam nostræ fidei positam manifestissimè præsagivit. Probat hoc clarius sequentium rerum eventus, interpres cujuslibet & probatio certa præsagii, dum nedum imperio patiente naufragium, sed nutante solummodo, spumosis incursibus procellarum, interdum hæresum gramina, quæ materialis imperii serta non resecant, in demolitionem vineæ Domini Sabaoth perniciosè succrescunt; dum inexcusabilis itaque negligentiæ vitio manifestè convincitur, qui tam nobile fidei fulcimentum qualibet hominis provisione non adjuvat, sed conquati patitur, quasi fidem non diligat, qui fidei negligit armaturam. Nec tamen hoc ad quorumque fidelium culpam aut notam justè reducitur, sed illorum potissimè negligentiam condemnat, ad quos divina sententia seu more majorum vis & auctoritas provisione hujusmodi pertinere noscuntur. Nam quamquam in urbis initiis, post memorabile *Trojanorum exitium*, & deletam tam inclytam civitatem, caput illius novæ congregationis *Patras summi Regis potestas & imperialis creationis suffragium resideret, ex successivis tamen & continuis incrementis Imperii postmodum calescente virtute, tantæ fortunæ fastigium apud unicam civitatem, licet præ cæteris Regionem * non potuit contineri; sed postquam etiam remotissimos terminos quadam gyrovaga peragratione lustravit, tandem *apud Germaniæ Principes* non minus probabili quàm necessaria ratione permansit, ut ab illis origo prodiret Imperii, per quos ejusdem utilitas & defensio procuratur.

§. 2. Cum igitur *nos - - & - - qui circa hoc Romani senatus locum accepimus, qui Patres & Imperii lumina reputamur*, coram tremendo judice de cura tantæ villicationis oporteat reddere rationem, nobiscum sollicita meditatione pensantes, quod tantum negotium non tam sortis judicio quam industria provisionis indigeat, illud etiam diligentius attendentes, quod post uniusregnantis occasum, interstitium temporis inter prædecessoris obitum & plenum dominium successoris, quod interregnum veteres appellabant, grande posset imperio, sed & Catholicæ fidei magnum afferre discrimen; prævenire salubrius tempus eligimus, quàm dispendium temporis expectare. Nam licet per vires, industriam & labores excellentissimi Domini nostri Friderici &c. cujus vitam & imperium cupimus, satis ad præsens imperio sit provisum, quia tamen præeminentia dignitatis longioris vitæ beneficium Regibus non concedit, præsentis vitæ lubricum meritò formidantes; ipso vivente salubriter & regnante feliciter, de successoris nobis electione prævidimus, ne per ejus interitum justitia diminutionem status pateretur, imperium & tranquillitas interiret. Et cum de substituenda *persona diligenti meditatione nobiscum & solicitè pensaremus, præteritorum cauta provisio salubre consilium præbuit* in futuris.

Digitized by Google

§. 3. Considerationibus etenim nostris occurrit, qualiter divi Cæsares progenitores Imperatoris ejusdem, qui longis retro temporibus imperio præfuerunt, non solum ut domini, justitiæ solium inclitè tenuerunt, sed tanquam patres Imperii, paternæ dilectionis zelum ad omnes & singulos habuerunt: qualiter nec personarum periculis, nec rerum parcendo dispendiis, & plerunque per dubia bellorum discrimina, imperii nostri fines in citramarinis partibus produxerunt. Propter quod *parentum laboribus fraudari filios nostri noluere majores.* Nos ipsorum vestigiis laudabiliter inhærentes, præsentem Imperatorem, quem in exaltationem Romani nominis & dignitatis augustæ prædecessorum suorum verum successorem agnoscimus & filium experimur, in sobole sua simili retributione decrevimus honorare; & ut dudum, filium ejus ex nunc in futurum Imperatorem nostrum post ejus mortem assumimus; ut justè pro Imperio pater hactenus laborasse se gaudeat, laboretq; libentiùs amodo; velut laborum suorum fructus non relicturus extraneo, sed ex communi voto parentum, filio paraturus. Sicque nos, inspirante nobis tam salubre consilium gratia summi Regis, ad vocationem & preces ejusdem Domini nostri Imperatoris *apud - - locum* unanimiter *vota nostra contulimus in Conradum, antedicti Domini Imperatoris filium, regni Hierosolymitani legitimum successorem; eligentes ipsum ibidem in Romanorum Regem, & in futurum Imperatorem nostrum post obitum patris habendum*, ac etiam debita eidem fide data præstantes ad illud obtinendum imperii diadema, & sibi, prout de jure tenemur, consilium & auxilium impendemus. Et licet *Henricum primogenitum suum pridem nobis in Regem simili provisione duxerimus eligendum*, quia tamen cum in honore esset, non intellexit, sed ab aquilone sedem sibi constituens contra patrem, loco tanti regiminis se monstravit indignum; justo patris judicio, & ejus *ultronea voluntate*, quam sibi conscientia propriæ transgressionis ingessit, *ab* eodem *Henrico soluti* præstito juramento, quod de electione sua similiter feceramus; Henrico Conradum, velut David Sauli, sancta deliberatione providimus subrogandum.

XII. *Privilegium Regis Conradi* Judæis *concessum, ubi vocantur Servi speciales Cameræ ejus*, 1234.

COnradus &c. Etsi munificentiæ nostræ gratia, cunctis quos nostrum regit imperium, communis debeat esse fidelibus; illos tamen gratiori humanitate complectimur, legis humilioris quos gravat conditio, & qui in sola protectione nostræ lenitatis respirant. Per præsens igitur privilegium præsens ætas noverit & successura posteritas: quod nos attendentes imbecillitatem gentis Judaïsmi, & quod omnes & singuli Judæi, degentes ubique per terras nostræ jurisdictioni subjectas, Christianæ legis & Imperii prærogativa (qua dominamur & vivimus) *servi sunt nostræ Cameræ speciales*: ad supplicationes C. & O. fervorum nostrorum, personas, filios & filias, ac omnia bona eorum, quæ in præsentiarum justè tenent & possident, & in antea justo titulo poterunt adipisci, sub protectione nostra & Imperii nostri recepimus speciali: bonos usus & approbatas consuetudines, quibus temporibus divorum Augustorum prædecessorum nostrorum (recolendæ memoriæ) usi sunt, hactenus ipsis, in servitiis & debitæ fidei nostræ constantia persistentibus, de munificentia nostræ gratiæ, & ex certa scientia confirmamus.

XIII. *Alexandri Papæ IV. Epistola ad Gerardum Archiepiscopum Moguntinum de non eligendo sub pœna excommunicationis Conrado (vulgò Conradino) Imp. Friderici II. nepote,*

Anagniæ

Digitized by Google

Anagniæ 5. (al. 15.) Kal. Aug. 1256. (continet antiquiſſimam mentionem Electorum) *Regeſtum hujus Pontificis habet: literas eadem verborum forma Trevirenſi & Colonienſi Archiepiſcopis fuiſſe miſſas.*

ALexander IV. &c. Archiepiſcopo Maguntino. &c. Intelleximus, quod inſtat tempus electionis celebrandæ de Rege, in Imperatorem poſtmodum promovendo: ſuper quo tanto propenſior adhibenda eſt diligentia & cautela, quanto altius & difficilius eſt negotium, quod geritur in hac parte; quantoque res, ſi aliqua in ea interveniret negligentia ſeu improvidentia vel deſidia, deteriorem habere poſſet effectum, & ixitum noxiorem. Unde hic vehementer vigilandum eſt, hic perſpicaciter intuendum, hic conſiderandum prudenter, hic maturè deliberandum, hic providè præcavendum, hic aperiendi ſunt oculi, hic habendæ ſunt aures intentæ, hic mens eſſe debet non rudis & torpida, ſed diligens, pervigil & conſulta; ubi de Advocato Eccleſiæ agitur, de ipſius defenſore tractatur; ne pro Advocato impugnator, & pro defenſore aſſumatur vel eligatur offenſor. Quare undiq; ſummæ cogitationis perferenda eſt acies, & circumquaq; diſtricta exploranda indagine, ut talis cooperante domino reperiatur, & eligatur, qui fidelis & devotus exiſtat, & de proſapia proceſſerit devotorum; ac idoneus & ſufficiens meritò reputetur ab obtingendum tanti honoris culmen, & Imperii regimen exercendum.

§. 2. Qualiter autem quondam *Fridericus, olim Romanorum Imperator*, & ſui progenitores & poſteri erga matrem Eccleſiam ſe geſſerint, & qualem ei retributionem de beneficiis ab ipſa perceptis impenderint, patens eſt, & cognitum toti orbi, quoniam ii, aliorum perſecutorum excedentes tyrannidem, gravioribus eam affecerunt injuriis, & oppreſſionibus durioribus afflixerunt & velut in cædem & exterminium ejus tendentes, furoris arcum & feritatis gladium acuentes, diris illam ubilibet tribulavêre flagellis, & usq; ad interiora profundis illatis vulneribus ſauciarunt. Nam in hoc pravo genere, patrum in filios cum ſanguine derivata malitia ſicut carnis propagatione, ſic imitatione operum nati genitoribus ſucceſſerunt. Ex quo liquidò perpendi poteſt & conjici, ſi ex ipſo aliquæ poteſtatis reliquiæ remanſerunt, quid ſperandum ſit in futurum de illis, quid in poſterum exſpectandum: vita namq; ac geſta prædeceſſorum perverſa, iniquitatem prænuntiant ſucceſſoris, nec horribilis & ſceleſta illorum memoria quicquam boni de ipſorum poſteritate credere & ſperare permittit: de colubro quidem egreditur regulus, & arbor mala noxios fructus profert, pravumque principium nunquam bonum pollicetur effectum.

§. 3. Et ideo de *Conrado puero, nato quondam Conradi prædicti Friderici filii*, eſt præcavendum omninò, ne ullo modo intendatur ad eum, *nec nominetur ad hoc*, nec aliquatenus eligatur: maximè cum *propter infantiam*, nimiumq; defectum ætatis ſit *ad iſta prorſus inhabilis* ac ineligibilis puer ipſe, nec jus, quod ex electione provenire vel conſurgere conſuevit, ſibi poſſet competere, nec in ſua cadere vel retineri perſona; cũ propter puerilem ætatem, quæ diſcretione caret, & legitimum conſenſum, vel diſſenſum non habet, electioni, ſi de ipſo fieret, conſentire non poſſet, nec ipſius conſenſus aliquam haberet efficaciam vel vigorẽ. Et ex eo etiam idem puer in Regem eligi, vel nominari non debet, quia cum per electionẽ hujusmodi de Advocato vel defenſore idoneo debeat Eccleſiæ provideri, & ipſe puer ſit omnimodo ineptus & inutilis ad talis defenſionis officium, miniſterium exequendum, oporteret eamdem Eccleſiam, ſi contingeret eligi dictum puerum, manere diutius, non absq; gravibus forte diſpendiis, defenſionis commodo deſtitutam. Nec per hoc etiam conſuletur amplo & ſpatioſo regno Theutoniæ de rege vel rectore condigno, cum malè

Digitized by Google

possit alios regere, qui non novit gubernare seipsum: nec benè vel dignè aliorum gubernaculo præesse valeat, qui regimine ducitur alieno, & cui propter tot patentes defectus necessaria est alterius custodia & tutela, propter quod regnum ipsum longo tempore, non sine multo discrimine sub opportuni regiminis expectatione langueret.

§. 4. Ideoque fraternitatem tuam monemus, rogamus, & hortamur attentè, ac per Apostolica tibi scripta in virtute obedientiæ sub debito *fidelitatis*, quo nobis & Ecclesiæ Romanæ teneris, ac *sub pœna excommunicationis*, quam ex nunc in te proferimus, districtè præcipiendo mandamus: quatenus præfatum Conradum puerum nullatenus in Regem nec nomines, neque consentias in eundem: ita quod excommunicatus existas, si contra mandatum nostrum facere vel venire præsumpseris, & eumdem Conradum nominaveris vel elegeris, aut in ipsum consenseris, seu opem vel operam, consilium, auxilium vel favorem, ut eligatur impenderis, scias te prius excommunicatione ligatum. Aliis verò Coelectoribus tuis tam Ecclesiasticis quam secularibus autoritate nostra firmiter inhibeas, ne ipsum ad hoc *nominent* vel *eligant*, nec in eum *consentiant*, promulgando eadem autoritate in eos excommunicationis sententiam, si contra hanc tuam inhibitionem venire tentaverint, imò nostram. Ita quod si eum nominare vel eligere, aut in ipsum consentire præsumpserint, noscant se prius excommunicationis vinculo innodatos, ut *ex hoc ipso*, si de prædicto puero quicquam in hâc parte attentatum fuerit, sit prorsus vacuum, irritum, & inane. Mandatum itaque, ac præceptum super hoc Apostolicum sic fideliter, sapienter & efficaciter adimplere studeas * omnẽ Imperii culmen postea evehendo graves curæ suscipiendo opem & operam adhibens, ut aliquis fide clarus, & devotione sincerus, cui ad id suffragentur merita, eligatur, quod ex iis nos, & Romanam Ecclesiam tibi & Ecclesiæ tuæ arctius obliges; nosque lætari possimus, id quod in hoc intendimus, tuo solerti studio salubriter provenisse.

§. 5. Ad hæc nihilominus in *omnes Electores*, qui memoratum puerum ad hoc nominare, vel eligere, seu in ipsum consentire, aut opem vel operam, consilium, auxilium vel favorem, ut eligatur, dare præsumpserint, excommunications sententiam promulgamus, quam per te, antequam ad nominationem vel electionem aliquam procedatur, reliquis tuis Coelectoribus præcipimus nuntiari; quod si non feceris, eo ipso te noveris laqueo excommunicationis astrictum. Datum Anagniæ v. Kalendas August. anno 2. [Eademque verborum concepta forma literæ, ut in Regesto subditur, Trevirensi & Colonienſi Archiepiscopis missæ fuere.]

XIV. *Vrbani IV. Papæ Epistola ad Richardum electum Regem Romanorum* de controversia Electionis *inter Alphonsum & Richardum, & argumentis utriusque partis. Continet* mentionem antiquissimam numeri Electorum.

URbanus IV. &c. Richardo in Romanorum Regem electo. Qui cœlum terramque regit, is nimirum cœli novit ordinem, & in terra potest cœlestis ponere originis rationem. Is exempla de superioribus ad inferiora derivans, sicut in firmamento cœli duo luminaria magna constituit, ut mundum vicibus suis illustrent, sic & in terris maxima dona sua, Sacerdotium videlicet & Imperium, ad plenum spiritualium mundanorumque regimen, ad firmamentum Ecclesiæ militantis instituens, utriusque potestatis ita discrevit officia, ut eorum officiosa diversitas nulla sibi adversitate dissentiat; sed in commissi executione regiminis ex officii debito in voti unitate concordet, & ipsorum procul dubio profutura concordia alterutrius

Digitized by Google

trius fulta præsidiis, ac utriusque mutuis fota favoribus, opus justitiæ liberius operetur, pacem mundo pariens, tranquillitatem inducens & nutriens unitatem. Imperium siquidem ad salutem sacerdotali auctoritate dirigitur, & ipsius adjutum suffragiis, sedatis procellosis interdum imminentium tempestatum turbinibus, tranquillum redditur & quietum. Sacerdotium verò pium & tutum debet habere refugium, Imperialem mansuetudinem, cum sua veneratione conjunctam, ut Imperii Romani fastigium, & ejus culmini præsidens, specialis Advocati & defensoris præcipui, circa Ecclesiam gerat officium, & in ipsius fortitudine brachii defensentur Ecclesiæ libertates, & jura manuteneantur ipsarum, extirpentur hæreses, cultus Christianæ fidei amplietur, & inimicis consternatis ejusdem, in pacis pulchritudine sedeat populus Christianus & in requie opulenta quiescat.

§. 2. Verùm humani generis inimicus, pacis impaciens, amator litium, discordiæ seminator, utriusque profectibus invidens, claræ memoriæ *Willelmo Romanorum Rege* rebus humanis exempto, inter Te & charissimum in Christo filium nostrum Regem Castellæ ac Legionis illustrem, in Romanum Regem electum circa obtinendam ejusdem Imperii dignitatem contentionis materiam suscitavit, ut vobis circa hoc contendentibus careret imperialis regiminis commodis orbis terræ, & tanti brachii, tàm utilis, tàm necessarii, tàm chari carentiam ex ipsius Imperii vacatione diutina molestam admodum & nocivam, damnosa experientia, Ecclesia prædicta sentiret. Sentit utique, sentit Mater Ecclesia tam populi sibi commissi, quàm suam gravem de hujus contentione jacturam, crevit namque perversorum audacia, & ipsorum abundante malitia, dum eodem vacante Imperio ipsi Ecclesiæ defensionis debita suffragia subtrahuntur, liberius peccatis insistitur, hæreses pullulant, scandala suscitantur, multiplicantur cædes & strages, injuriæ invalescunt, in persecutionum turbinibus Petri navicula fluctuat; & interdum qui fidelium ipsius censeri nomine gloriantur, in arcum perversum, fideli debitum non versando, conversi eam in suis juribus injuriosè impetunt & molestant, illa nunc denegando pro libito, nunc illicitè occupando. Propter quod eadem Ecclesia non immerito hujusmodi vacationem deplorat Imperii, & de animarum periculis, quæ peccandi libertas ingerit, ex intimis longa trahens suspiria ingemiscit. Ex eo insuper quàm durè, quàm graviter materna ejus viscera quatiuntur, quod ipsa tam charos filios, tam inclytos principes in suo sentiens utero collidentes, prudenter advertit tuam & prædicti Regis potentiam, in Christo blasphemos, & inimicos nominis Christiani potenter & magnificè more solito exercendam, in proprium & grande domesticarum fidei detrimentum talibus contentionibus implicari. Hæc ergo & alia incommoda dissentionis hujusmodi eadem Ecclesia materno pensans affectu, in iis auxilii sui dexteram non substraxit, sed vigilavit attentius attentione solicita vigilanter intendit, multaque solicitudine pervigil laboravit, ut discriminibus tantis occurreret, teque ac ipsum Regem à discordiarum dispendiis præservaret.

§. 3. Et licet inter vos *judicis partes* assumere non sine causa distulerit; præsertim cum tam tui quam ipsius Regis nuntii in recordationis felicis *Alexandri Papæ* prædecessoris nostri, nostra, & fratrum nostrum præsentia constituti, super prædictis judiciarium Apostolicæ sedis examen expresè usque ad hæc tempora declinarint; dilectionem tamen hujusmodi illa etiam utilitatis utriusque partis consideratio, & paternæ pietatis cautela pro vobis consilium capiens persuasit, ut vestris animis ad hoc habilitatis, interim ad reformanda inter vos amicitiæ fœdera congruentia tempora captarentur, & remedia promtiora parerent, per quæ discordiæ occasione sublata vos glutinum solidæ charitatis uniret; ac in vestræ soliditate

Digitized by Google

concordiæ, quam tractatus, qui ſuper hoc inter vos dicebantur haberi, promittere videbuntur; ſub ſui Principis ducatu pacifico daretur eidem ſabbatiſmus Imperio; & ſedatis ſcandalis, ipſius ſubditis quietis optata jucunditas proveniret, peſtis exterminaretur hæretica, animarum pericula vitarentur, Eccleſia Cæſareo munita præſidio, & ab hoſtibus erepta de perſecutorum incurſibus reſpiraret: ac eorum, qui ſub ſimulatæ fidelitatis audacia nocent fidentius, temeraria nocendi confidentia refrænata, ſuorum jurium integritate gauderet. Hæc quidem hactenus expectavimus anxii: hæc deſideravimus anxia expectatione diutius: in iis prædeceſſoris, noſtra, & fratrum noſtrorum ſolicitudo non defuit, ſecundum Apoſtolicæ circumſpectionis judicium de contingentibus nil omittens.

§. 4. Et quamquam, ut votis noſtris ſatisfieret in hac parte, hucusque non fuerit ex alto conceſſum; tamen ad id ſemper noſtra ſuſpiravit intentio, ad id plenis deſideriis anxiamur, non proponentes à cœptis deſiſtere; quin circa negotium hujusmodi ſub ſpe illius, qui facit magna, & inſcrutabilia, qui facit concordiam in ſublimibus, proſequi pacis ſemitas intendamus, * quidquid per nuntios & procuratores partium coram nobis noviſſimè his diebus propoſitum petitum fuerit & reſponſum. Et quidem venerabilis frater noſter *Laurentius Epiſcopus*, & dilectus filius *Willelmus Archidiaconus Roſſenſis*, ac Robertus de Baro procuratores & nuntii tui, à te plenariam poteſtatem habentes, ut in noſtro conſiſtorio tua proponerent negotia, & peterent cum ſolennitate, qua conveniret, vocationem tuam ſolemniter ad coronam; ac univerſa & ſingula circa hæc gererent, agerent fideliter, ac procurarent, quæ per veſtros nuntios ac procuratores ad hoc ſpecialiter deputatos legitimè poſſent agi, peti, & etiam procurari, coram nobis, & eisdem fratribus proponere curaverunt quasdam *conſuetudines circa electionem novi Regis Romanorum* in Imperatorem poſteà promovendi, *apud Principes vocem in hujusmodi electione habentes, qui ſunt ſeptem numero*; pro jure ſervari; & fuiſſe hactenus obſervatas à tempore, cujus memoria non exiſtit: ſecundum quas infra annum & diem, poſtquam vacat Imperium, talis decet electio celebrari, quacunque parte ipſorum anni, & diei, quam ad hoc iidem principes duxerint deputandam: & ad Archiepiſcopum *Moguntinum*, & Comitem *Palatinum* Rheni, vel ipſorum alterum, altero nequeunte, vel forſitan non volente, pertinet ad electionem ipſam celebrandam, diem præfigere, ac cæteros electores principes convocare. Quibus omnibus, vel ſaltem duobus ex ipſis die præfixa convenientibus apud *oppidum de Frankenford*, intus vel extra ipſum oppidum, in terra quæ dicitur *Franckeſerde*, (loca quidem ad hoc deputata ſpecialiter ab antiquo) ad electionem ipſam procedi poteſt, & debet ſecundum morem ipſius Imperii approbatum; & electione taliter celebrata, electus ſi electioni conſenſerit, ante Aquisgranum per dies aliquos facta mora, infra annum & diem poſt celebrationem eamdem, quando electus voluerit, *per Colonienſem Archiepiſcopum*, ad quem id ex officio ſuo ſpectat, inungitur, conſecratur, & etiam *coronatur*: quo facto cuilibet via præcluditur contra electionem, vel electum, jam Regem Romanorum effectum, dicendi aliquid, vel etiam opponendi: ſed idem electus prædicto modo inunctus, conſecratus, & coronatus pro Rege habetur, & ei tanquam Regi debent à ſubditis juramenta præſtari, aſſignari civitates, oppida, caſtra, & ſpecialiter caſtrum *de Treveles*, (*) ac aliqua jura Imperii infra annum & diem à tempore coronationis ejusdem: ita quod ſi qui de Vaſallis Imperii ei homagia non præſtiterint conſueta, & non reddiderint civitates, caſtra & alia ſupradicta; illis, quæ ab Imperio tenent eodem, ſint eo ipſo privandi. (*) fortè palatium Trevirenſe.

§. 5. Et, ſi votis principum, ad quos ſpectat eligere, ad eligendum convenientium, diviſis in plures, duo in diſcordia eligantur, vel alter electorum

per

Digitized by Google

per potentiam obtinebit, vel ad prædictum *Comitem Palatinum* tanquam ad hujusmodi discordiæ *judicem* est recursus habendus; ni forsan super electione vel coronatione hujusmodi suborta discordia, per appellationem vel querelam prædictorum principum ad examen *sedi Apostolicæ, quo casu ipsius est* in tali causa *cognitio*, deferatur. Intelligitur autem is electus esse concorditer, in quem vota omnium Electorum Principum, vel saltem *duorum* tantummodo in electione præsentium diriguntur. In discordia verò is etiam reputatur electus, de quo in loco non solito electio celebratur, & in termino de communi consensu dictorum principum non statuto; quem si forsan prædicti principes infra *annum & diem* à tempore vacantis Imperii concorditer statuant, licet non expriment, quod ipsum *peremptorium* esse velint, terminus tamen ab eis præfixus taliter peremptorius reputatur. Porro iidem procuratores iis & aliis quibusdam prælibatis consuetudinibus adjecerunt, quod vacante Romano Imperio, die per omnes prædictos Principes pro celebranda Regis Romani in Imperatorem postea promovendi electione statuto in octavis Epiphaniæ anno Domini M CC LVI. apud memoratum oppidum de *Franckeford* quinque tantum de dictis Principibus tum per se, tum per alios, videlicet bonæ memoriæ Colonienſis Archi-Episcopus pro se & bonæ memoriæ Maguntinus Archi-Episcopus ea vice in hoc commiserat vices suas; & dilectus filius nobilis Vir Comes Palatinus apud *Franckeferd:* bonæ memoriæ verò Treverensis Archi-Episcopus, & dilectus filius nobilis Vir Dux Saxoniæ intra dictum oppidum convenerunt. Cumque iidem Treverensis Archiep. & Dux Saxoniæ præfatos Archiepiscopum Colonienſem & Comitem nec ipsum oppidum intrare permitterent, nec ad eos exire vellent, super hoc sæpius requisiti; dicti Archiepiscopus Colonienſis & Comes, attendentes ex lapsu temporis periculum imminere, si forsan non fieret electio illa die, quæ ad hoc fuerat peremptoriè constituta; præsertim cum de Anno & die post vacationem Imperii quindecim dies solummodo supereſſent, infra quos nullo modo potuiſſent propter locorum distantiam, & alias facti circumstantias præfati Principes iterum convenire; *cum Prælatis, Ducibus & aliis ibidem præsentibus, deliberatione præhabita de ipsorum communi consilio & assensu* ad electionem procedere decreverunt: & tandem præfatus Colonienſis pro se, ac dictis Maguntino cujus vices gerebat, & Comite præsente ac consentiente; divino nomine invocato, te in Regem Rom. elegit, & mox electionem hujusmodi Magnatum & aliorum astantium copiosæ multitudini publicavit.

§. 6. Cui electioni per charissimum in Christo Filium nostrum Regem Bohemiæ illustrem post paucos dies consensu præstito, demum tu ad tuorum electorum & aliorum Imperii optimatum, qui propter hoc ad te in Angliam accesserunt, instantiam & requisitionem instantem, eidem electioni post diligentem super hoc tractatum habitum consensisti; ac personaliter Alemanniæ regnum ingressus, & moram apud Aquisgranum, quantum decuit faciens, nec inveniens resistentem; postmodum fuisti per sæpe dictum Colonienſem Archiepiscopum, ad cujus id spectabat officium, consecratus, inunctus, coronatus, ac *intbronizatus* regio more *in sedem magnifici Caroli;* nullo se inibi coronationi tuæ realiter aut verbaliter opponente. Recepisti quoque homagia Magnatum regni ejusdem, ac fidelitatis etiam juramenta: obtinuisti ornamenta, & insignia Imperialia, quibus Rex Romanorum solet ornari, dum Romæ inungitur, consecratur per manus summi Pontificis, & sacrum Imperii susscipit diadema; & sine quibus aliquis ad inunctionem, consecrationem, & coronationem hujusmodi nec solet, nec debet admitti: reddita insuper tibi fuerunt quamplura oppida, castra, villæ, ac jura Imperii tamquam Regi: tuque ipsius Regni possessionem adeptus, ipsam tenes, & per sex annos & amplius tenuisti.

§. 7. Ex

Digitized by Google

§. 7. Ex his autem procuratores tui arguere nitebantur, cum memorati Trevirensis Archi-Episcopus & Dux Saxoniæ, recusando dicto die procedere; reliqui verò, non veniendo ad terminum concorditer assignatum, se alienos ab electione reddiderint ea vice; tu ab omnibus Principibus vel saltem ab iis in quos totaliter jus eligendi reciderat, censeri debes electus: & pro certo ac indubitato ponentes jus in regno & Imperio supra dictis tibi electo prædictis consuetudinibus observatis ubi & à quibus id fieri debuit, & nulli alii acquisitum; ac regimen nomen & Imperii diadema indubitate deberi, supplicaverunt, instanter & humiliter petierunt tibi & hujusmodi nomen ascribi. Maxime cum antedictus prædecessor, id tibi de fratrum suorum consilio adscripsisset, te in eisdem Regno & Imperio quibuslibet aliis præferendo, sicut per ipsius literas ostendere nitebantur: teque per nos inungendum, consecrandum, & coronandum in Romanum Imperatorem advocatum, ac defensorem Ecclesiæ, ad ipsum diadema de nostris suscipiendum manibus sine dispendio ulterioris moræ vocari, & Apostolicum tibi favorem impendi: præsertim cum non tantum major pars principum prædictorum, imò omnes, excepto nobili viro Marchione Brandeburgensi, qui etiam paratus est tibi obedire, ut iidem nuntii proponebant; electioni de te factæ consentiant, & tibi tam ipsi, quam alii magnates Alemanniæ generaliter tanquam suo Regi obediant & intendant: petitionem suam illa indubitata, sicut asserunt, in Imperio & jure munita consuetudine fulcientes, qua dicunt electo in Regem Romanorum, secundum solitum morem Imperii ubi & à quibus debet, & postmodum per supra dictum Colonienſem Archiepiscopum inuncto, consecrato & coronato eo ipso regium nomen acquiri; & si electæ personæ impedimenta non obvient, vocandum sine dilatione aliqua per summum Pontificem ad coronam; ad id non solum morem Imperii approbatum, sed etiam quondam felicis recordationis *Innocentii Papæ III.* prædecessoris nostri decretalem Epistolam allegantes ac dicentes, per contradictionem memorati Regis Castellæ, vel electionem, quæ de ipso facta dicitur, petitionem non debere aliquatenus impediri; cum secundum prædictas consuetudines sit ei jam cujuslibet contradictionis via præclusa, & electio ipsa nulla fuerit ipso jure, utpote post annum & diem contra easdem Imperii consuetudines, & termino ad hoc statuto de communi Principum prædictorum consensu transacto, & post electionem tuam legitimam non cassatam, à solo nominato Treverensi (qui propter nova pedagia, quæ in terra sua imposuit, erat tunc excommunicatione ligatus) nulla omninò forma servata, in Camera ejusdem Treverensis Archiep. contemptis aliis principibus clandestinè attentata: cum nullam ab eisdem principibus super hoc potestatem haberet; quam si etiam ab aliquibus habuisset, sicut quædam pro altera exhibitæ literæ innuebant, formam tamen ipsius, quæ secundum tenorem literarum ipsarum ad certam diem se tantummodo extendebant, non eligendo ipsa die, minimè observavit.

§. 8. Ex parte verò supra dicti Regis Castellæ per venerabiles fratres nostros *Garsiam Silvensem, & fratrem Dominicum Abulensem Episcopos*, ac dilectum filium magistrum *Joannem Capellanum nostrum Archidiaconum Compostellanum*, ipsius Procuratores, actores, & negotiorum gestores, generales & speciales omnes in solidum; ita *quod occupantis non sit melior conditio;* mandatum habentes ab ipso, ad petendum pro eo & suo nomine à nobis & prædictis fratribus nostris coronam Imperii, & assignari sibi diem ad recipiendum ipsam, & ad agendum, respondendum, defendendum & tractandum jura sua & Imperii, & quicquid honori ejus expedire viderent, sive in ordinario, sive in extraordinario judicio ageretur; fuit è contra propositum, quod pædictus dies octavarum Epiphaniæ non ad eligendum, sed ad tractan-

Digitized by Google

tractandum ſuper electione faciendi Regis & Imperatoris; & ad aſſignandum diem ad celebrandum electionem eandem, non per omnes, ſed quosdam ex ipſis principibus extitit aſſignatus. Qua die præfati Trevirenſis Archiepiſcopus & Dux Saxoniæ pro ſe, ac dilecto filio nobili viro Marchione Brandeburgenſi, qui eidem Trevirenſi Archiepiſcopo vices ſuas commiſerat, nec non & procuratores memorati Regis Bohemiæ ad prædictum oppidum tamquam viri pacifici acceſſerunt. Supra dicti verò Colonienſis Archiepiſcopus & Comes cum ingenti armatorum multitudine ad loca circumvicina ipſius oppidi advenientes, requiſiti per Treverenſem Archiepiſcopum, Ducem, & Procuratorem prædictos, qui eorum impreſſionem veriſimiliter formidabant, ut idem oppidum intrarent cum ſocietate decenti; de aſſignando die ad electionem celebrandam, prout terminus exigebat, ſi ad hoc eſſent habiles, unà cum ipſis pacificè tractaturi: non ſolum id facere contempſerunt, verum etiam proprii profecutores arbitrii præſumſerunt te in Regem Alemanniæ, non ſine multo contemptu aliorum Principum nominare.

§. 9. Memorati autem Treverenſis Archiepiſcopus, Dux & Procurator nominationem hujusmodi attendentes penitus eſſe nullam (præſertim cum Colonienſis Archiepiſcopus pro eo, quod in bonæ memoriæ P. P. ſancti Georgii ad velum aureum Diaconum Card. tunc Legatum in Alemanniæ partibus manus injecerat, ac venerabilem fratrem noſtrum Padebornenſem Epiſcopum detineret captivum, propter quod per eundem etiam Legatum excommunicatus extitit; Comes verò propter Clericorum & religioſorum cædes & notorias captiones, & quia contra ſententiam felicis recordationis Innocentii Papæ IV. prædeceſſoris noſtri, quondam Friderico olim Romanorum Imperatori & Conrado nato ejus præſtiterat publicè conſilium, auxilium & favorem; erant ipſius electionis tempore tàm à canone, quàm ab homine variis excommunicationibus innodati: & Maguntinus Archiepiſcopus, cujus idem Colonienſis Archiepiſcopus ſe vices gerere aſſerebat, in vinculis teneretur; propter quod carens arbitrii libertate, præſtare non potuit, prout jura exigunt, liberum in electione conſenſum, nec etiam facto præſtitit ad electionem celebrandam) certum terminum ſtatuerunt ſubſequentem dominicam paſſionis, quo quidem termino usq; ad proximam dominicam palmarum continuato de die in diem; & memorato Maguntino tunc à vinculis liberato, Colonienſi Archiepiſcopo & Comite requiſitis, & nolentibus intereſſe; dictus Trevirenſis Archiepiſcopus à Rege Bohemiæ, Duce & Marchione ſibi ſuper hoc poteſtate coñiſſa, dictum regem Caſtellæ ſuo & illorum nomine publicè & ſolemniter in eodem oppido de Franckenford, Dei nomine invocato Romanorum Regem & Imperatorem elegit, & electionem ipſam omnibus aſtantibus publicavit: idemq; Rex Caſtellæ ipſa electionem ſibi per quam plures Magnates Imperii, ad ipſum propter hoc in Hiſpaniam accedentes, poſtmodum præſentata, electioni conſenſit eidem. Ex præmiſſis ſanè iidem procuratores & nuntii prælibati Regis Caſtellæ, dicentes electionem ipſam, ubi & à quibus debuit celebratam legitimè; allegabant electionem eandem impediri non potuiſſe per tuam, quæ ſicut dicunt, nulla extitit ipſo jure. Nam cum prædictus dies octavarum non ad eligendum, ſed ad tractandum de ſtatuta die, & ipſam ſtatuendam ad electionem celebrandam novi Regis fuerit non per omnes prædictos Principes, ſed per aliquos ex eis, ut præmittitur aſſignatus; qui etiamſi ad eligendum ſtatutus fuiſſet per majorem partem eorundem Principum, minoris partis non obſtante contradictione, mutari & prorogari potuit & extitit prorogatus: conſtat electionem de te maximè per pauciores de ipſi Principibus excommunicatos ipſa die octavum factam, nullam penitus extitiſſe.

§. 10. Excommunicationem etiam contra memoratum Archiepiſcopum Treverenſem objectam, & conſuetudinem, quæ de celebrando tempore

Digitized by Google

vacantis Imperii infra annum & diem Regis Rom. electione præponitur, ac alias omninò negantes, allegabunt, quod si veritate hujusmodi propositio fulciretur, electio tua, quæ quindecim diebus de ipso tempore adhuc exstantibus celebrata fertur, ex hoc etiam nulla esset: cum non licuerit minori parti, majore contempta, diem ultimam ipsius temporibus prævenire. Per quæ apparere dicebant, quod Electores ejusdem Regis Castellæ nolendo die illo eligere, non fuerunt eligendi jure privati, nec si etiam, ut pars adversa proponit, ad minorem partem renuissent exire. Nam cum infra prædictum oppidum de Franckeford Romani Regis & Imperatoris, & non alibi debeat electio celebrari, minor pars non poterat ad locum alium coarctare majorem. Adjecerunt præterea inunctionem, consecrationem, coronationem, ac possessionem prædictas, quam quidem possessionem omninò negabant; & cætera pro parte tua inducta, cum ex electione tua, quæ, ut prædicitur, nulla extiterat, secuta fuerint, tanquam nulla, nullum potuisse tuo munimentum afferre, aut ejusdem Regis Castellæ juri præjudicium generare: subjungentes Colonienſem Archiepiscopum supradictam consecrationem vel inunctionem, seu coronationem, quæ jus tribuant, dare non posse nisi ei, qui à majori & saniori parte prædictorum Principum est electus: alioquin illa sequeretur absurditas, quod solus Colonienſis Archiepiscopus precibus inductus vel corruptus pretio, cui vellet Imperium dare posset.

§. 11. Quod autem de literis supradicti prædecessoris Alexandri præmittitur, in quibus tibi regium nomen dicebatur ascriptum, teque in prædictis regno & Imperio aliis fuisse prælatum, multipliciter confutabant; tum quia quoties coram ipso prædecessore Alexandro, ac fratribus suis de Imperii negotio agebatur, idem prædecessor Alexander, publicè asserebat, quod super eodem negotio nihil in dicti Regis Castellæ præjudicium attentaret; quod etiam ipsi Regi Castellæ per literas, per quondam A. de Ferentino suum Capellanum & nuntium intimavit; propter quod prædictæ per te inductæ literæ meritò sunt suspectæ, nec credendæ de ejusdem prædecessoris Alexandri conscientia emanasse; tum etiam quia si de ipsius conscientia & fratrum suorum consilio processissent, cum injuriosæ sint, debent merito revocari. Unde iidem Regis Castellæ procuratores & nuntii electionem de ipso factam, electione tua prædicta, & iis, quæ pro te fuerunt objecta, nequaquam obstantibus, fore legitimam, utpote celebratam à majori parte ipsorum Principum, (quos iidem procuratores & nuntii variare non potuisse allegant, & variasse non credunt) imò fictione juris ab omnibus (cum alii utpote inhabiles electioni non potuerint, vel saltem noluerint in loco solito & tempore debito interesse) ac ipsum potiorem in prædictis regno & Imperio arguentes; cum instantia postularunt ipsi Regi Castellæ, consuetum favorem: videlicet, quod quando aliqui ad Imperium in discordia Principum eliguntur, sedes Apostolica illum, qui electus est à parte majori, personæ impedimentis cessantibus, denuntiat electum canonicè, ac Regem nominat,* pro parte aliqua non citata; & ei favorem præstat, illiq; terminum ad recipiendam coronam assignat, etiamsi alter taliter electorum regni possessionem præsumserit occupare: *sicut in electionibus Lotharii & Conradi, Otthonis & Philippi* ac aliorum plurimum *observatum fuisse dicebant*, ad hoc prædictam decretalem Epistolam inducentes.

§. 12. Eisdem autem præfati Regis Castellæ nuntiis petitioni prædictæ super debita justitia exhibenda porrectæ insistentibus, nos memoratum Roffensem Episcopum & alios tuos procuratores de prædictorum fratrum consilio duximus requirendos, si vellent super præmissis subire tuo nomine nostrum & Apostolicæ sedis examen. Qui habito consilio responderunt, quod cum sit princeps Catholicus, nobis & Ecclesiæ Roma-

Digitized by Google

Romanæ devotus, ipſam caput Chriſtianitatis & fidei, tamque matrem & Dominam recognoſcens, nec intendas illius declinare judicium, in quibus illud ſubire debes, & de jure teneris; & in Imperio jus habens, ac Regni Alamanniæ, & ejus jurium poſſeſſionem obtineas; parati erant, in quantum prædicti mandati, quod à te habebant, ſe vires extendunt pro te ac tuo nomine, tanquam pro Rege vero, ac legitimo poſſeſſore, judicium noſtrum & Eccleſiæ Romanæ ſubire, ſi quis appareret, qui te ſuper præmiſſis velit impetere, aut aliquid quocunque modo proponere, per quod tibi poſſit aliquod præjudicium generari: ſalvis ſemper in omnibus & per omnia jurisdictione, poteſtate, officio, auctoritate, dignitate, honore, ac libertate ſacri Romani Imperii, ejusque Principum, ad quos ſpecialiter ſpectat Romani Regis electio, & quibus præjudicare non intendebant, vel alias quomodolibet derogare; petitionem tuo præmiſſam nomine nihilominus repetentes. Ecce, fili chariſſime, dum ad petitionem juſtitiæ ab una parte proceditur, nec ab altera judicio ceditur, ſed ipſius Regis concordiam, & concordem ſupra dicti ordinationem Imperii, deſiderataque quietis nobis ſerenitas arrideret, in judiciorum inquietos anfractus ingerimur, & expetitæ juſtitiæ inſtantia in ipſorum nos fluctus impellit. Ecce pacem expectavimus, & non venit: quæſivimus bona, & turbatio ſtrepitus judicialis offertur. Profecto non id deſiderabat Eccleſiæ imperiali auxilio relevanda neceſſitas: non id exigebant laceræ partes imperii occupatricibus expoſitæ manibus direptorum: non id requirebat Chriſtianitatis his temporibus miſeranda conditio, quam intrinſeca plusquam - - Tartaricæ feritatis affligunt. Quibus potius debebatur, ut per tractatus pacificos Cæſarei culminis acceleranda proviſio in unitate capitis juribus redintegratis Imperii contra tot diſcrimina provideret.

§. 13. Nos itaque pacis cogitationes ſolicite cogitantes, ac de illius ſperantes omnipotentia & immenſa virtute, ſub quo curvantur, qui portant orbem; qui ventis imperat, & ad ejus nutum ſtat ſpiritus procellarum; pacis tractatibus providimus inſiſtendum. Et ideo hinc inde propoſitis à nobis & prædictis fratribus noſtris in diſcuſſionem exactæ deliberationis inductis de ipſorum conſilio, tam ad magnificentiæ tuæ præſentiam, quam ad ipſum Regem Caſtellæ Nuntios deliberavimus deſtinandos, qui vos ad pacem invitent: ad quod dilectum filium magiſtrum Guillelmum Capellanum noſtrum Archidiaconum in Eccleſia Pariſienſi, virum utique providum, conſilii maturitate conſpicuum à nobis ac eisdem fratribus plurimum meritò ſuæ probitatis acceptum, de cujus induſtria & fidelitate nos & ipſi fratres plenè confidimus, ad tuam magnificentiam ſpecialiter deſtinamus. Et nihilominus cum ſimus omnibus in juſtitiæ debitores, nec debeamus eam perſonis denegare ſublimibus, qui ſuper ipſa, etiam ab humilibus requiſiti, noſtri partes officii non negamus; *te ac eundem Regem Caſtellæ citandos decrevimus*, & de ſæpe dictorum fratrum conſilio *peremtoriè* præſentium tenore citamus, ut *ſecundo die Maji* primo venturi, Apoſtolico conſpectui per Procuratores idoneos te præſentes, qui tuæ conſcientiæ conſcii legitimum & plenum à te mandatum habeant ad pacis tractatum, ſi Dominus dederit, ineundum; & ad procedendum in ipſo negotio prout honori Eccleſiæ, ac penſata talis & tanti conditione negotii ſine offenſa juſtitiæ videbimus expedire Dat. apud Urbem veterem, 2. Kal. Septembris.

Digitized by Google

XV. *Rudolphi Imp.* Decretum, *quo Marchionatum ſeu* Comitatum Provinciæ *controverſum, unacum Comitatu Forcalquerii, attribuit Carolo Regi Siciliæ. Vienna Auſtriæ* 5. *Cal. April.* 1280.

ROdulphus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, venerabilibus Archiepiſcopis Epiſcopis, cæterisque Comitatus & Marchionatus Provinciæ, ac Comitatus Forkalkier Eccleſiarum Prælatis, devotis ſuis prædilectis gratiam ſuam & omne bonum. In quibuslibet noſtris actibus Eccleſiaſticis gratificari ſolicitis ſtudiis affectantes, earum diſpendia, quantum nobis ex alto permittitur, evitamus. Licet igitur Comitatum & Marchionatum Provinciæ (intendentes hæc duo nomina, ſcilicet *Comitatum & Marchionatum eſſe ſynonyma*, & unum non diverſa ſupponere) ac Comitatum Forkalker, cum omnibus jurisdictionibus, juribus & pertinentiis eorundem; ac *omnia quæ infra Comitatus ipſius conſiſtentiam Romanorum Imperatores per eorum privilegia quondam Domino Raymundo Berengario Comiti & Marchioni Provinciæ ac Comiti Forkalker*, ipſiusque prædeceſſoribus *donaverunt; per ſpeciale privilegium, confirmemus*, concedamus, & de novo tam *Domino Carolo Regi Siciliæ* illuſtri ad vitam ſuam, ſi autem voluerit, quam heredibus Regis ejusdem, qui proceſſerunt ex eodem Rege & claræ memoriæ *Beatrice Regina Siciliæ* conſorte ſua; & omnibus heredibus & ſucceſſoribus eorundem in feudum ſub conſuetis cenſu & ſervitiis, præſtandis in poſterum ab eisdem Rege, hæredibus, & ſucceſſoribus, in perpetuum poſſidenda, donemus: & promittentes quod per nos, vel alium, ſeu alios nullam donationem, confirmationem, inveſtituram, conceſſionem, vel contractum, aut aliquid cum Domina *Margareta Regina Francorum* illuſtri, vel Procuratoribus aut nuntiis, ſeu aliis quibuscunque perſonis Eccleſiaſticis vel ſecularibus fecimus, per quæ hujusmodi confirmatio, de novo donatis ſive conceſſis, aut aliquid, quod in eodem conceſſo dicto Regi ſuper iis privilegio continetur, habere non poſſit vel debeat firmitatem, vel per quæ confirmationi, donationi & conceſſioni prædictis, ac iis, quæ in dicto privilegio continentur, aliquod afferri poſſit vel debeat nocumentum, ſeu prædictorum confirmationis, donationis, conceſſionis, & aliorum contentorum in privilegio ſupra dicto effectus aliquatenus impediri circa ea, quæ forſan extra Comitatus eosdem prædicta donatio Imperatorum comprehenderet eorundem; nihil ad præſens penitus innovato; Declaraverimus, ordinaverimus, decreverimus, ſtatuerimus, ac expreſsè facturos, & curaturos nos ſpecialiter obligaverimus, quod per ea, quæ facta ſunt à nobis, prædictæ Reginæ Franciæ nullum omninò præjudicium fiat Regi & heredibus ac ſucceſſoribus ſupradictis, vel in jure præterito, quod eis prædictis comitatibus competebat, ſeu competit, vel iis, quæ in confirmatione ac conceſſione prædictis continentur: Nihilominus tamen declaramus, ordinamus, decernimus atque ſtatuimus, quod per confirmationes, donationes & conceſſiones Comitatum eorundem Eccleſiis & perſonis Eccleſiaſticis illarum partium nullum omninò præjudicium generetur: cum intentionis noſtræ ſit earum jura non imminuere, ſed augere.

§. 2. De omnibus autem & ſingulis ſupradictis, plenariam interpretationem & declarationem Romano Pontifici ad præſens, & in poſterum reſervantes, ejus interpretationem ſeu declarationem faciendam etiam ſimplici verbo nos ſervaturos ſpecialiter auctoritate præſentium obligamus, promittentes nihilominus prædicta omnia & ſingula, poſtquam imperiale diadema, dante domino ſuſceperimus, renovare ad majorem & perpetuam firmitatem. Actum & Datum Viennæ v. Kal. Aprilis, indictione VIII. Anno Domini M CC LXXX. Regni verò noſtri anno VII.

XVI. *Ex*

Digitized by Google

XVI. *Ex Compromisso Regum Franciæ & Angliæ* in Papam Bonifacium VIII. *tanquam in privatam personam, pronuntiata à Pontifice sententia arbitralis. Romæ 27. Junii 1298.*

IN nomine Domini Amen. Anno Domini M CC XCVIII. indictione XI. Pontificatus Domini *Bonifacii Papæ VIII.* anno IV. die XXII. mensis Junii, sanctissimus pater & Dominus, Dominus Bonifacius divina providentia Papa VIII. arbitrium, laudum, diffinitionem, arbitralem sententiam, amicabilem compositionem, mandatum, ordinationem, & alia infra scripta recitavit, legi fecit, dedit, & protulit in hunc modum: Dudum inter charissimos filios nostros *Philippum Francorum*, ex parte una, & *Eduardum Angliæ Reges* illustres ex altera, suggerente inimico humani generis pacis æmulo, super diversis articulis materia discordiæ ac dissensionis exorta; tandem iidem Reges per speciales nuntios & procuratores ipsorum, ad hoc ab eis mandatum habentes, *in nos Bonifacium, divina providentia Papam VIII. tanquam in privatam personam, & Dominum Benedictum Gaytanum; tanquam in arbitrium & arbitratorem*, laudatorem, diffinitorem, arbitralem sententiatorem, amicabilem expositorem, præceptorem, arbitratorem & dispositorem & procuratorem super reformanda pace & concordia inter ipsos Reges; ac super iis, quæ ad pacem pertinent & super omnibus & singulis discordiis, guerris, litibus, controversiis, causis, quæstionibus, damnis & injuriis, petitionibus & actionibus realibus & personalibus atq; mixtis, quæ fuerant & erant seu vertebantur, & esse vel verti possent inter ipsos Reges occasione quacunque; de alto & basso absolute & liberè compromittere curaverunt. (*Nonnullis interjectis, concepta hisce verbis lata de redintegrando fœdere sententiæ forma subjicitur.*)

§. 2. Pronuntiamus hâc vice, ut inter eosdem Reges fiat & sit perpetua & stabilis pax; & quod treugæ vel sufferentiæ voluntariæ dudum indictæ, initæ ac firmatæ inter eos, eo modo & forma, ac omnibus, & illis personis & terris, & sub illis pœnis, conditionibus, & temporibus, sub quibus indictæ, initæ & firmatæ fuerint, inviolabiliter observentur. Ad hujusmodi autem pacem confirmandam, roborandam, atque servandam infra tempus, quod duxerimus moderandum, præfatus *Rex Angliæ Margaretam Sororem prædicti Regis Franciæ recipere ac ducere cum dotalitio quindecim millium librarum Turonensium* assignando per ipsum Regem Angliæ in locis competentibus, de quibus inter partes fuerit concordatum, vel (ubi partes ipsæ non concordarent) per nos arbitratum fuerit, *in uxorem*; & idem Rex Franciæ eandem Sororem suam eidem Regi Angliæ in uxorem dare, & tradere cum dispensatione sedis Apostolicæ teneantur: quodque *Isabella filia prælibati Regis Franciæ*, quæ infra annum septennem dicitur constituta, *suo tempore Eduardo prædicti Regis Angliæ filio*, qui jam decimum tertium ætatis suæ annum exegit cum simili dispensatione matrimonialiter *cum dotalitio decem octo millium librarum Turonensium*, similiter assignando per eundem Regem Angliæ pro dicto filio suo in competentibus locis, de quibus concordaverint ipsæ partes; de quibus nos duxerimus arbitrandum. Si super hoc inter eos non proveniet concordia, copulentur, idque firmetur atque valletur ex nunc, modis inferius annotatis. [*Iuque descriptis subdit:*]

§ 3. Item dicimus, laudamus, arbitramur, seu etiam deffinimus, quod de omnibus bonis mobilibus vel se moventibus, ablatis vel alias malè subtractis, & de omnibus damnis datis hinc inde ante tempus motæ vel ortæ guerræ præsentis; primò *de omnibus, quæ extant* & consumta non sunt, præsertim de navibus, & aliis quibuscunque bonis per Anglicos & Vascones, & eorum complices ante guerram occupatis in mari vel in terra; quod *Rex Angliæ omnia*, quæ de prædictis extant bona fide sine lite & absque figura judicii, omni fraude cessante, ad requisitionem Regis Franciæ vel nuntii sui statim *faciat ad plenum restitui:* & Rex Franciæ similiter, si quæ talia ante dictam guerram capta vel ablata apud ipsum, vel in sua potestate extantia reperta fuerint, similiter ad plenum restitui faciat, à præfato Rege Angliæ vel ejus nuntio requisitus. De ablatis verò non extantibus, sed deperditis & consumtis; laudamus, arbitramur, seu etiam diffinimus, quod Rex Angliæ ad requisitionem Regis Franciæ vel nuntii sui faciat satisfieri; taxatione nobis circa prædictorum æstimationem contra utramque partem, ubi per concordiam partium negotium super prædictis sopitum non esset, plenariè reservata.

§. 4. Item dicimus, laudamus, arbitramur, seu etiam diffinimus, quod idem Rex Angliæ de omnibus terris, vasallis & bonis, quæ ipse nunc habet, & tenet in Regno Franciæ, seu tenebat ante motam guerram præsentem, habeat illam quantitatem & illam partem terrarum, vasallorum & bonorum eorundem, quam sibi ex virtute compromissorum prædictorum laudaverimus & mandaverimus assignari, vel inter Reges ipsos fuerit concordatum; & sub illis fidelitate, homagio, modis & conditionibus habeat, sub quibus ipse ac pater suus habuisse hactenus & tenuisse noscuntur; modis & temperamentis per nos adhibendis in abusu, si quis ex parte gentis Regis Franciæ hactenus commissis inven-

Digitized by Google

tus fuerit in exercitio *reſorti:* modis etiam & temperamentis per nos adhibendis in abuſu partis alterius, ſi quis videlicet ex parte Regis Angliæ vel ſuorum hactenus commiſſus contra jus reſorti fuerit inventus, ne talia in poſterum committantur; conditionibus etiam, modis & ſecuritat ibus per nos imponendis & adhibendis in terris, vaſallis, bonis & aliis, quæ per noſtram pronuntiationem ſeu concordiam partium præfatus Rex Angliæ vel ſucceſſores ejus contra Regem Franciæ vel ſucceſſores ipſius valeant rebellare.

§. 5. Dicimus autem, laudamus & arbitramur, ſeu etiam diffinimus, quod ex nunc omnes terræ, vaſalli & bona prædicta, & alia, tam quæ tenet Rex Franciæ de iis quæ tenebat Rex Angliæ ante guerram præſentem, quam quæ tenet Rex Angliæ in regno Franciæ; bona fide, ac ſine omni fraude, abſolutè ac liberè in manibus & poſſe noſtris ponantur & aſſignentur, tenenda à nobis nomine Regis Franciæ, quæ ex parte ſua, & nomine Regis Angliæ, quæ ex parte ejusdem nobis fuerint aſſignata; ita tamen, quod per hoc in poſſeſſione vel proprietate nil novi juris accreſcat alterutri partium, vel antiqui decreſcat. ſuper quorum aſſignatione, ſi qua fuerit exorta dubitatio vel ambiguitas inter partes, illam noſtræ declarationi & arbitrio reſervamus. Quodſi forſan dicti Reges de ipſis terris & bonis ad invicem concordaverint, perpetuò & inviolabiliter obſervetur: alioquin nos ex compromiſſi prædicti virtute apponemus ad id illud remedium, quod Dominus miniſtrabit, & ex tradita nobis poteſtate licebit. Si verò caſu aliquo contingente hoc facere non poſſemus; volumus, dicimus & arbitramur, quod utrique parti priſtina jura ſua ſalva remaneant & illæſa &c. Acta, lata & pronuntiata fuerunt arbitrium, laudum, arbitralis ſententia, mandatum, diffinitio, ordinatio, diſpoſitio, & omnia ſupradicta per eundem Dominum Papam, ut ſuperius enarrantur, anno, indictione, menſe ac die prædictis, Romæ apud S. Petrum in palatio Papali, in Conſiſtorio publico facto in ſala majori præſente ibi gentium multitudine copioſa, & præſentibus reverendis patribus Dominis Dei gratia Gerardo Sabinenſi, fratre Matthæo Portuenſi & S. Ruffinæ, & Joanne Tuſculano Epiſcopis; Joanne tit. SS. Marcellini & Petri, Nicolao tit. S. Laurentii in Damaſco, fratre Jacobo tit. S. Clementis, Thoma tit. S. Cæciliæ ac Roberto tit. S. Potentianæ Presbyteris; Matthæo S. Mariæ in porticu,* Nepoleone S. Adriani, Guillelmo S. Nicolai in carcere Tulliano, Franciſco S. Mariæ in Coſmedin, Petro S. Mariæ nova, ac Jacobo S. Georgii ad velum aureum diaconibus S. R. E. Cardinalibus &c.

XVII. *Literæ à* Ferdinando Rege Siciliæ *ad Ludovicum XI. Galliæ Regem per fœcialem miſſæ, quibus quæritur, quod* Chriſtophorus Columbus *triremes ſuas deprædatus ſit, poſtulatque ſibi ablata reſtitui. Datum in Terra Fogiæ, die 8. Decembr. 1474.*

SEreniſſimo & Chriſtianiſſimo Principi, ac illuſtriſſimo Domino *Ludovico* Dei gratia *Regi Francorum* &c. tamquam patri noſtro chariſſimo, *Ferdinandus* eadem gratiâ *Rex Siciliæ* &c. ſalutem. Perlatum eſt ad nos, quod credere nunquam potuiſſemus, niſi palam paulo poſt certiſſimis nuntiis ac fama ipſa, & multorum teſtimoniis comprobatum confirmatumque eſſet, duas noſtras magnas triremes, quæ mercaturæ gratia anno ſuperiori in Flandriam Britanniamque noſtro juſſu navigaverant, cùm redirent, *à Columbo, qui quibusdam navibus præeſt Majeſtatis veſtræ ſubdito,* apud portum Hiſpaniarum, quem *Vivarium* nominant, vi expugnatas, captas eſſe, ac remigibus, cæterisque mercatoribus ſpoliatas, Normandiam verſus deductas. Quam rem quo animo ferre debuerimus, Majeſtati veſtræ compertum eſſe arbitramur, cum tantam tum à noſtris ſubditis, tum ab alienis, quorum res ac mercimoniæ eisdem vehebantur, jacturam factam eſſe ſentiamus. Miramur & doleſmus, cùm ſemper & triremes Francorum, & mercatores ipſi in noſtra ditione omne humanitatis genus apud nos experti fuerint, & ſingularibus officiis affecti, non modo, ut æquum erat, eamdem liberalitatem humanitatemque apud eos (quod decebat) triremes noſtras non inveniſſe, ſed expugnatas, captas ac direptas eſſe. Neſcimus an tanta immanitas & contumelia ab ullo hominum genere expectanda eis fuiſſet, quantam ab ipſo Columbo perpeſſas fuiſſe intelleximus.

§. 2. Nos confiſi noſtra conſcientia, qui & ſubditos veſtros, & ipſas imprimis triremes omni comitate ſemper excepimus, & quibus potuimus officiis complexi ſumus, cum inter Majeſtatem veſtram & nos nec bellum eſſe, nec ullam belli ſuſpicionem perſpiceremus, ac rati, ut par erat, apud veſtram Majeſtatem ejusque ſubditos eamdem, quam veſtræ triremes apud nos humanitatem expertæ eſſent, conſecuturas, in eam navigationem miſimus, quam tutiſſimam fore arbitrabamur. Quod itaque ipſi ſperabamus, præter merita aliter eveniſſe magnopere dolemus, & officia beneficiaque noſtra, quæ nòn exprobandi gratia commemoramus, ſed ut nobis tantum contumeliæ injuria illatum eſſe oſtendamus, pro maleficiis accepta eſſe ſatis admirari non poſſumus. Quod ſi conſcii eſſemus,

Digitized by Google

mus, ullius injuriæ à nobis vel noſtris ſubditis veſtræ ditionis hominibus illatæ, hanc injuriam minus moleſtè ferremus, nec ea tantoperè angeremur.

§. 3. Quam ob rem cùm triremes in poteſtatem Majeſtatis veſtræ pervenerint, oramus eamdem, ut rationem officiorum, quibus ſemper erga ſubditos ipſius, & ipſas imprimis triremes uſi ſumus, habendam ſibi exiſtimet, & tantum nobis injuriæ illatum, quod vix manifeſti belli tempore agendum fuiſſet, ita emendet, atque incommoda reſarciat, ut quæ *Columbus* in noſtras triremes præter jus fasque egit, ea ſuo conſilio ac judicio, non ex auctoritate decretoque veſtro, acta unusquiſque facile intelligat, à cujus dignitate alienum eſſet, ſi ab ejus ſubditis noſtræ triremes liberalitatis * tutas ſe putabant, captæ & direptæ ſint. Idque tuæ Majeſtatis nomini, quod omnium Regum maximum & ampliſſimum eſt, nonnihil dedecoris afferret, eſſetque omnibus exemplo ac documento, quantum ejus fidei credendum eſſet, ſi nobis, id eſt triremibus noſtris, datam fidem, cum quibus nec bellum habet, nec inimicitias gerit, à ſuis paſſa fuerit.

§. 4. Igitur hortamur ac obteſtamur Majeſtatem veſtram, ut triremes ſub ejus fide publica captas, & in poteſtatem ejus perventas, ita reſtituendas putet, ut nihil deſit ex rebus, quantum cum captæ fuerunt, in ipſis erat, & omnia ita incommoda recompenſet, ut absque detrimento redeant, ablata omnia reddi reſtituique curet, tam noſtrorum, quam alienorum: quos ſi Majeſtas veſtra ſibi eſſe inimicos oſtenderet, ob eamque rem reſtitui non debere, oramus, ut nobis vicem reddat, & noſtræ in ſe liberalitati gratiam referat, qui veſtris triremibus per maria noſtræ ditionis eorum etiam (Majeſtatis veſtræ gratiâ) qui nobis fuerunt ſemper inimiciſſimi, quibus cum apertum nobis bellum erat, merces bonaque convehi animo æquiſſimo tulimus. Si Majeſtas veſtra triremes ipſas ex animi noſtri ſententia, ut facturam confidimus, cum rebus omnibus, quibus, quo tempore captæ ſunt, onuſtæ erant, reſtituet, exiſtimabimus Columbum ipſum id auſum eſſe præter Majeſtatis veſtræ mentem, quem tametſi triremes ipſæ cùm apud *Antonam* eſſent, naves inſtruxiſſe, quam plures cognoviſſent, freti fide publica Majeſtatis veſtræ, & quod nullum inter nos & ipſam belli genus eſſe ſcirent, illinc ut redirent, nihil ſibi ab illo timendum eſſe exiſtimantes ventum nactæ diſceſſerunt, à quo nefariè circumventæ, captæ & direptæ ſunt.

§. 5. Sin aliter ſibi factum exiſtimaverit, quod nobis perſuadere non poſſumus, putabimus eamdem alio in nos eſſe animo, ac nos erga ipſam ſemper fuimus: placebitque ut ſuis literis, quo animo in nos ſit, certiores nos reddat, ut quo pacto cum eadem vivendum nobis ſit, à quibusque nobis cavendum intelligamus. Teſtisque erit totus orbis terrarum à veſtra Majeſtate nobis inimicitiarum cum ea gerendarum cauſam eſſe præbitam, eum tanta nos contumelia, de ſe non male meritos affecerit. Cujus rei cauſa mittendum ad veſtram Majeſtatem cenſuimus *Arminium noſtrorum armorum Regem*, qui has literas eidem reddet, ut reſponſum Majeſtatis veſtræ, ſi quod ei dandum decreverit, ad nos perferat. Datum in terra noſtra Fogiæ, die IX. Decembris, M CCCC LXXIV. Sic ſignatum, Rex Ferdinandus, *& inferius*, J. à ſecretis.

XVIII. *Reſponſio* Ludovici XI. *quibus promittit reſtitutionem*, excuſat *tamen* Columbum, *quod jus ſit in Oceano capere naves ab hoſtilibus terris venientes, & ſaltem bona hoſtium inde auferre.*

SEreniſſimo potentiſſimoque Principi, cariſſimo ac dilectiſſimo conſanguineo noſtro Ferdinando, Dei gratia Siciliæ Regi, Ludovicus eadem gratia Francorum Rex ſalutem. Literis veſtræ Serenitatis per Arminium veſtrum armorum Regem accepimus, expugnationem & captionem duarum veſtrarum triremium per Columbum ſubditum noſtrum apud Vivarium Hiſpaniarum portum continentes. Quam rem eo quod à noſtris facta ſit admiramini, cum Francorum triremes & mercatores noſtri omnem ſemper fuerint apud vos ac veſtros humanitatem experti. Quorum gratia putaſtis violentiam ſubditis veſtris à noſtris umquam fieri non debere, quin potius eos mutua humanitate, non minorique benevolentia & caritate tractari, maximè cum inter nos & vos nullum eſſe bellum, aut belli ſuſpicionem perſpectum ſit, nosque propterea per ipſas veſtras literas hortamini, ut triremes ipſas, ac res quæ in eis erant, reſtitui facere curemus.

§. 2. Petitis dehinc quo pacto inter nos vivendum ſit, effici certiores. Sereniſſime potentiſſimeque Princeps, conſanguineeque noſter chariſſime, ex multis jam temporibus nos non latuit, neque latet, quantis humanitatum officiis veſtra Serenitas in noſtras Gallicas triremes & ſubditos, dum ad veſtras ditiones & dominia profecti ſunt, ſemper uſa fuerit, atque multo maxima veſtra ſtant hæc officia, quàm literæ veſtræ proteſtentur, quod nunquam à noſtra excidit, nec excidet memoria: & inde vobis gratias ingentes habemus, nec arbitretur Celſitudo veſtra, quin ſimilia & reciproca humanitatis officia in vos & veſtros, dùm caſus & facultas ſe obtulerint, referre cupiamus. Neutiquam præterea ſcivimus, Serenitatem veſtram unquam palàm vel publicè adverſus nos aut noſtros hoſtilitatem,

Digitized by Google

tem aut arma paraſſe, donec ſtipendiarios veſtros introduci feceritis ad invadendum armatos noſtros, quos nuper miſimus pro recuperandis tutandisque noſtris *patriis & Comitatibus Roſſilionis & Ceritaniæ, qui erepti nobis injuſtè & violenter extiterant.* In vos etiam, nec veſtros nullum umquam bellum aut hoſtilitatis indicium à nobis aut noſtris antehac illatum eſt, neque quidquam egimus, quo inimicitiis aut diſſidiis inter nos via poſſet aperiri. Verum ob veſtras excellentiſſimas digniſſimasque virtutes, veſtram ſemper voluimus & cupivimus amicitiam capeſſere, nec minore cura favere, prout noſtræ facultatis erit, tam veſtra veſtrorumque ſubditorum, quam noſtra propria complecti negotia.

§. 3. Quantum verò ad triremium veſtrarum captionem attinet, ipſa nobis inſciis acta eſt, eamque permoleſtè & diſplicenter quàm maximè tulimus, & quam primum ad nos ipſa captio fuit perlata, quidquid ex mercaturis aliisque rebus, quas ipſæ veſtræ triremes devexerant, potuit inveniri, arreſtàri continuò, ſub tutaque poni cuſtodia mandavimus, pleraque tamen à veſtris remigibus, & aliis qui captioni interfuerant, capta & latàta fuiſſe compertum eſt. Sed nihilominus quæque nobis & veſtris ſubditis pertinentia reperiri potuerunt, mox illa veſtris reddi & reſtitui, & ablatorum occultatorum vice tantum valoris & æſtimationis, Capitaneo & aliis veſtris quantum ipſa ablata & occultata valere aſſeruerunt, expediri fecimus. Et licet illarum rerum ablatarum nihil penitus ad manum, notitiam aut utilitatem noſtram pervenerit, ſuper petitis tamen & declaratis per Capitaneum veſtrum, pro omnium mercium, quibus ipſe vel triremes onuſtæ fuerant, naulo rationem dari & fieri fecimus. Ac ut ſecurius ad vos uſque perduci valerent, pro ſtipendiis gentium pecunias dari, ipſasque triremes victualibus munitas in manus & poteſtatem Capitanei veſtri tradi liberè præcepimus & reponi.

§. 4. Quando autem cum ipſo Columbo & aliis inquiri diſpiciique mandavimus, quænam cauſa eos ad captionem hanc præter mentem nobis non jubentibus impuliſſet, hi profecto reſpondendum duxerunt, ſe propterea ad illam tractos incitatosque fuiſſe, *quod gentes veſtræ contra noſtras in agro Roſſilionis ſe injecerant*, quodque ipſæ veſtræ triremes ab oris & ditionibus Anglorum noſtrorum & Coronæ Franciæ inveteratorum hoſtium, nec non etiam à patriis per *Carolum de Burgundia noſtrum utique rebellem* & inobedientem ſubditum occupatis, tunc reverterentur. Et illuc plura detulerant, quæ adverſus nos auxilio, favori & fortificationi forent noſtrorum hoſtium, & rebellium prædictorum, aliaque dehinc ſimiliter reportarent, quibus multa ad noſtram & Regni noſtri jacturam tractabantur.

§. 5. Allegabant inſuper Columbus & alii pro ratione ſua, quod per *uſum belli* notoriè & inconcuſſè huc uſque *in hoc Occidentali freto* ſervatum, omnes triremes, *naves* aut *fuſtes à regionibus* & Dominiis *hoſtium* quomodovis *demigrantes, maximè cum res apud ipſos geſtæ eſſent, quibus vel potentiores, aut fortiores eſſent effecti*, vel aliter adjuti, lege & obſervantia bellorum maris *licitè capi poſſunt* & impunè. Et quoniam ipſæ veſtræ triremes quamplures etiam merces hoſtium & rebellium noſtrorum ſuorumque ſubditorum deferrent, nulla ſuper hoc à nobis ſecuritate habita, quemadmodum noſtræ Galliæ triremes, quoties ad veſtras ditiones & Dominia proficiſcuntur, hactenus ſemper habere ſolitæ ſunt.

§. 6. His de cauſis impulſi Columbus & cæteri prætendunt lege & obſervantia prædictis ſuadentibus ritè rectèque ipſas triremes potuiſſe adoriri. Tantus tamen fuit & eſt apud nos dilectionis & amicitiæ veſtræ zelus, ut his omnibus allegationibus & excuſationibus poſtpoſitis, omnia veſtra ſubditorumque veſtrorum extemplo fecerimus reſtitui, triſtes admodum hanc rem à noſtris in veſtros, uti præſcribitur, obtigiſſe; ſed ne deinceps produci ſimilia videantur, & ut eò amplius noſtra ſit apud Serenitatem veſtram amicitia prægnita, nos ipſis veſtris triremibus, illarum Capitaneis, patronis, mercatoribus, remigibus & cæteris amicis, aut inimicis noſtris, in eis transfretantibus, cujuscumque ſtatus, qualitatis, nationis aut conditionis exſtiterint, cum eorum bonis & mercaturis, plenam ſecuritatem & ſalvum conductum ad unius anni ſpatium liberè conceſſimus, quo res & bona ipſa inter Regnum noſtrum & extra ubique terrarum mercationis exercendæ cauſa poſſint in tuto & ſecurè, quantum nos noſtrosque ſubditos concernit, devehi, velut per noſtras ſecuritatis literas, ad quas nos in hac parte referimus, poteritis edoceri.

§. 7. Quantum autem ad merces hoſtium & bona, quæ veſtris in triremibus adinventa captaque eſſe dicuntur, habet hoc *uſus* inter propugnatores *in hoc Occidentali mari* indelebiliter obſervatus, *res hoſtium* & bona *etiamſi infra amicorum*, aut confœderatorum triremes ſeu *naves poſita ſint*, aut recondita, niſi tamen obſtiterit ſecuritas ſuper hoc ſpecialiter conceſſa, impunè & licitè jure bellorum *capi poſſe, naulum propterea debitum exſolvendo.*

§. 8. Hæc, ſereniſſime potentiſſimeque Princeps, cariſſime & dilectiſſime conſanguinee noſter, ad vos perferri voluimus, ne veſtra putet Serenitas, nos erga eam in aliquo velle injurios eſſe &c. Datum apud urbem noſtram Pariſienſem die ultima menſis Januarii. *Sic ſignatum*, Loys, Tilhart.

CODICIS

Digitized by Google

CODICIS JURIS GENTIUM, PARS PRIMA,

Complectens varios Juris Actus, ac Tractatus publicos concluſos, ab anno 1099. ad annum 1500.

Editore

GODEFRIDO GUILIELMO LEIBNITIO.

I. *Charta Pacis inter Philippum Regem Galliæ & Balduinum Comitem Flandriæ, Peronæ. Januar.* 1099.

EGO *Balduinus* Comes *Flandriæ & Hannoniæ* omnibus notum fieri volo, quod hæc eſt forma pacis inter Dominum meum *Philippum Regem Franciæ* & me, hoc modo. Quod ipſe dimittit mihi *Sanctum Audomarum* cum pertinentiis ſuis, & feodum de Larda, & feodum *Comitis Guynarum*, & feodum de Libera, & Richebore, & Gorgan, & aliam terram, quam Advocatus *Bethunæ* tenet ultra foſſatum verſus Flandriam; Omnia verò alia, de quibus contentio erat inter Dominum Regem & me, ſcilicet feoda & Dominia remanent in manu Domini Regis & *Filii ſui, Nepotis mei Ludovici* & heredis ſui, & omnia alia, quæcumque tenebat Dominus Rex ante guerram (exceptis ſupra dictis) remanent mihi.

§. 2. Et ſi contingeret, quod Dominus Ludovicus filius Domini Regis moreretur abſque herede ex carne ſuâ, tota terra quæ eſt de Flandriâ, & de *Atrebateſio*, quæ non movet de *Viromandia*, redibit ad me abſque rachato & ad heredem meum, ſalvo *Rachato* Domini Regis. Si vero contingeret M. quæ fuit *Uxor Comitis Philippi*, mori, Dominus Rex vult quod tota terra de dotalitio reveniat ad me, & ipſe quittat mihi rachatum terræ.

§. 3. Si etiam contingeret, quod Comitiſſa ſuperviveret mihi, tota terra prædicta reveniet ad heredem meum, ſalvo rachato Domini Regis. De *Mauritania* ſic erit, quod, ſi quid Dominus Rex habebit in eâ, quittat mihi ſalvo Jure *Epiſcopi Tornacenſis*. Nec non Dominus etiam Rex faciet Dominum *Ludovicum filium ſuum* hanc pacem concedere; Et ſi forte hoc nollet facere, quando habebit ætatem, Dominus Rex neque de terrâ illâ, neque de alia partem faceret ei donec id conceſſiſſet. Hanc pacem conceſſi tenendam bonâ fide & ſine malo ingenio; & partem meorum hominum feci jurare, & partem jurare faciam, pacem tenendam Domino Regi, bonâ fide & ſine malo ingenio, quod ut firmum ſit & ſtabile, ſigillo meo confirmo. Actum Peronæ, Anno Domini 1099, Menſe Januario.

Digitized by Google

II. *Concordatum Nationis Germanicæ antiquissimum, circa Electiones & investituras Episcoporum & Abbatum, inter Imperatorem Henricum V. & Papam Calistum, factum Wormatiæ in Conventu Imperii Anno* 1122. *Præsente Legato Sedis Romanæ Lamberto Cardinali Episcopo Ostiensi, cum aliis duobus Cardinalibus. Ex quo intelligitur majus* supereſſe Imperatori jus in Electionibus *quàm vulgò agnosci solet.*

1. In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Henricus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus, pro amore Dei & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Domini Papæ Calliſti, & remedio animæ meæ, dimitto Deo & sanctis Dei Apostolis Petro & Paulo, sanctæq; Catholicæ Ecclesiæ, omnem *investituram per annulum & baculum*, & concedo in omnibus Ecclesiis quæ in Regno vel Imperio meo sunt, fieri electionem, & liberam consecrationem. Possessiones & Regalia beati Petri, quæ à principio hujus discordiæ usq; ad hodiernum diem, sive tempore Patris mei, sive etiam meo ablatæ sunt, & habeo, eidem sanctæ Romanæ Ecclesiæ restituo; quæ autem non habeo, ut restituantur, fideliter adjuvabo. Possessiones etiam omnium aliarum Ecclesiarum, & Principum, & aliorum, tàm Clericorum, quàm Laïcorum, consilio Principum & justitiâ, quæ habeo, reddam; quæ non habeo, ut reddantur, fideliter adjuvabo. Et do veram pacem Domino Papæ Calliſto, sanctæq; Romanæ Ecclesiæ, & omnibus, qui in parte ipsius sunt vel fuerunt. Et in quibus sancta Romana Ecclesia auxilium postulaverit, fideliter juvabo, & in quibus mihi querimoniam fecerit, debitam sibi justitiam faciam.

2. Ego Calliſtus servus servorum Dei, dilecto Filio Henrico Dei gratia Romanorum Imperatori Augusto, Concedo *Electiones Episcoporum & Abbatum Teutonici Regni* quæ ad Regnum pertinent, in præsentia Tua fieri absq; Simoniâ, & aliquâ violentiâ, *ut si qua inter partes discordia emerserit, Metropolitani & Provincialium consilio vel judicio saniori parti consensum vel auxilium præbeas;* Electus autem Regalia *per sceptrum* à Te recipiat, exceptis omnibus, quæ ad Romanam Ecclesiam pertinere noscuntur, & quæ ex his jure Tibi debet, faciat. Ex aliis verò partibus Imperii consecratus infra sex menses Regalia per sceptrum à Te recipiat. De quibus vero mihi querimoniam feceris, secundum officii mei debitum auxilium meum præstabo. Do Tibi veram pacem, & omnibus, qui in parte tuâ sunt vel fuerunt, tempore hujus discordiæ. Anno milleſimo centeſimo vigeſimo secundo, nono Calendas Octobris.

III. *Testamentum Philippi Augusti Regis Franciæ, ituri in terram sanctam. Paris.* 1190.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Amen. *Philippus* Dei gratia Francorum Rex, officium Regium est subjectorum commodis modis omnibus providere, & suæ utilitati publicam anteferre. Quoniam igitur summo desiderio votum peregrinationis nostræ ad *Sanctæ Terræ* subventionem totis viribus amplectimur. Idcirco consilio Altissimi ordinare decrevimus, qualiter in absentiâ nostrâ Regni negotia, quæ agenda erunt tractari debeant, & vitæ nostræ, si quid in via humanitùs accideret, extrema disponi; Imprimis igitur præcipimus, ut *Baillivii* nostri per singulos *Præpositos* in potestatibus nostris ponant quatuor homines prudentes, legitimos & boni testimonii, Sine quorum, vel duorum ex eis ad minùs, consilio negotia vitæ non tractentur, excepto quod *Parisius* sex homines probos & legitimos

Digitized by Google

timos constituimus, quorum nomina sunt hæc T. A. E. R. G. H. Et in terris nostris, quæ propriis nominibus distinctæ sunt, Baillivos nostros posuimus, qui in Baillivis suis singulis mensibus ponent unum diem, qui dicitur *Assisia*, in quo omnes Illi qui clamorem faciant, recipient jus suum per eos & justitiam, sine dilatione, & nos nostra jura & nostram justitiam, & *fore-facta*, quæ propria nostra sunt ibi scribentur.

Præterea voluimus & præcipimus, ut charissima Mater nostra A. *Regina* statuat cum charissimo avunculo nostro & fideli *Guilelmo Rhemensi Archi-Episcopo* singulis quatuor mensibus unum diem Parisius, in quo audiant clamores hominum Regni nostri, & ibi eos finiant ad honorem Dei & utilitatem Regni. Præcipimus insuper, ut ante ipsos eo die sint de singulis villis nostris & Baillivii nostri, qui Assisias tenebunt, ut coram eis recitent negotia terræ nostræ. Si autem aliquis de Baillivis nostris deliquerit, præterquam in *murtre* raptu vel homicidio vel proditione, & hoc constabit Archi-Episcopo & Reginæ & aliis qui aderunt, ut audiant *fore-facta* Baillivorum nostrorum, præcipimus eis, ut nobis singulis annis, & hoc ter in anno litteris suis nobis duobus prædictis significent, quis Baillivius deliquerit & quid fecerit, & quid acceperit, & à quo pecuniam vel munera vel servitium, propter quid homines nostri jus suum amitterent, vel nos nostrum. Similiter de *præpositis* nostris significent nobis Baillivi nostri; Baillivios autem nostros non poterunt amovere Regina & Archi-Episcopus à Baillivis suis, nisi pro murtro, vel raptu, vel homicidio, vel proditione, vel Baillivii Præpositos, nisi pro aliquo istorum. Nos autem in Consilio Dei talem faciemus de eo vindictam, postquam predicti viri nobeis rei veritatem nunciaverint, per quam alii non immeritò poterunt deterreri. Similiter Regina & Archi-Episcopus de statu Regni nostri & negotiis ter in anno significent.

Si forte contingeret *Sedem Episcopalem* vel aliquam *Abbatiam Regalem* vacare, volumus, ut Canonici Ecclesiæ, vel Monachi Monasterii vacantis veniant ad Reginam & Archi-Episcopum, sicut ante nos venirent, & *Liberam Electionem* ab eis petant. Et nos volumus, quod sine contraditione eis concedant, nos vero tam Canonicos, quàm Monachos monemus, ut talem Pastorem eligant, qui Deo placeat, & utilis sit Regno. Regina autem & Archi-Episcopus tam diu *Regalia* manu sua teneant, donec Electus consecratus sit vel benedictus, & tunc regalia sine contraditione ei reddantur. Præterea præcipimus, quod si *præbenda* vel beneficium aliquod Ecclesiasticum vacaverit, quando regalia in manu nostra venient, secundum quod melius & honestius poterunt Regina & Archi-Episcopus Viris honestis & Literatis Consilio Fratris *Bernadi* conferant. Salvis tamen donationibus nostris quas per litteras nostras patentes quibusdam fecimus. Prohibemus etiam omnibus Prælatis Ecclesiarum & hominibus nostris, ne *taliam vel totam* donent, quandiu in servitio Dei erimus, si verò Dominus Deus de nobis faceret voluntatem suam, & nos mori contingeret districtissimè omnibus hominibus terræ nostræ, tàm Clericis, quàm Laicis, ne taliam vel totam donent, donec *Filius noster*, quem Deus servitio suo sanum & incolumem conservare dignetur, veniat ad ætatem, in qua gratia Sancti Spiritus possit regere regnum.

Si autem aliquis filio nostro vellet movere guerram, & redditus sui, quos habet, non sufficerent, tunc omnes homines nostri adjuvent eum de corporibus suis & *averiis*, & Ecclesiæ tale faciant ei auxilium, quale solitæ sunt facere nobis; Præpositis insuper nostris & Baillivis prohibemus, ne aliquem hominem capiant, neque averium suum, quandiu bonos fidejussores dare voluerit de justitia prosequenda in Curia nostra, nisi pro homicidio, vel murtro, vel raptu, vel proditione. Præterea præcipimus, quod omnes redditus

ditus noſtri & ſervitia & obventiones afferentur Pariſius per *tria tempora*, primò ad feſtum Sancti Remigii, ſecundò ad purificationem Beatæ Virginis, tertiò ad aſcenſionem; & tradetur Burgenſibus noſtris prædictis, & P. *Mareſcallo*, ſi contingeret aliquem ex eis mori, *G. de Galiandia* alium in loco ejus ſubſtitueret. In receptionibus averi noſtri *Adam Clericus noſter* præſens erit, & eas ſcribet, & ſinguli habeant ſingulas claves de ſingulis archis, in quibus reponetur averum noſtrum in templo, in templum unum. De toto averum tantum nobis mittetur, quantum litteris noſtris mandavimus. Si in via, quam facimus, nos mori contingeret, præcipimus, quod Regina & Archi-Epiſcopus Pariſienſis & Abbates Sancti Victoris & de Sandeniſio, & *Frater* G. Theſaurum noſtrum in duas partes dividant; unam medietatem pro arbitrio ſuo diſtribuant ad Eccleſias reparandas, quæ per guerras noſtras deſtructæ ſunt, ita quod ſervitium Dei poſſit in eis fieri. De eadem medietate donabuntur illis, qui per tallias noſtras *aponati* ſunt. Et iidem dabunt, reſiduum, illis quibus voluerit, & quos magis egere crediderint ob remedium animæ noſtræ, Genitoris noſtri Regis Ludovici, & Anticeſſorum noſtrorum. De alterâ medietate præcipimus cuſtodibus averi noſtri & omnibus hominibus Pariſienſibus, quod eam cuſtodiant ad opus filii noſtri donec ad ætatem veniat, in qua Conſilio Dei & ſenſu ſuo poſſit regere regnum. Si autem tàm nos quâm filium noſtrum mori contigeret, præcipimus, quod averum noſtrum per manum prædictorum pro animâ noſtrâ & filii pro arbitrio ſuo diſtribuatur. Quam citò etiam certum eſſet de morte noſtrâ, volumus, quod averum noſtrum ubicumque foret ad domum Epiſcopi Pariſienſis portaretur, & ibi cuſtodiretur & poſtea de eodem fiet, quod diſpoſuimus.

Præcipimus etiam Reginæ & Archi-Epiſcopo, ut omnes honnores, qui dum vacant, pertinent ad donationem noſtram, quoad honeſtè poterunt retinere, ſicut Abbatiæ noſtræ & Decanatus, & aliæ quædam dignitates, in manu ſuâ teneant, donec à ſervitio Dei redierimus. Ut quos retinere non poterunt, donent ſecundum Deum, & aſſignent conſilio *Fratris* G. & hoc facient ad honorem Dei & utilitatem regni. Si autem in via moriemur, volumus, ut honnores & dignitates Eccleſiarum donent illis quos magis dignos viderint.

Quod ut firmùm & ſtabile permaneat, præſentem paginam ſigilli noſtri autoritate & regii nominis charactere inferius annotato præcipimus confirmari. Actum Pariſius, Anno Verbi Incarnati, Milleſimo Centeſimo Nonageſimo, regni noſtri, anno undecimo. Aſtantibus in Palatio noſtro quorum nomina ſuppoſita ſunt & Signa. S. Comitis Tebaldi Dapiferi noſtri. S. Guidonis Butriculari. S. Mathei Camerarii. S. Radulphi Conſtabularii. Data vacante Cancellaria.

Conventio facta per Johannem Comitem Moreſti, fratrem Richardi Regis Angliæ, poſtea factum Regem Angliæ, & dictum Johannem ſine terra, cum Rege Galliæ, Philippo Auguſto, & continet partitionem complurium magnarum terrarum. Paris. Januar. Ann. incarnat. 1193.

JOhannes Comes *Moreſti* univerſis ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra quod tales conventiones factæ ſunt inter me & cariſſimum Dominum meum Philippum Regem Franciæ quod ipſe debet habere in perpetuum in *Normania* totam terram, quæ eſt citra Sequanam, ab eo loco ubi *Sequana* cadit in mare usque Franciam, ſicut Sequana currit, & ex eâ parte Normaniæ, in qua ſitum eſt Rothomagum, exceptâ villâ *Rothomagi*, & duabus leucis circa Rothomagum.

Præ-

Digitized by Google

Præterea Rex Franciæ debet habere *vallem Rothelii* cum Caſtello & cum pertinentiis ſuis, & totam partem Normaniæ, quæ eſt citra *fluvium*, qui dicitur *Iton*, ſicut idem fluvius currit usque ad *Chesnebrum*, cum ipſo Chesnebro & cum pertinentiis ſuis, & *Caſtrum Vernelii* cum pertinentiis ſuis, & *Civitatem Ebroicenſem* cum pertinentiis ſuis & etiam aliis caſtellis & munitionibus & terris citra Iton. In *Turonia* verò debet habere Rex Franciæ *civitatem Turonenſem* & pertinentia usque ad *Arras*, & feodum *montis Trichardi* & *Ambaſiæ*, & præterea *montem Baſon*, cum pertinentiis ſuis Regi Franciæ. Caſtellum verò de *Lochis* cum pertinentiis ſuis Regi Franciæ, & Caſtellum *de Caſtellione* cum pertinentiis ſuis, & Caſtellum *de Burencois* cum pertinentiis ſuis, Regi Franciæ remanebunt in perpetuum. *Comes* verò *Ludovicus*, Conſanguineus meus habebit caſtella de Troa & *de la Chaſtre* cum pertinentiis ſuis, & feodos *de Freteval* & *de Vandosme*. Comes vero Pertici habebit in Normania Caſtella de *Molins* & de *Bonmolins* cum pertinentiis ſuis. Comes vero *Engolesmi* tenebit terram ſuam à Rege Franciæ, illam ſcilicet, de qua fecit ei homagium, à me verò tenebit aliam terram, quam à me debet tenere. Ego verò faciam pacem cum *Comite St. Egidii*, ad *laudem* & Conſilium Regis Franciæ. *Philippo* etiam *de Giemo* dabo de terra mea, quam conquiram ad *laudem* & conſilium Regis Franciæ. Eccleſia verò Sancti Martini Turonenſis habebit in *Pictavia & Andegavia & Turonia & Cœnomania* jura, libertates & conſuetudines ſuas, ſicut tempore *Gaufridi Comitis Andegaviæ*, & ſicut tempore *Wilhelmi Comitis Pictaviæ* habuit. Ego vero habebo civitatem Rothomagenſem & duas leucas circa Rothomagum, totam terram Normaniæ, præter ſupra dictam, & quam Rex Franciæ debet habere, & totam terram Cœnomaniæ & Andegaviæ, & totam terram *Aquitaniæ*, & in Turonia totam terram, præter illam, quam Rex Franciæ & Comes Ludovicus nepos meus debent in Turonia habere, ſicut ſupra dictum eſt. De prædictis verò terris ego Regi Franciæ & ſucceſſoribus ſuis Regibus Franciæ faciam ſervitia & juſtitias in curia ſua pro ſingulis feodis, unusquisque feodus *** ſicut Anteceſſores mei Anteceſſoribus ſuis fecerunt, & ſi duos hæredes aut plures habuere, unusquisque eorum à Rege Franciæ teneret illam Baroniam, quam haberet. De illis verò, qui cum Rege Franciæ feodus inibunt, ſic erit, quod ego dabo eis terram ad laudem & Conſilium Regis Franciæ. Si autem *Richardus* Frater meus *Rex Angliæ* cum Rege Franciæ faceret pacem, & pro ipſo offerret mihi pacem, ego ſine voluntate Regis Franciæ cum Rege Angliæ pacem facere non poſſem. Et ſi Rex Franciæ faceret pacem cum Rege Angliæ ipſe faceret mihi pacem erga Regem Angliæ, ita quod ego terram, quam haberem pro pace à Rege Angliæ, ita eam tenerem ab eo, quod pro nulla cauſa venirem ad ſubmonitionem ejus, ſed ſemper per advocatum, aut per Nuntium abſens agerem aut reſponderem, & ratum ibi facerem per Advocatum, aut per Nuntium meum, aut ad acquirendum, aut perdendum, tanquam, ſi ibi præſens eſſem, nec compellerer ire in exercitum, vel equitationem, ſed mitterem tot milites, quot ordinatum fuerit in pace, quando pax fiet.

Comes autem *Ludovicus* nepos meus tenebit à Rege Franciæ in feodum & homagium caſtella *de Tria* & de la Chaſtre cum pertinentiis ſuis & feodis de Freteval & de Vandosme. Comes vero *Pertici* tenebit à me Molins & Bonmolins.

Præterea Rex Franciæ conceſſit amico & fideli ſuo & meo Hugoni Conſtan. Epiſcopo quod ſi pacem fecerit cum Richardo Rege Angliæ fratre meo dictum Epiſcopum in pace ſua mittet, ita quod idem Epiſcopus Eccleſiam ſuam Conſtan. habebit & poſſeſſiones & jura ad ipſam pertinentia,

*** *Deſunt pauca verba.*

Digitized by Google

ita liberè & pacificè, ſicut ante guerram habebat, & ſi Rex Angliæ non teneret ei pacem quæ fieret, Rex Franciæ tantum inde faceret, tamquam ſi Rex Angliæ pacem, Regi Franciæ infringeret. Ego verò in propria perſona juravi, quod ego omnes prædictas Conventiones obſervabo, & bona fide & ſine malo ingenio eas tenebo. Rex autem Franciæ Bartholomæum militem ſuum fecit jurare, quod ipſe bona fide & ſine malo ingenio, omnes prædictas conventiones obſervabit. Quod ut ratum ſit & inconcuſſum, præſentem paginam Sigillo meo confirmo. Actum Pariſius, anno incarnati Verbi, milleſimo centeſimo nonageſimo tertio, menſe Januarii.

Et ſont les dictes lettres deſſus transcrittes, scelleés en lacs de ſoye rouge, pendant au Reply d'un ſcel de cire blanche, auquel eſt empreint une figure d'un homme armé à cheval, tenant une eſpeé nue en main, & en la circonference du dict ſcel eſt eſcrit. Sigillum Johannis filii Regis Angliæ. Et au dos des dittes lettres eſt ecrit. Littera Johannis Comitis Moreſti, Fratris Richardi Regis Angliæ, ſuper conventionibus, quos habuit cum Domino Rege Philippo.

Confœderatio Philippi Suevi Romanorum Regis, & Philippi Auguſti Regis Galliæ, Wormatiæ, III. Kal. Jul. 1198.

PHilippus Dei gratia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus, Notum &c. Quod propter dilectionem, quam mutuò habuerunt erga Dominum *Philippum* Regem Franciæ Genitor noſter *Fridericus*, & *Henricus* Frater noſter, piæ recordationis Romanorum Imperatores, hanc confœderationem propter bonum pacis, & publicam utilitatem cum cariſſimo Amico noſtro Philippo illuſtri Rege Francorum duximus ineundam, in hunc modum: Quod nos ei Adjutores erimus nominatim contra *Richardum Regem Angliæ* & *Comitem Othonem* Nepotem ſuum, & *Balduinum* Comitem Flandriæ & *Harnulphum* Archi-Epiſcopum Coloniæ, & contra omnes alios inimicos ejus, ubicumque honore noſtro id facere poterimus bonâ fide, & ſine malo ingenio, quando locum & tempus id faciendi habebimus, ſi aliquid de Imperio noſtro faceret eidem Philippo Regi Franciæ malum, vel ipſius Regno, ſi ille, qui deliquiſſet, non emendaret, hoc per nos, vel per nuncios noſtros, per pacem, vel per *Rectum* in Marchia competenti infra quadraginta dies, poſtquam ſciverimus per prædictum Regem Francorum, ſi fuerimus citra montes, vel Epiſcopus Mettenſ. hoc ſciverit. Si fuerimus ultra montes, Dominus Rex Franciæ poterit ſe vindicare de eo ſine interceptione, & nos juvabimus eum bonâ; Nos non retinebimus in imperio noſtro aliquem hominem de Regno Franciæ, ſive Clericum, ſive Laicum contra voluntatem cariſſimi noſtri Amici prædicti Regis Francorum, & quandocumque voluerit dictus Rex, poterit ſe vindicare de Comite Flandriæ, de terrâ, quam idem Comes habet in imperio, tàm in feodo, quàm in dominio, & hoc ſine interceptione nos bonâ fide promittimus, quod ſi ſciremus, quod aliquis quæreret malum Philippo Regi Franciæ vel ejus Regno, nos bonâ fide id diſturbaremus; Et ſi non poſſemus, nuntiaremus eidem Regi, & quando Deo volente coronati fuerimus in Imperatorem, has conventiones Regi Franciæ renovabimus, & ſigillo noſtro confirmabimus. Nos autem in manu Nevelonenſis venerabilis Sueſſionenſis Epiſcopi fiduciavimus, quod omnia prædicta bona fide obſervabimus. Id etiam de mandato noſtro dilecti Principes noſtri, Conradus Wircenburgenſis B. Met. Othiethelm Conſtantienſis Epiſcopi; Theodericus quoque de Greuch. Fridericus de Ceolte, Hartemannus de Kirchberg. Godefridus de Vehingre. Everardus de Everſtein Comites, & de latere noſtro, Truſardus Camerarius

Digitized by Google

rarius noſter, Guarnerus de Roſſewich, Warnerus de Bollando, Warn. de Ceanque Milites juraverunt, quod bona fide ſtudebunt, quod hæc à nobis obſerventur & teneantur, id quoq; adhuc unum Archi-Epiſcopum, & unum Epiſcopum faciemus jurare. Datum Wormatiæ, tertio Kalendas Julii, anno Domini, Milleſimo centeſimo decimo octavo, Regni noſtri primo, per manum Conradi, Imperialis Aulæ Protonotarii.

Sunt quædam hic corruptanut pro: aliquid de imperio noſtro, *legendum* aliquis; *pro* juvabimus eum bona, *leg.* bona fide; *pro:* Nevelonenſis. *leg. forte* Nevelongi. *Et in ſubſcriptionibus, pro:* Fridericus de Ceolte, Hartemannus de Kirchberg, Godefridus de Vehingre &c. Comites, *puto legendum:* Fridericus de Ceolte (*id eſt de Zolre vel Zolleren*) Hermannus de Kirchberg, Godefridus de Vehingen &c. Comites. *Hæc ſpeciminis ergo annotare hoc loco placuit, quod tamen ſemper facere non putavimus neceſſarium, ne lectoris in his verſati ingenio diffiſi videremur.*

VI. *Tractatus Pacis inter Philippum Regem Gallia, & Johannem Regem Angliæ. Maji.* 1200.

JOannes Dei gratiâ Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Normaniæ, Aquitaniæ, Comes Andegaviæ, omnibus ad quos præſens carta pervenerit, ſalutem. Noveritis, quod hæc eſt forma Pacis, facta inter Dominum noſtrum *Philippum* illuſtrem Regem Franciæ, & nos, ſcilicet: quod nos tenebimus illi & hæredibus ſuis pacem, quam Frater noſter Rex *Ricardus* fecit illi inter Exoldun. & *Charrotium*, exceptis iis, quæ per præſentem chartam excipiuntur vel mutantur, propter *interceptiones*, quas idem Frater noſter illi fecit de pace illa, ſcilicet, quod nos donavimus illi & hæredibus ſuis, ſicut rectus Hæres Regis Richardi fratris noſtri, civitatem Ebroicarum, & *Ebroicinum*, cum omnibus feodis & dominiis, ſicut ſubſequentes metæ determinant; *Metæ* autem ſunt poſitæ in media via inter Ebroic. & novum Burgum, in totum, id quod erit intra has metas ex parte Franciæ erit Domini Regis Franciæ; id autem, quod erit ex altera parte verſus novum Burgum, erit noſtrum, & quantum terræ habebit Dominus Rex Franciæ verſum *novum Burgum*, tantum terræ habebit verſus Conches & verſus Akenny ad eandem menſuram, ex ea parte, ubi Abbatia de Noa ſita eſt, ſicut aqua Itoniæ currit *Guitebo*, ubicumque ſit donavimus Domino Regi Franciæ, *Tilleriæ* cum pertinentiis ſuis & *Danvilla* remanent nobis; ita tamen, quod Dominus *de Bruerolis* habebit id, quod debet habere in Dominatu de Bruerolis; Conceſſimus etiam de Epiſcopatu Ebroicenſi Domino Regi Franciæ, id quod eſt intra has metas, unde Epiſcopus Ebroicenſis Domino Regi Franciæ, & hæredibus ejus reſpondebit; Idem autem Epiſcopus nobis & hæredibus noſtris reſpondebit de hoc, quod erit extra has metas; Et ſciendum, quod neque Dominus Rex Franciæ, neque nos poterimus *firmare* intra metas conſtitutas, intra novum Burgum & Ebroicen. neque apud Guitebo, neque nos ex parte noſtrâ, neque Dominus Rex Franciæ ex parte ſua, niſi ubi firmatum eſt infra metas prædictas. Prætereà *Fortelitiæ de Porris*, & *de Landes* in continenti diruentur, neque ibi aliæ fortelitiæ poterunt reædificari. Hæc autem omnia, quæ Comes Ebroicenſis infra has metas tenebat, fecimus Domino Regi Franciæ quittari, à recto hærede Ebroic. de Vulcaſione Normano. Terra erit nobis, & hæredibus noſtris remanent feoda & Dominium, ſicut Archi-Epiſcopus Rhotomagenſis ex modo tenens erat, die quo fecit excambium de *Andeliaco;* Totum reſiduum Vulcaſino Domino Regi Franciæ remanet; Ipſe verò Rex Franciæ non poterit firmare retrò Gamag. ex parte Norm. neque ultra finem foreſtæ *Vernonis*. ſed infra; neque nos retrò foreſtam Andel. poterimus firmare, ſed infra. Dedimus autem in *Maritagio*

Digitized by Google

gio Ludovico filio Regis Franciæ cum Filia Regis Caſtellæ, Nepte noſtra, feodum *Exolduni;* Item feodum Eraſcaii, & feoda Bitureſii, ſicut Andreas de Calviniaco ea tenebat de Rege Angliæ; Item de omnibus iis erit Dominus Rex Franciæ *ſaiſitus*, usque dum matrimonium predictum ſit conſummatum. Et quicquid contingat de matrimonio, priusquam factum fuerit, Dominus Rex Franciæ tenebit predicta feoda totâ vitâ ſuâ, & poſt deceſſum ſuum redibunt predicta feoda ad nos & heredes noſtros, ſi prædictus Ludovicus heredem non habuerit de prædictâ Nepte noſtra. Si verò nos mori contigerit, absque herede de uxore noſtrâ deſponſatâ, cum predictis feodis dedimus eisdem in maritagium feodum Hug. de Gornaco citra mare Angliæ, ſicut id tenet de nobis, & feodum comitis *Albemarle* citra mare Angliæ, & feodum comitis Pertici, ſicut ea tenent de nobis citra mare Angliæ.

§. 2. Præterea nos dedimus Domino Regi Franciæ viginti millia marchas ſterlingorum ad pondus & legem in quo fuerunt, videlicet tredecim ſolidos, & quatuor denarios pro *marcha*, propter *rechatum* ſuum, & propter feoda Britaniæ, quæ Rex Franciæ nobis dimiſit; Nos verò recipiemus *Arturum* in Hominem, ita quod Arturus Britanniam tenebit de nobis. Item nos, ſicut rectus heres, tenebimus de Domino Rege Franciæ omnia feoda, ſicut Pater noſter & Frater noſter Rex Ricardus ea tenuerunt à Domino Rege Franciæ, & ſicut feoda debent, exceptis ſupra dictis, quæ Domino Regi Franciæ remanent, ſicut ſupra dictum eſt. De Comite Engolesmi & Vicecomite Lemovicen. ſic erit, quod nos recipiemus eos in Homines, ita, quod eis jura eorum dimittemus. De Comitibus Flandriæ & Boloniæ ſic erit, quod Comes Flandriæ tenebit de terra Domini Regis Franciæ id, quod tenet. Item Dominus *Rex Franciæ*, ea quæ *tenet de rebus Comitis Boloniæ*, *feodum* & dominium, & ea, quæ Comes Pontini modò tenet, feodum & dominium remanent Domino Regi Franciæ & Comiti Pontini. Propter hoc, quod Comes Flandriæ tenet de rebus Domini Regis Franciæ, Comes Flandriæ faciet Domino Regi Franciæ homagium ligium. Et ſi idem Comes Flandriæ, aut aliquis hominum ipſius Regis Franciæ, qui melius ſint aut debeant eſſe homines ipſius Regis Franciæ, quàm noſtri, ipſi Regi Franciæ malum vellet facere & nocere, nos non poſſimus eum contra Dominum Regem Franciæ juvare vel manutenere; Neque Dominus Rex Franciæ ſimiliter noſtros, qui melius homines noſtri ſint quam ſui, aut debeant eſſe, ſalvâ formâ hujus pacis prædictæ. In conventionibus iſtis Domino Regi Franciæ habemus conventionem, quod nos Nepoti noſtro *Othoni* nullum auxilium faciemus, nec per pecuniam, nec per milites, nec per gentem, nec per nos, nec per alium, nec per conſilium & aſſenſum *** Domini Regis Franciæ. De Arturo ſic erit, quod nos non minuemus eum, nec de feodo, nec de dominio Britanniæ citra mare, niſi per rectum judicium curiæ noſtræ. Nos vero dedimus Domino Regi Franciæ ſecuritates de hominibus ſubſcriptis, ſcilicet: Bald. Comitis albæ Marlæ. Comitis Wilelmi Mareſchalli. Hugonis de Gornaco. Wilelmi de Humet Conſtab. Norman. Robertus de Herefort Joh. de Pratill, Willelmi de Kaer. Rog. de Toen. Garin. de Glapion. Qui juraverunt hoc modo, quod ipſi cum omnibus feodis ſuis citra mare ad Dominum Regem Franciæ irent, ſi hanc pacem ei non teneremus, ſicut eſt *diviſa*. Dominus quoque Rex Franciæ ſimiliter dedit nobis ſecuritates de hominibus ſuis ſubſcriptis, ſcilicet; Comitis Rob. Drocar. Gaufridi Comitis Pertici. Gervaſii de Caſtello. Willelm. de Gapland. Burch. de Roja. Galt. Camerarii Patre Viſcon. fil ejus. Philip. de Leucis. Galt. Camerar. Juniore, qui ſimiliter hoc modo juraverunt, quod cum omnibus feodis ſuis ad nos venirent, ſi Dominus Rex Franciæ hanc pacem non teneret, ſicut eſt *diviſa*.

Nos

Digitized by Google

Nos autem & *Oſtagii* prænominati juravimus hæc omnia prædicta bonâ fide, & ſine malo ingenio, fideliter & firmiter obſervanda, quod ut perpetuum robur obtineat, preſentem paginam ſigilli noſtri auctoritate roboravimus.

Actum apud Guleton. Anno ab incarnatione Dominî, Milleſimo ducenteſimo, Menſe Majo. Eſt ſcellé du ſceau dudict Seigneur Roy d'Angleterre en cire verte, pendant en lacqs de ſoye rouge.

VII. *Litteræ quorundam Principum ſuadentium Regi Philippo, ne ad pacem vel inducias cum Johanne Rege Angliæ ſeſe à Papa aut Cardinalibus cogi patiatur, promittentiumque ei auxilia.* 1203.

EGo *Odo Dux Burgundiæ*, notum facio univerſis, ad quos præſentes litteræ pervenirent, quod Ego Domino meo Philippo Illuſtri Regi Franciæ conſului, ut neque pacem neque treagam faciat Regi Angliæ per violentiam, aliàs per coactionem Domini Papæ, aut alicujus Cardinalis; Quod ſi Dominus *Papa* eidem Domino Regi ſuper hoc aliquam faceret violentiam aut coactionem, conceſſi Domino Regi, tanquam Domino meo Regi & *coactanti* ſuper omnia, quæ ab eo teneo, quod ego ſuper hoc eſſem in auxilium toto poſſe meo, & quod cum Domino Papa nullo modo pacem facerem niſi per Dominum Regem, quod, ne poſſit aliquatenus irritari, Sigillo meo litteras præſentes confirmo. Actum apud Vall. Rodoll. Anno ab incarnatione Domini, Milleſimo ducenteſimo tertio, menſe Julio. Et ſont les dites lettres ſcellée d'un grand ſcel de cire jaulne ſur double queüe de parchemin.

§. 2. Ego *Herueus Comes Niverneñſis*, Notum facio univerſis, ad quos preſentes litteræ pervenerint, quod Ego Domino meo Philippo Illuſtri Regi Franciæ conſului, ut neq; pacem neq; treagam faciat Regi Angliæ per violentiam, aliàs per coactionem Domini Papæ, aut alicujus Cardinalis; Quod ſi dominus *Papa* eidem Domino Regi ſuper hoc aliquam faceret violentiam aut coactionem, conceſſi Domino Regi, tanquam Domino meo Regi & *coactanti* ſuper omnia, quæ ab eo teneo, quod ego ſuper hoc eſſem in auxilium toto poſſe meo, & quod cum Domino Papa nullo modo pacem facerem, niſi per Dominum Regem, quod, ne poſſit aliquatenus irritari, ſigillo meo litteras preſentes confirmo. Actum apud vall. Rodol. Anno ab Incarnatione Domini, Milleſimo Ducenteſimo tertio, menſe Julio. Et ſont les dites lettres ſcellées ſur double queüe de parchemin d'un grand ſcel de cire jaulne.

§. 3. Ego Rad. *Comes Sueſſionenſis* notum facio univerſis, ad quos preſentes litteræ pervenerint, quod Ego Domino meo Philippo Illuſtri Regi Franciæ conſului, ut neque, ut neque pacem, neque treagam faciat Regi Angliæ per violentiam, aliàs per coactionem Domini Papæ, aut alicujus Cardinalis; Quod ſi Dominus *Papa* eidem Domino Regi ſuper hoc aliquam faceret violentiam aut coactionem, conceſſi Domino Regi, tanquam Domino meo Regi & *coactanti* ſuper omnia, quæ ab eo teneo, quod ego ſuper hoc eſſem in auxilium toto poſſe meo, & quod cum Domino Papa nullo modo pacem facerem, niſi per Dominum Regem, quod, ne poſſit aliquatenus irritari ſigillo meo litteras preſentes confirmo. Actum *Medonte*, Anno ab Incarnatione Domini, Milleſimo ducenteſimo tertio, menſe Auguſto. Et ſont les dites lettres ſcellées ſur double queüe de parchemin d'un grand ſcel de cire jaune.

VIII. *Inducia Quinquennales inter* Philippum *Regem Galliæ &* Johannem *Regem Anglia, comprehenſis, ſi voluerint,*

Digitized by Google

Ottone *Imperatore*, & Friderico *ei oppoſito. Chinone. Septemb.* 1214.

PHilippus Dei gratia Francorum Rex, omnibus ad quos litteræ præſentes pervenerint, ſalutem. Noveritis, quod Nos *Johanni Regi Angliæ*, & hominibus, & *impriſiis* ſuis, qui aperte guerraverunt pro ipſo de hac ultima guerra, usque ad diem Jovis proximam, poſt exaltationem Sanctæ Crucis in Septembri, dedimus *rectas treugas* de nobis, & hominibus, & impriſiis noſtris, qui aperte guerraverunt usque ad inſtans Paſcha, quod erit Anno Domini milleſimo ducenteſimo decimo quinto, & ab eodem Paſcha in quinque annos continuos & completos, ſalvis tamen nobis *priſonibus* noſtris, quos penes nos habemus, & ſalvo juramento, quod villæ Flandriæ & Haynoniæ & milites & alii homines Flandriæ, & Haynoniæ nobis fecerunt, & ſalvis ſimiliter priſonibus, quos Joannes Rex Angliæ habet penes ſe; nos autem & homines noſtri, & impriſii erimus in eâ *tenetura*, in qua eramus prædicta die Jovis, in quâ data eſt iſta Treuga. Et Joannes Rex Angliæ, & homines impriſii ſui ſimiliter erunt in eâ tenetura, in quâ erant prædicta die Jovis, usque ad prædictos quinque annos completos.

§. 1. Nullus *multrarius*, aut aliquis, qui fuerit *forbannitus* à nobis, à tempore alterius treugæ inter Nos & prædictum Regem Angliæ dudum factæ, poterit intrare in terram noſtram infra prædictum terminum, niſi de voluntate noſtra; Neque ſimiliter multrarius, aut aliquis forbannitus ab ipſo Rege Angliæ, poterit intrare terram ſuam infra prædictum terminum, niſi de voluntate ipſius Regis Angliæ. Si autem aliquis, cujus terram habeamus in manu noſtra, venerit in terram noſtram pro ſuo negotio, per eam poterit tranſire, ſed in eâ morari non poterit, niſi habeat rectum *eſſonium*, præterquam ad portum maris, ubi licite poterit ventum expectare per tempus competens.

§. 2. Si quis de Comitatu *Andegaviæ* aut *Britanniæ*, qui dictâ die Jovis datæ treugæ adhæreret Regi Joanni Angliæ, faciendo guerram aperte contra nos, & ipſum manifeſte juvando, voluerit intrare Comitatum Andegaviæ vel Britanniæ, & ibi morari infra terminum treugæ prætaxatum, ſi ſit de Comitatu Andegaviæ, *Seneſcallo Andegaviæ;* Si ſit de Comitatu Britanniæ *Comiti Britanniæ* faciet competentem ſecuritatem, quod nullum malum ipſis, vel terris eorum per eum eveniet. Et ſi aliquis de *Pictavia*, qui dicta die adhæreret nobis, faciendo guerram aperte contra Joannem Regem Angliæ & juvando nos aperte contra ipſum vellet intrare terram ipſius Joannis Regis Angliæ in Pictavia, ipſe faciet competentem ſecuritatem *Seneſcallo Pictaviæ*, quod nullum malum Joanni Regi Angliæ & terræ ſuæ de Pictavia per eum eveniet.

§. 3. Iſti ſunt *Dictatores* & Emendatores hujus treugæ inter Nos & Joannem Regem Angliæ: Hubertus de Bore, Seneſcallus Pictavienſis. Reginaldus de Pontibus, Abbas Sancti Joannis Angeliaci, & Decanus Xantonenſis, ex parte Regis Angliæ. Ex parte noſtra verò Petrus Savarici. Guido Turpini, Abbas majoris Monaſterii; & Gaufridus Archidiaconus Turonenſis. Et iſti omnes juraverunt bonâ fide, quod ſi contigerit, aliquem ex eis decedere aut infirmari, aut à nobis, vel à Joanne Rege Angliæ revocari infra prædictum terminum, ipſi bonâ fide eligent, & ponent alium in loco illius ad hoc idoneum. Quidquid autem quinque, aut plures ex prædictis dictatoribus de interceptionibus hinc inde factis per ſacramentum ſuum dixerint, & ordinaverint, tàm nos, quàm prædictus Rex Angliæ tenebimus. Et ſi per ipſos Dictatores Treugæ emendari non poterit, nos illud bonâ fide emendari faciemus infra quinquaginta dies, poſtquam dicti Dictatores *dictum* ſuum dixerint, & illud nobis

Digitized by Google

nobis significaverint. Isti autem Dictatores hujus treugæ pro discordiis & interceptionibus emendandis, quæ forte orientur in Pictavia, in Comitatu Andegaviæ, vel Britanniæ, & in Turonia, conveniant apud Abbatiam Monialium de *Fulcherosis*, juxta Passavant; & pro aliis interceptionibus, quæ fient in Bituresio, in Alvernia, in Comitatu Marchiæ, & in Lemovico, inter Agurandas & Cusum, castrum Comitatus Marchiæ.

§. 4. De *Malatolta*, quam Joannes Rex Angliæ & sui possuerunt, & capiunt, sic erit: Si Joannes Rex Angliæ & sui voluerint eam quittare & dimittere, nos eam similiter quittabimus & dimittemus. Quantum autem Joannes Rex Angliæ & sui de ipsa malatolta levaverint & ceperint, nos similiter & nostri tantundem de illa levabimus & capiemus. *Fridericus Rex Romanorum* & Siciliæ erit in ista nostra treuga, si voluerit. Et *Rex Otto* similiter erit in treuga Regis Angliæ, si voluerit. Et si alter illorum noluerit esse in treuga, nos poterimus juvare Fridericum in Imperio, & Rex Angliæ Othonem in Imperio similiter absque *meffacere*, & absque faciendo guerram inter Joannem Regem Angliæ, & nos de terris nostris.

§. 5. Hanc autem Treugam bonâ fide tenendam juraverunt, Ursio Cambellanus in animam nostram, & omnes, qui subscribunt pro se, unusquisque de Mandato nostro: scilicet: Gualcherus. Comes Sancti Pauli. Robertus Comes de Alençon. Guido de Dampetra. G. de Barris. G. de Calviniaco. Theobaldus Blayon. Burchardus de Morliaco. Johellus de Meduana. Hugo de Baucejo. Guido Senesbaldus Americus de Credona. Girardus Beloys. Actum apud Chinonem; Anno Domini Millesimo, Ducentesimo decimo quarto, Mense Septembri, die Jovis proximâ sequente post exaltationem Sanctæ Crucis.

IX. *Tractatus & Conventio facta inter Regem Galliæ Ludovicum Sanctum, & Fernandum ac Joannam Comitem & Comitissam Flandriæ. Insulis, Januar.* 1226.

UNiversis præsentes litteras inspecturis Officialis Curiæ Parisiensis, salutem in Domino. Noveritis nos Anno Domini millesimo trecentesimo sexta die Martis post ramos Palmarum quasdam vidisse litteras, formam, quæ sequitur, continentes:

Ego *Fernandus* Flandriæ & Hannoniæ Comes & ego *Johanna* Comitissa Uxor ejus, notum facimus universis, præsentes litteras inspecturis, quod nos conventiones subscriptas inivimus & fecimus cum charissimo Domino nostro *Ludovico* Francorum Rege illustri, & hæredibus & fratribus ejus, & illustri Regina *Blancha* Matre ipsius, videlicet:

§. 1. Quod nos tenemur tradere Domino Regi litteras Domini Papæ continentes, quod si ego Comes, vel Comitissa, vel successores nostri in Comitatu Flandriæ resiliremus, (quod absit) de conventionibus firmatis inter Dominum Regem ex una parte, & nos ex altera, Laudunenses & Silvanectenses Episcopi & eorum successores infra quadraginta dies, postquam ex parte Regis fuerint super hoc requisiti, per litteras, aut nuntium Domini Regis promulgarent auctoritate Domini Papæ sententiam *excommunicationis* in nos & successores nostros in Comitatu Flandriæ, & omnes Coadjutores & Fautores nostros, & sententiam *interdicti* in terras nostras, coadjutorum & fautorum nostrorum, & illas sententias tenerent ac facerent teneri sine relaxatione, quousque id esset emendatum in Curia Domini Regis ad judicium Parium Franciæ. Dominus Rex tenebit *forteritiam Duaci*, in qua *garnisio* sua nunc est in manu sua à proximè præterita die circumcisionis Domini usque ad decem annos completos, ad *costum* nostrum,

strum, per viginti solidos Parisienses, deliberaturos singulis diebus cum securitate & fidelitate villæ *Duaci;* Ita quod in fine illorum decem annorum Dominus Rex reddet nobis forteritiam Duaci. Salvo quod homines villæ Duaci renovabunt Domino Regi eandem securitatem & fidelitatem, quam aliæ villæ Flandriæ ei fecerunt.

§. 2. Nos fecimus habere Domino Regi securitates & fidelitates militum, communiarum, & villarum Flandriæ, quod Domino Regi & hæredibus & fratribus ejus, & Dominæ Reginæ Matri ipsius adhærerent, & fideliter se tenerent contra nos, nec nobis auxilium præstarent vel consilium, quousque id esset emendatum in Curia Domini Regis ad judicium Parium Franciæ. Et si qui milites, vel homines, vel si quæ villæ sunt, quæ non fecerunt easdem securitates & fidelitates, nos de ipsis eas habere faciemus, quando super hoc fuerimus requisiti; Et qui autem de militibus, communiis, vel villis Flandriæ nollent facere Domino Regi fidelitates & securitates, quas alii, tàm milites, quàm villæ Flandriæ jam fecerunt, nos expelleremus eos de terra nostra, & saisiremus quicquid ipsi habent in feodo Domini Regis *sine revocare* eos, & *sine reddere* eis res suas, nisi per Dominum vel successores suos, donec fecerint securitates & fidelitates, permittatur.

§. 3. Nos & successores nostri non poterimus Dominum Regem vel hæredes, vel fratres suos, vel etiam Dominam Reginam Matrem ejus, nec homines eorum in causam trahere occasione alicujus rei factæ ante pacem istam, quin remaneant semper in pace tenentes de omnibus his, de quibus Dominus Rex *Ludovicus claræ memoriæ Pater* ejus, & homines sui erant tenentes, die, quà cum eodem Ludovico Rege conventionem fecimus deliberationem Comitis faciendum; quod factum fuit apud *Meledunum*, anno incarnationis dominicæ, millesimo ducentesimo vicesimo quinto, mense Aprilis, & nihil juris in his de cætero vindicabimus, vel reclamabimus, præterquam de forteritia Duaci, (sicut superius est expressum.) Nos & successores nostri non inquietabimus & *guerrabimus* Dominum Regem, nec hæredes, nec fratres suos, nec Dominam Reginam Matrem ejus, nec homines eorum, nec ei deficiemus de servitute, & jure faciendo, quamdiu Dominus Rex velit facere nobis jus in Curia sua, per judicium Parium nostrorum; Nos non possumus *facere forteritias novas, nec veteres infortiare* in Flandria circa fluvium qui dicitur *Escauld*, nisi per Dominum Regem, vel successores ejus permittatur.

§. 4. Has siquidem conventiones ego Comes, & ego Comitissa prædicti, tactis sacrosanctis Evangeliis, juravimus & promisimus nos bonâ fide, fideliter, & firmiter servaturos, & voluimus, quod ad illas similiter firmiter, & fideliter observandas teneantur per omnia hæredes & successores nostri in Comitatu Flandriæ. Ut autem præmissa perpetuæ firmitatis robur obtineant, præsentem paginam Sigillis nostris duximus roborandam. Actum apud Insulam, Anno Dominicæ Incarnationis millesimo, ducentesimo vigesimo sexto, Mense Januarii.

In cujus visionis testimonium sigillum Curiæ Parisiensis præsentibus litteris duximus apponendum. Datum Anno & die prædictis. Et sur le repli est escrit. Facta est collatio per me *Biterris*. Et sont les dittes lettres cy dessus transcriptes, scellées en double queüe de parchemin, d' un scel ou cachet de cire verte. Et sur le dos d' icelles est aussy escrit, ce qui s'ensuit: Conventiones super pace inter Fernandum Comitem & ejus uxorem sub eorum sigillis, & Dominum Regem Ludovicum ac ejus matrem.

X. *Pacificatio inter Imperatorem Fridericum II. Regem Siciliæ, & Abbuissac Principem Saracenorum Africæ, circa securitatem commerciorum & Jurisdictionem Imperatoris in Saracenos Corsicæ*

Digitized by Google

Corſicæ competentem, non comprehenſis urbibus Januæ, Piſæ, Maſſiliæ & Venetiarum, quæ cum Califa tractaverant. Concluſa per Vibaldum Legatum & Obſidem Imperatoris, Anno Hegiræ Mahometis 628. *qui eſt annus Chriſti* 1230.

Diploma & capitulationes pacis inter Abbuiſſac, & Vibaldum Legatum Imperatoris Friderici initæ in Sicilia, anno à fuga 628. *Interprete Marco Obelio* Cicerone.

IN nomine Dei miſericordis Miſeratoris. Incipimus cum laude Dei maximi & invocatione illius perlaudate petimus proſperitatem, laus Deo, ſcienti abſcondita, futura, extranea, qui eſt æternus poſt finem omnis viventis.

§. 1. Tandem hoc eſt diploma pacis benedictæ, ſi voluerit Deus excelſus & pretioſus, quæ eſt inita per benedictionem Dei, cujus (pacis) toga eſt picta gemmis obſervationis jurisjurandi, & rami illius penetrarunt uſque ad gradum felicitatis, quam Senior, excellens, magnificus, reverendus, fidelis præeminentiæ, benedictus & fortunatus *Abbuiſſac* filius Senioris honorandi, reverendi, defuncti Abjebrahim filii Senioris ſanctificati, legis Dei militis & defenſoris Abihafri, de quibus Deus ſibi complacuit, & duxit illos ad rectitudinem Conſilii & Electionis, quemadmodum fecit eos arbitros Conſiliorum, & ſecundum voluntatem ſuam, ſic fieri, vel non, ordinavit; mediante *Vibaldo* Chriſtiano Equite, fideli Legato Regis celebris, maximi Romanorum *Friderici* Cæſaris Imperatoris Romæ, & Regis Siciliæ & *Saxoniæ;* Concordet eum Deus, & ducat ad rectitudinem & proſperitatem ſecundum optimam intentionem, cum in poteſtate ſuâ hoc poſuiſſet; quem miſerat prædictus Rex, cum quo contraxit fœdus per manus Legati ſui Vibaldi, Equitis fidelis ſecundum Conventiones, quarum poſtea ſequetur Declaratio in hoc diplomate.

§. 2. Inter quas eſt, ut dimittantur illi omnes, qui ſunt in Africa ex captivis Chriſtianorum, qui capti fuerunt, ſive mares, ſive fœminæ, ſive parvi, ſive magni, ex omnibus, qui adhuc amplectantur legem Chriſtianiſmi; Et etiam, ut ipſi dimittant omnes captivos Mahometanos, qui ſunt apud eos, amplectentes legem Mahometiſmi, ſive ſint mares vel fœminæ, parvi vel magni. Et ut tollantur vexationes & exactiones ordinariæ, & ſolitæ exigi à Chriſtianis navigantibus ad Provincias Africæ, à mercatoribus Inſulæ, Siciliæ, Calabriæ Principatus & Apuliæ; Et ut ipſi etiam tollant omnes exactiones ſolitas exigi ſecundum morem & ordinem à navigantibus Africanis ad prædictas regiones prædicti Regis, de quibus diximus, ut ſint liberæ.

§. 3. Et etiam detur illis dimidium tributi Inſulæ Corſicæ ſignatum & ordinarium tempore meſſis ſolitæ, neque habeant Chriſtiani in prædicta Inſula Corſicæ Jurisdictionem ſuper ullum Mahometanum, præter Præfectum Mahometanum miſſum à prædicto Rege Siciliæ nomine ſuo, ad regendos tantummodo *populos unitatis*, & ſit occupatus in negotiis populi unitatis, quem Deus honorificet. Omne hoc præſtatur illis hoc pacto, ut ipſi etiam ſe obligent & habeant curam reſtituendi omne, quod in hoc mari deprædatur à piratis Chriſtianis, qui ſubſunt imperio dicti Regis, & qui ſunt ſub ſua Jurisdictione, ſubjecti ſuo dominio & potentiæ, ex omnibus Jurisdictionibus ſuis, præter Genuam, Piſam, Marſiliam *& Venetias*, cum jam declaratum ſit, quod etſi prædicti populi pro perſonis & ſtatu jam pacem inierint cum Domino noſtro Califa Sacerdote, Imperatore fidelium, qui Rex prædictus (ſcilicet Imperator) ſe obligat reſtaurare & ſatisfa-

Digitized by Google

cere omne, quod usupartur ab unoquoque ex omnibus gentibus, subditis suæ ditionis sive sint mercatores & milites in omnibus regionibus Africæ, ut persolvatur omnibus existentibus & venientibus per eam, ex incolis suis; Et ut etiam satisfaciat omnibus euntibus ab Africa ex incolis suis usque ad Provinciam Ægypti, & qui ad alias regiones sint navigantes & iter facientes cum *Caravalis* euntibus ad Africam.

§. 4. Et ut etiam reddant secura omnia littora Africæ, oppida, regiones & provincias, cum præsidiis, portibus & limitibus. Et ut etiam, si aliquis introiverit in portum aliquem ex portibus Africæ vel refugerit ad aliquod littus ex littoribus suis, sive sit habitatum, vel desertum, jam sit securus ab incolis Africæ & ab omnibus Mahometanis, Ægyptiis, & aliis, ut si aliquis refugerit ad aliquod littus ex littoribus Africæ, & receperit damnum & molestiam ab aliquo subdito Regi prædicto, obligabuntur ipsi ad refarciendum damnum.

§. 5. Et ut etiam ne irritent, neque provocent aliquem ex illius incolis, spe vel timore, neque conculcent partem aliquam in illa, sponte sua, damni faciendi causa, neque auxilium præstent aliis gentibus ad id faciendum, & se obligent restaurare omne, quod amitteretur & auferetur ex illa regione ab omnibus Christianis subditis prædicto Regi, & subditis Imperio illius, ut antea dictum fuit, secundum has conditiones & pacta contra eos, & cum ipsis, cum quibus inita est pax, in spatium continuorum decem annorum, quorum principium incipit ab initio & inscriptione ipsius diplomatis; Et sic statutum est, ut omnia adimplerentur, de quo se obligavit, sic fore pro parte Regis Imperatoris Romæ, & Insulæ Siciliæ, & Saxoniæ, illius Legarus & obses Vibaldus Eques prædictus, qui dixit, se ab ipso accepisse mandatum, & negotium pacis pro ipso, & ut statuat negotia, loco Imperatoris, secundum quod declaravit Epistola sua, & promisit, verba illius se servaturum. Sic Senior honorandus, reverendus & excellens Abbuissac cum ipso conditiones composuit. Deus concordet consilia illorum, & corroboret intentiones suas secundum ordinem prædictum, cum illi dedisset judicium acerrimum ad hoc ordinandum & mittendum ad eum; benedicat eum Deus, qui perducat illum ad rectitudinem consilii, qui est ejus custos & dignus Protector. Hoc contraxit inter illos fore servata secundum pactum Dei inter ipsos actum, quo se obligavit, & quicunque illud amplectitur, prosper evadit & lucratur, & qui ad eum refugit, liberabitur, & qui ad illud recurrit, securus redditur. Factum est diploma hoc juramento ad confirmanda, quæ in eo sunt, & in Deo est spes authore mundi & Creatore.

§. 6. Hæc pax ptædicta fuit contracta cum prædicto Legato Christiano, in præsentia illorum, quorum Deus miseretur, Mahometanorum & Christianorum, & testes intellexerunt omne hoc, quod præsentatum est ad omne, quod diximus, & illorum, quos vocavit Senior magnificus, honorandus & benedictus, & corroboratus virtute Dei Abbuissac prædictus; Deus perpetuet altitudinem eorum & prosperitatem illorum; quod ipsis attinet de hoc, & de testimonio interpretum infra dictorum, & quod ipsis attinet, quod declararunt & intellexerunt, quod Christianis prædictus omne hoc confirmasset accepisse & testimonia dedisse, de toto dimidio mensis Jamadalacheri, anno 628.

§. 7. Et ex pactis, quibus pax contracta fuit expleta & perfecta, est, quod nemo ex mercatoribus Mahometanorum, qui navigat, eundo & redeundo ad regiones & provincias prædicti Regis ad merces tantum, impediatur secundum confœderationes prædictas, & persolvat decimam. Et hoc diploma est certum, verum & utile, ut petierunt illud, & est clarum & perfectum.

Hametes,

Digitized by Google

Hametes, Mahometis filius, filii Geber Alceroani, & Hametes Omar, filii Omar, Hametis filii Albilbal, & Abduzerami, Abdalla filius Alcoraſei, & Mahometes Benabilcazin, Brin Balbin Alcoraſci, Haſcan Abdalla, filius Binalchaim Athami. In eo ſunt etiam ſcripta teſtimonia litteris latinis teſtium, & magni Romanorum Regis.

XI. *Fœdus inter Imperatorem Fridericum II. Regem Siciliæ, & S. Ludovicum Regem Galliæ.* 1232.

FRidericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Jeruſalem & Siciliæ Rex. Sinceræ dilectionis affectus, quem ad cariſſimum Amicum noſtrum, & Fratrem Lodoicum Regem Francorum Illuſtrem habuimus, & habemus, ſollicitè nos admonet, & inducit, ut verum amicitiæ fœdus, quod & ſervavimus hactenus illibatum, ſtabilitate perpetuâ fortius roboremus, & firmiter innovemus; Noverint igitur univerſi, præſentes pariter & futuri, quod nos ſubſcriptam Confœderationem & amicitiam cum præfato Rege, & ipſius hæredibus poſt modum duximus iniendam; Inprimis non erimus dicto, facto, conſilio, vel aſſenſu, qualiter idem Rex & hæredes ejus vitam aut honorem amittant, ſeu captionem corporum habeant, & ſi aliquid iſtorum ſciverimus, illud diſturbabimus bona fide; Quod ſi diſturbare non poterimus, ſignificabimus eis, aut alicui, vel aliquibus perſonis bonâ fide, quæ hoc valeant diſturbare, ſeu per aliquam vel aliquas perſonas ſignificabimus ipſis eisdem.

§. 2. Item non conſentiemus, quod de Imperio noſtro, & hominibus ejusdem Imperii noſtri alicui, vel aliquibus, quod contra prædictum Regem & ejus hæredes, in perſonis, honoribus, & terris eorum quicquam fecerint, vel facere attentaverint, tàm de perſonis, quàm de rebus aliquod ſubſidium tribuatur, ſed prorſus inhibemus, quod non fiat, & ne fiat, diſturbabimus bona fide. Inſuper nos homines Regni ſui, vel ad Regnum ſuum pertinentes contumaces aut eidem rebelles, ſeu moventes guerram contra ipſum Regem, & hæredes ipſius, vel *foribannitos* Regni ſui non receptabimus, nec receptari faciemus, nec in Imperio noſtro, ubi poteſtatem habemus, per nos aut homines noſtros ſuſtinebimus receptari, poſtquam ad ipſum ex parte ipſorum in nobis fuerit intimatum, ſed eos, ubicumq; invenire poterimus, per Imperium noſtrum capi faciemus in rebus pariter & perſonis bonâ fide, ubi poteſtatem ſuper hoc habeamus. De Rege Angliæ ſic erit, quod nullam cum eo faciemus amicitiam ſeu confœderationem, nec à noſtris fieri permittemus, ubicumq; poteſtatem impediendi habeamus ſine voluntate prædicti Regis Franciæ.

§. 3. Et hanc Confœderationem fecit bonâ fide nobiſcum idem Rex Ludovicus, quod non erit dicto, facto, conſilio, vel aſſenſu, qualiter nos, & hæredes noſtri vitam aut honorem amittamus, ſeu captionem corporum habemus, &, ſi aliquod iſtorum ſciverit, illud diſturbabit bonâ fide. Quod ſi diſturbare non poterit, ſignificabit nobis, aut alicui, vel aliquibus perſonis bonâ fide, quæ hoc valeant diſturbare, ſeu per aliquam vel aliquas perſonas ſignificabit nobis ipſis. Item non conſentiet quod de regno ſuo & hominibus ejusdem regni ſui vel aliquibus, qui contra nos, & hæredes noſtros in perſonis, honoribus, & terris noſtris quicquam fecerint, vel facere attentaverint, tàm de perſonis, quàm rebus aliquod ſubſidium tribuatur, ſed prorſus inhibebit, quod non fiat, & ne fiat diſturbabit bonâ fide. Inſuper idem Rex homines Imperii noſtri ad Imperium noſtrũ pertinentes, contumaces, aut nobis rebelles, ſeu moventes guerram contra nos, hæredes noſtros vel foris bannitos Imperii noſtri non receptabit, nec receptari faciet, nec in Regno ſuo, ubi poteſtatem habebat per ſe, aut homines ſuos ſuſtinebit

ſuſtinebit receptari, poſtquam id ipſum ex parte noſtra ſibi fuerit intimatum, ſed eos ubicumq; inveniri poterant per regnum ſuum capi faciet in rebus pariter & perſonis bonâ fide, ubi ſuper hoc habeat poteſtatem prædictam. Itaque confœderationem præcepimus & injunximus jurandam pro nobis & in animâ noſtrâ à dilecto familiari noſtro Magiſtro Henrico Vener. Carhan. electo, & Henrico de Aquisgran. *Camerario* fidelibus noſtris. Acta ſunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis, Milleſimo, ducenteſimo triceſimo ſecundo, menſe Maji, quintæ Indictionis, Datum apud portum Naonis in foro Julii, Anno, menſe & indictione prætitulatis.

XII. *Teſtamentum Joannæ Comitiſſæ Flandriæ & Hannoniæ. Decemb.* 1244.

LUdovicus DEI gratia *Francorum Rex* omnibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Patens ſcriptum ſigillis Viri nobilis *Thomæ* Comitis Flandriæ & Haynoniæ, nec non & Illuſtris mulieris Johannæ bonæ memoriæ quondam uxoris ejusdem, illuſtrisque mulieris Margaritæ Dominæ de Dampetra & aliorum quorundam ſignatum, inſpeximus in hæc verba.

IN Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. Ego *Johanna* Flandriæ & Haynoniæ Comitiſſa ob remedium animæ meæ & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum condo teſtamentum meum ſub formâ ſubſcriptâ, & volo quod valeat ut teſtamentum, quod ſi non poteſt, valeat ut *Codicillum*, vel ſicut extrema diſpoſitio decedentis. Imprimis:

§. 2. Volo quod debita mea de quibus conſtiterit plenariè perſolvantur, ſi alicujus hereditatem injuſtè occupavi vel à meis anteceſſoribus injuſte detinui, illud reddo & *reſtituo* ubicumque ſitum ſit, & do poteſtatem executoribus meis ſubſcriptis aſſignandi & inducendi in poſſeſſionem illos, in quibus competit de jure reſtitutio facienda, & volo quod ad plenum eis ſatisfiat de damnis & intereſſe, ſicut de jure fuerit faciendum. Ad reſtitutiones autem meas faciendas aſſigno tria millia librarum & quingentas libras Flandriæ monetæ annuatim in paratioribus redditibus vel proventibus totius Flandriæ & Haynoniæ ubicumque ſubſcripti teſtamentarii mei maluerint vel elegerint, ſive in nemoribus, ſive in cenſis, ſive proventibus quibuscunque, & volo & firmiter ſtatuo, quod Succeſſor meus tale aſſignamentum ſubſcriptis teſtamentariis meis faciat & exhibeat, ſicut ſuperius eſt expreſſum ad *dictum* eorum, ſtatim cum ab ipſis fuerit requiſitus, & volo modis omnibus & ordino, quod ad prædictos redditus vel proventus à ſubſcriptis teſtamentariis meis electos non apponat manum ſucceſſor meus per ſe vel per ſuos, nec apponi permittat, ſed omnes feodatos vel alios miniſtros, per quos forte illi redditus vel proventus procurantur vel ſolvuntur, jurare faciat; quod nulli omnino ſolvent prædictos redditus vel proventus, niſi teſtamentariis ipſis vel mandato eorum; & ipſis teſtamentariis præfatos redditus vel proventus conſervare teneatur, & ab omni invaſore vel moleſtatore tam ipſos teſtamentarios quàm redditus & proventus prædictos ſuis ſumptibus defenſare. Prædictos autem proventus trium millium & quingentarum librarum annuatim ſument ſubſcripti teſtamentarii mei, donec inſtitutiones meæ omnino completæ fuerint, & donec etiam eleemoſinæ ſeu legata alia mea, videlicet decem millia librarum Flandriæ fuerint totaliter & integraliter perſoluta:

§. 3. Lego ſiquidem & eleemoſinam confero in remedium animæ meæ & Anteceſſorum & Succeſſorum meorum, nec non & intuitu reſtitutionis faciendæ generaliter pro illis, quibus reſtitutio certa fieri non valebit, decem

Digitized by Google

cem millia librarum Flandriæ eroganda per executores testamenti mei ubi & sicut à me expressè fuerit ordinatum & in litteris meis videbitur contineri. Quod si forte nihil me super hoc scribere contingeret, volo quod executores mei subscripti credant super hoc charissimæ Sorori meæ Margaretæ Dominæ de Dampetra, Priori Insulensi & Priori Valentian. Ordinis Prædicatorum Fratri, Petro de Salinis, Fratri Michaëli & Fratri Henrico & Fratri Henrico de Quersèto vel duobus Ipsorum, ut faciant & distribuant, sicut prædicta charissima Soror mea & dicti Fratres vel duo prædictorum me dixerint ordinasse. De illis autem de quibus expressè verbo vel scripto ordinavero, executores mei subscripti faciant pro utilitate animæ meæ, secundum quod eis melius videbitur, distribuentes ea in terra nostra de consilio prædictæ Sororis meæ & Fratrum prædictorum.

§. 4. Ad familiam autem meam remunerandam, lego de supradictis decem mille libris, mille quingentas libras cuilibet, sicut verbo vel scripto ordinabo conferendas, vel si non de eis totaliter ordinavero, testamentarii mei residuum pecuniæ prædictæ, de quâ expressè non ordinavero, distribuant de consilio dictæ sororis meæ, & fratrum prædictorum singulis de familiâ mea secundum meritum & statum suum. Et de prædicta pecunia mille quingentarum librarum lego Johannæ de Monasterio ducentas libras Flandriæ & Dominæ Mariæ de Castello centum libras. Item prædictæ Johannæ lego quadraginta libras annui redditus hereditariè, & dictæ Mariæ decem, de consensu & voluntate supradictæ sororis meæ. Volo insuper & ordino, quod quinq; millia librarum Flandriæ de paratâ pecunia, quam mihi benignè concessit ad solvendum testamentum meum, si de hac infirmitate decessero, charissimus Dominus & Maritus meus Thomas Flandriæ & Haynoniæ Comes, sicut in suis litteris continetur, in manu sint & dispositione testamentariorum meorum subscriptorum, ad faciendas restitutiones meas celeriter, per manum ipsorum, *ne mora & tardatione anima mea dispendium patiatur.* Volo autem & ordino quod ad judicium testamentariorum meorum subscriptorum pertineat, & non ad judicium successoris mei, cui, & quibus, & qualiter, restitutiones, maximè de mobilibus, fuerint faciendæ.

§. 5. Volo insuper & statuo, quod omnes catelli mei reliqui & libri, vasa aurea & argentea, & omnia supellectilia mea, & indumenta de capella, mensa, camera, seu etiam coquina mea, & si qua sunt alia dominia mobilia mihi specialiter deputata, quæcumque in die obitus mei poterunt inveniri, in manu sint & dispositione testamentariorum meorum inferius expressorum, ut ipsi disponant super eisdem, pro *utilitate meæ animæ* secundum conscientias suas de consilio sororis meæ & fratrum ordinis Prædicatorum superius nominatorum; nisi super his expressè à me verbo vel scripto fuerit ordinatum.

§. 6. Ego autem, compos existens mentis meæ, & in bono rationis usu, prædicta omnia ordinavi, & expressè constitui, & constituo executores Testamenti mei Reverendos in Christo Patres, ac Dominos meos, Cameracenses & Tornacenses Episcopos, quicunque fuerint, Venerabiles & discretos Dominum Walterum Abbatem Sancti Johannis Valenc. Magistrum Gerardum Scholasticum Cameracensem. Magistrum A. Decanum de Aula, & Magistrum Ægidium de Brug Præpositum beati Petri Duacensis. Quod si forte aliquem vel aliquos prædictorum testamentariorum decedere continget, volo, & statuo, quod illi, qui residui fuerint, ad voluntatem suam, alium, vel alios eligant, secundum conscientias suas, qui loco illorum Testamentarii mei sint, & vices suppleant defunctorum. Et si omnes simul executioni testamenti nequiverint vel noluerint interesse, volo nihilominus, quod

Digitized by Google

tres vel duo ipsorum possint, & procedant in executione Testamenti mei, secundum quod eis videbitur expedire.

§. 7. Volo etiam, quod si ambiguitas oriatur super verbis in Testamento meo positis, ad judicium & *interpretationem ipsorum testamentariorum* meorum spectet omninò, ita quod interpretatio eorum firmiter teneatur. Volo etiam, quod illi Testamentarii mei illo ordine procedant in restitutionibus faciendis, & in legatis aliis persolvendis, quo de jure fuerit procedendum, pensantes, *quod animæ meæ utilius fuerit*, pauperibus autem & egenis citius satisfaciant, & quibus amplius sum astricta. Omnibus autem prædictis suum præbuerunt assensum Illustris & charissimus Dominus & maritus meus, Thomas Comes Flandriæ & Haynoniæ, & charissima soror mea Margareta Domina de Dampetra, & promiserunt bonâ fide, se prædicta omnia, cuilibet pro parte suâ, firmiter & inviolabiter servaturos, & ad hoc confirmandum, apposuerunt Sigilla sua præsenti scripto.

§. 8. Volo igitur & statuo modis omnibus quibus possum, quatenus prædicta omnia firmiter & inviolabiter observentur, tandem supplicans ex affectu tâm charissimæ Sorori meæ, quàm prædictis testamentariis meis, & omnibus fidelibus, & amicis meis, quod ita diligenter & celeriter prædicta omnia procurentur, quod anima mea nullum ex retardatione dispendium patiatur in futuro. Hæc autem omnia ordinavi, præsentibus Domino & marito meo Thoma Comite, Margareta sorore meâ, Priore Valencian. Ordinis prædicatorum, & Præposito de Marchiano, fratre Petro de Saliciis, fratre de Michaele, fratre Henrico de Quersetto ordinis Prædicatorum. A. Decano de aula, Domino Fustredo de Linea, Domino Gerardo de Haynone; Domino Waltero de Lens, & pluribus aliis.

§. 9. In cujus rei notitiam, præsens scriptum feci sigilli mei munimine roborari, Sigillorumque prædicti Comitis, & dictæ sororis meæ, Prioris Valencian, Decani de Aula, Domini Fustredi, Domini Gerardi de Haynone, Domini Walteri de Lens.

Nos igitur ad petitionem fidelis nostræ Margaretæ Comitissæ Flandriæ prædicta omnia auctoritate Regis confirmamus & approbamus, & volumus inviolabiliter observari. In cujus rei notitiam præsens scriptum fecimus sigilli nostri appensione munire. Datum anno Domini Millesimo Ducentesimo quadragesimo quarto, Mense Martio.

XIII. *Litteræ Investituræ* Alfonsi Electi Regis Romanorum *& Regis Castiliæ, quibus investit Fridericum Ducem Lotharingiæ, de Ducatu* Lotharingiæ *& Comitatu Romarici, vulgo* Remiremont, *& quibusdam juribus regalibus Ducatui annexis, qualia sunt custodia Ecclesiarum & jus salvi conductus in via Regia terra marique, adeoque (ut inde inferunt) jus* teloniorum; *post præstitum homagium Toleti, Martio* 1258.

IN æterni Dei nomine Amen, Pateat universis præsentem paginam inspecturis, Quod *Alfonsus Dei gratia Romanorũ Rex semper Augustus*, & Castellæ, Toleti, Legionis, Galleciæ, Sibiliæ, Cordubæ, Murciæ, Giennii & Algarbii Rex, ad instantiam & supplicationem tui magnfici viri *Friderici Ducis Lotharingiæ* & Comitis Romaricensis, attendentes prædecessorum nostrorum gloriosissimorum vestigia, & merita tua, & servitia debita nostræ aulæ tam prædecessori-

Digitized by Google

ceſſoribus noſtris quam nobis facta & facienda, & quod de jure infra ſcripta facere debemus; ſedentibus nobis in publica C riâ noſtrâ & te dicto Duce & Comite *flexis genibus ante pedes Majeſtatis noſtræ* exiſtente, inveſtimus te, dictum Ducem & Comitem *de quinque vexillis* in ſignum quinque dignitatum, quas in feodum ab Imperio tenere debes.

§. 2. Et de infra ſcriptis dignitatibus & feudis primum vexillum damus tibi pro Ducatu in feudum, in quo, & per quod debes eſſe *ſummus Seneſcallus in Aulâ noſtrâ citra Rhenum*, Et debes nobis *ſervire in annalibus feſtis de primo ferculo eques.* Et ſi contigerit ire ad *Parlamentum* cum armis contra Regem Franciæ, debes facere nobis *antecuſtodiam* in eundo, & *retrocuſtodiam* in redeundo; & debes nobis præſtare in terrâ dicti Ducatus *forum de neceſſariis & victualibus.* Et ſi contigrerit nos ire ad prælium citra Rhenum, debes habere *primum conflictum*, & debes nobis facere antecuſtodiam in eundo, & retrocuſtodiam in redeundo. *Secundum* vero *vexillum* damus tibi in ſignum quòd debes reaccipere à nobis * duella Nobilium commorantium inter Rhenum & Moſam, prout *metæ* ſuper hoc diſtinctæ dividunt. *Tertium* quoque *vexillum* damus tibi in ſignum pro feudo & nomine feudi de *Comitatu Romaricenſi.* *Quartum* autem, quòd debes habere *cuſtodias publicarum ſtratarum* in dicto Comitatu, tàm per aquam, quàm per terram. *Quintum* damus tibi in ſignum & inveſtituram pro *regalibus* noſtris in *monaſterio Sancti Petri Metenſis*, & in alio monaſterio *Sancti Martini Metenſis.* & quod debes habere *cuſtodias Eccleſiarum* in Ducatu tuo. Et prædicta omnia vexilla damus tibi pro feudo in nomine feudi, & pro inveſtiturâ & nomine inveſtituræ, inveſtientes te *cum haſtis & vexillis* prædictis de manu noſtrâ in manu tuâ pro prædictis omnibus, & aliis de quibus te jure inveſtire & infeudare debemus.

§. 3. Et ego dictus Dux Lotharingiæ & Comes Romaricenſis ſic recipio & ſic recognoſco omnia & ſingula ſupra dicta eſſe vera & debita, & promitto bonâ fide me facturum & impleturum omnia & ſingula, & alia quæ prædeceſſores mei prædeceſſoribus veſtris, de jure vel conſuetudine, quacunq; causâ, modo vel jure fecerunt vel facere debuerunt, vobis Domino Alfonſo Romanorum Regi, & *Imperatori futuro*; Et *manus meas junctas in manibus veſtris mitto*, & vobis ſacramentum fidelitatis & homagii facio, ſicut Domino meo Romanorum Regi legitimo & Imperatori futuro. Hoc tamen ſalvo, quòd ſi infra duos annos contigerit, Vos ad Imperium non venire, (quod Deus avertat) quòd ex tunc de iſto ſacramento fidelitatis & homagii nunc præſtito non tenear. De quo ſacramento, ſi caſus ille evenerit, (quod abſit) quòd nos dictus Rex *in Imperium non introiverimus infra biennium*, ut dictum eſt, te dictum Ducem & Comitem volumus non teneri. Salvo ſemper jure utriusque, tàm nobis pro Regno & Imperio Romanorum, quàm tibi, Ita quod omnia ſint in eodem ſtatu in quo erant heri, ante celebrationem iſtius præſentis contractus.

§. 4. Et ad majorem roboris firmitatem & evidentiam pleniorem nos dictus Rex, & ego dictus Dux & Comes præſentem cartam fecimus ſigillorum noſtrorum munimine roborari. Actum Toleti pridie Idus Martii, præſentibus Illuſtribus, Nobilibus, Venerabilibus, & honeſtis perſonis infra ſcriptis, *Domino* Alfonſo Infante de Molina, Domino Philippo, & Domino Ludovico *germanis Domini Regis*, *Dompno* Paſcaſio Epiſcopo Giennenſi, Dompno Suerio Epiſcopo Camorenſi, Dompno Petro Epiſcopo Paſſenſi. Dompno Petro Joannis Magiſtro ordinis Calatravenſis, Dompno Simone Roderici de los Cameros, Dompno Martino Egidii de Portugalia, Dompno Petro Nunnii de Guzman, Dompno Nunnio de Guzman, Dompno Petro Cornelii de Aragonia, Dompno Eximinio Cornelii, Garſia

* Forte: *Feuda*

Digitized by Google

sia Martini Castellæ Protonotario, Magistro Martino quondam Archidiacono Valentino, Dompno Augustino Petri Decano Segobiensi de Alemannia, Dompno Raynaldo Comite de Castris, Dompno *** Comite de *Leunsteyn*, Dompno Girardo de Fontenay, Dompno Elia de Bobardia, Castellano Castri de Cognie, & aliis quam pluribus, Anno Domini Millesimo Ducentesimo quinquagesimo octavo. Petrus Stephani scripsit. Extraict d'un Regiſtre du temps dudict Duc Ferry, Qui est au tresor des Chartes à Nancy.

XIV. *Duo compromissa Johannis de Avenis & Balduini fratris ejus, Filiorum Margaritæ Comitissæ Flandriæ & Hannoniæ; & Buchardi de Avenis ab una parte; & Wilhelmi, Guidonis, Johannis & Joannæ de Donnapetra liberorum dictæ Margaritæ Comitissæ & Guilielmi de Donnapetra ab altera; ut dissidia inter ipsos circa successionem in Comitatus Flandriæ & Hannoniæ, terminentur arbitrio Regis Galliæ* Ludovici Sancti, & Odonis Episcopi Tusculani, *Legati sedis Romanæ.* 1245.

UNiversis præsentes litteras inspecturis, Joannes de Avesnes & Balduinus fratres, salutem in Domino. Notum facimus universis tam præsentibus quàm futuris; Quod cum inter nos, quos nobilis Domina *Margareta Comitissa Flandriæ & Hannoniæ* de nobili viro Buchardo *de Avenis* susceperat, ex una parte; Guillelmum de Donnapetra, Guidonem & Johannem fratres & Johannam sororem ipsorum, quos prædicta Domina & mater nostra Comitissa de nobili viro Domino Guillelmo *de Donnapetra* susceperat, ex altera, mota esset contentio super eo, quod utraque partium Comitatus Flandriæ & Hannoniæ & totam terram, quam tenet dicta Comitissa, dicebat ad se post obitum ipsius Comitissæ matris nostræ Jure hæreditario pertinere; Tandem de voluntate & assensu prædictæ Comitissæ matris nostræ, & amicorum nostrorum consilio in excellentissimum Dominum Ludovicum Regem Francorum illustrissimum, & venerabilem fratrem Odonem Tusculanum Episcopum, Apostolicæ sedis Legatum, unanimiter compromisimus, tali modo, *quod secundum formam Juris & Judicii non sit in hoc arbitrio procedendum*, cum tota terra prædicta per viam Juris parti alteri debere cedere dignoscatur; Sed de terra prædicta debent taliter ordinare, quod utrique partium de dicta hæreditate partem assignent, secundùm quod eis videbitur bonum ésse; ita videlicet, quod ambo capita dictorum Comitatuum uni nostrum dare, vel alterum uni, & reliquum alii, vel partem alteri in Comitatu altero vel utroque, prout eis bonum videbitur, poterunt assignare.

§. 2. Concordatum est etiam & concessum, quod si, Comitatu Flandriæ alteri per dictum eorum assignato, alii voluerint in eodem Comitatu partem terræ assignare, ille qui partem illam habuerit Comitatum habenti, de ea *homagium faciet*, & partem illam tenebit de eodem; similiter si, Comitatu Hainoniæ per dictum eorum alicui assignato, in Comitatu illo alii partem terræ assignaverint, ille, qui partem illam in Comitatu habebit, Comitatum habenti homagium faciet & partem suam de illo tenebit, nisi terræ consuetudo in contrarium se haberet; quod si esset, homagium faceret, & partem suam teneret secundum quod terræ requireret consuetudo. Insuper est sciendum, quod in hoc unanimiter convenimus, quod si sine liberis de uxore sua desponsata procreandis contingeret aliquem nostrûm decedere, frater hujus germanus, vel soror ejus germana, si decedens fratrem non haberet germanum, eidem decedenti succederet in tota terra, quam haberet.

Digitized by Google

haberet. Concordatum insuper est & concessum quòd si prædictum Legatum his exequendis contingeret non adesse, Dominus *Robertus Comes Atrebatensis ipsius Domini Regis frater* ad hæc exequenda reciperetur sine contradictione aliqua loco ejus. Volumus etiam & concessimus, quod illud quod ordinabitur, fiat salvo honore utriusque partis; ita tamen quod propter hoc non remaneat, quin partes & divisiones terrarum & totius hæreditatis prædictæ maneant stabiles & firmæ, prout ab ipsis fuerit ordinatum. Concessimus enim, quòd contenti erimus divisionibus illis & partibus, quas nobis assignabunt, nec contra ordinationem eorum veniemus aliquo modo, nec unus in parte alii assignanda, sive in proprietate sive in possessione aliquid per se vel per alium reclamabit, nec movebit quisquam nostrum contra alterum super his in Ecclesiastica vel seculari Curia quæstionem aliquomodo vel aliqua ratione juris aut facti. Concessit autem Dominus Rex, quod ipse recipiet in hominem de Comitatu Flandriæ, vivente dictâ Comitissâ matre nostra, si ipsa hoc petierit, illum qui per ordinationem ipsorum dictum Comitatum habebit, salvâ ipsius Comitissæ & salvo in omnibus Jure Domini Regis. Propter absentiam autem utriusque partis vel alterius non dimittent, quin si voluerint, in eodem arbitrio procedant; & quidquid fiet vel ordinabitur per ipsos tam valebit & ita tenebimur firmiter observare, ac si nobis præsentibus factum esset. Hæc autem omnia facta sunt & concessa eo salvo, quòd prædicta Comitissa mater nostra, non obstantibus compromissione prædicta, vel arbitrio, aut ordinatione, quam super his facient, plenam quamdiù vixerit habeat potestatem & administrationem prædictorum Comitatuum & totius terræ suæ, & de ipsis possit pro voluntate sua facere, sicut poterat ante compromissionem prædictam; salvo eo quòd dicta Comitissa nulli nostrûm aut aliorum liberorum suorum possit terram aliquam seu redditum dare, præter partes quæ per dictos Dominos nobis fuerint assignatæ, nec alicui nostrûm aliquid dare super partem alteri assignatam.

§. 3. Supra dicta autem omnia & singula promisimus prædictis Domino Regi & Domino Legato & nobis ad invicem nos firmiter servaturos, & contra nullo unquam tempore quocumque modo venturos, præstito super his coram ipsis corporaliter Juramento. In cujus rei testimonium & munimen præsentes litteras sigillorum nostrorum impressionibus fecimus roborari. Actum Parisiis, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, mense Januario. Et sont les dictes Lettres scellées sur double queüe de parchemin de deux seaux ou cachez de cire blanche. Et sur le dos des dictes lettres est escrit cequi ensuit. Litteræ Johannis & Balduini de Avesnis fratrum de compromissione in Serenissimum Regem Ludovicum & Odonem Tusculanum Episcopum Franciæ Legatum, millesimo ducentesimo quadragesimo quinto.

§. 4. Universis præsentes litteras inspecturis, Guido & Joannes fratres salutem in Domino. Notum facimus universis tam præsentibus quam futuris, Quod cum inter nos, quos nobilis Domina Margareta, Comitissa Flandriæ & Hannoniæ de nobili viro Guillelmo de Donnapetra susceperat, ex una parte, & Joannem & Balduinum de Avenis fratres, quos prædicta Domina & mater nostra Comitissa de Buchardo de Avenis susceperat, ex altera mota esset contentio super eo, &c. &c. *sequuntur eadem, quæ in præcedenti* Et sont les dictes les lettres scellées en double queüe de parchemin de trois seaux ou cachez de cire blanche. Et sur le dos des dictes lettres est escrit ce qui ensuit. Littera Guillelmi de Donnapetra Guidonis & Johannis fratrum suorum de compromissione in Serenissimum Regem Ludovicum & Odonem Tusculanum Episcopum Franciæ Legatum.

1245.

Digitized by Google

XV. *Traité entre le Roy* saint Loius, *& Henry Roy d'Angleterre pour les terres, qu'il tenoit & pretendoit en France. Londres, en Octobre.* 1259.

HEnry par la grace de Dieu Roy d'Angleterre, *Sire* d'Irlande & Duc d'Aquitaine, Nous faisons à scavoir à tous ceux qui sont, & qui à venir sont, que Nous par la volonté de Dieu avec nostre tres cher Coüsin le Noble Roy Louis de France avons paix faicte & affermée en cette maniere, c'est assavoir, qu'il donne à Nous, nos Hoirs & nos Successeurs toute la *Droicture*, qu'il avoit & tenoit en ces *trois*, *Evechez* & ces Citez, c'est assavoir *de Limoges, de Cahors & de Perigort* en fiefs & en domaines, saouf l'hommage de ses freres, se ils aucune chose y tiennent, dont ils soient *si hommes*, & sauves les choses, qu'il ne peut mettre hors de sa main par lettres de luy, ou de ses anteceſſeurs, les quelles choses il doibt pourchasser en bonne foy vers ceux qui ces choses tiennent, que nous les ayons dedans la Toussaincts en un an, ou faire nous eschange convenable *à l'egard* de preud'hommes, qui soient nommez d'une part & d'autre, le plus convenable au prouffict des deux Parties.

§. 2. Et encores ly devant dit Roy de France nous donnera la vallue de la *Terre des Agenois* en deniers chacun an, selon ce qu'elle sera prisée à droicte value de Terre des preud'hommes, nommez d'une part & d'autre, & sera faite la paye à Paris au temple chacun an la quinzaine de l'ascention, la moictié, & à la quinzaine de la Toussaincts l'autre. Et s'il advenoit, que cette terre s'echeoit de la *Comtesse Janne de Poictiers* au Roy de France ou à ses hoirs, il seroit tenu ou ses hoirs de rendre à nous ou à nos hoirs, & rendue la terre, il seroit quicte de la ferme & se elle venoit à autre, que au Roy de France, ou à ses hoirs, il nous donroit le fief d'Agenois, avec la ferme devant dicte, & se elle venoit en domaine à Nous, le Roy de France ne seroit pas tenu de rendre celle, & s'il estoit *esgardé par la Cour du Roy* de France, que pour la terre d'Agenois avoir, deussions mettre ou rendre aucuns deniers par raison de gaigerie, ly Roy de France rendroit ses deniers, ou nous tendrions & aurions la forme, tant que nous eussions eu, ce que nous aurions mis pour celle gaigerie.

§. 3. De rechef il sera enquis en bonne foy & de plain à nostre requeste par Preud'hommes d'une partie & d'autre a ce esleus, se la terre, que le *Cuens de Poictiers* tient en Caorsin de par sa femme, fut du Roy d'Angleterre donnée ou baillée avec la terre d'Agenois par mariage ou par gaigerie, ou toute ou en partie, à sa soeur, qui fut Mere *le Comte Raymond de Thoulouze* dernierement mort, & s'il estoit trouvé qu'il eust ainsy esté à celle terre luy escheoit ou à ses hoirs du deceds de la Conteſſe de Poictiers, il la donneroit à Nous, ou à nos hoirs; & se il elle escheoit à autre, & il est trouvé par telle enqueste *toutes voyes* quelle eust esté ainsy donnée ou baillée ainsy, comme il est dict dessus apres le deceds de la Comtesse de Poictiers il doneroit le fief à nous & à nous hoirs, saouf l'hommage de ses Freres, s'ils aucune chose y tenoient tant comme ils vivroient.

§. 4. De rechef apres le deceds la Comteſſe de Poictiers ly Roy de France donnera à nous & à nos hoirs la terre, que le *Cuens de Poictiers tient ores en Xantonge outre la riviere de la Charante* en fief & en domaine, qui soient outre la Charante, si elle echoit au Roy de France, ou a ses hoirs, & si elle ne luy echoit, il pourchasseroit en bonne maniere par es change ou autrement, que Nous ou nos hoirs l'ayons, ou il nous feroit avenable eschange à l'esgard des Preud'hommes qui seront nommez d'une part & d'autre, & de ce, qu'il donra à nous & à nos hoirs en fief & en domaine, nous & nos hoirs ly feront hommage lige, & à ses hoirs Roys de France, & aussy *de Bourdeaux*

Digitized by Google

Bourdeaux, de Bayonne & de Gascongne, de toute la terre que nous tenons de la Mer d' Angleterre en fiefs & en domaine, & des *Isles, sy aucunes y en à, qui nous tenions, qui soient du Royaume de France*, & tiendrons de luy comme Pair de France & Duc d' Aquitaine, & de toutes les choses devant dictes ly ferons nos services avenables jusques à tant, qu' il fut trouvé quels services les choses deuroient, & lors nous serons tenus de faire les tiex, comme il seroit trouvé; de l' hommage de la Comté *de Bigorre & Darmignac, & de Fransac*, soit ce que droit en sera, & ly Roys de France Nous clame quitte, se nous ou nostre Ancesseur luy fismes oncques tort de tenir son fief sans luy faire hommage & sans luy rendre son service & tous arrerages.

§. 5. De rechef le Roy de France nous donnera ce, que de cinq cens chevaliers deburoient couster raisonnablement à tenir deux ans à l' esgard des Preud' hommes qui seront, nommez d' une part & d' autre, & ces deniers sera tenu de payer à Paris au temple à six payes par deux ans, c' est à sçavoir à la quinzaine de la Chandeleur, qui vient prochainement la premiere paye, c' est à dire la sixiesme partie; & à la quinzaine de l' Ascension en suivant l' autre paye, & a la quinzaine de la Tous saincts l' autre, & aussy des autres payes en l' an ensuivant, & de ce donnera ly Roy de France ses lettres pendant en Temple ou l' Hospital ou ambedeux ensemble en *Pleige*, & nous ne debvons ces deniers despendre, si non que au service de Dieu & de l' Eglise, ou au proffict du Royaume d' Angleterre, & ce par l' adveu des Preud' hommes, hommes de la terre esleus par le Roy d' Angleterre & les hauts hommes de la terre, & par cette Paix faisans, avons quicté & quicterons de tout en tout & nostre dict fils au Roy de France & à ses Ancesseurs, & à ses hoirs, & à ses freres, & à leurs hoirs, & à leurs successeurs pour nous ou pour nos hoirs & pour nos successeurs, ou nostre Ancesseur, aucune droiture que avons ou mesme eussions oncques en chose, que le Roy de France tienne ou teinst oncques, ou ses Ancesseurs, ou ses Freres, c' est assavoir en la Duché & en toute la Terre de Normandie, en la Comté & en toute la terre d' Anjou, de Tourraine & de Maine, & en la Comté & toute la Terre de Poictiers ou ailleurs en aucune partie du Royaume de France, ou ez Isles, se aucunes en tient le Roys de France ou si Freres, ou autres de par eux, & tous arrerages.

§. 6. Et aussy avons quicté & quictons nous & nostre dict fils à tous ceux qui de par le Roy de France, ou de ses Ancesseurs, ou de ses Freres tiennent aucune chose par don, par eschange, ou par vente, ou par achapt, ou par *asensement*, ou par autre semblable maniere en la Duché, & en toute la terre de Normandie, en la Comté, & en toute la terre de d' Anjou, de Tourraine, & du Mayne; & en la Comté & en toute la terre de Poictiers ou ailleurs en aucune partie du Royaume de France, ou ez Isles dessus dictes, sauf à nos & à nos hoirs nostre droicture ez terres, dont nous debuons faire hommage lige ou Roy de France pour cette paix, comme il est dessus divisé, saouf ce que nous peussions demander nostre droicture, sy nous la cuidions avoir *en Agenois*, & avoir la, se la Cour le Roy de France le juge, & aussy de *Caorsin*.

§. 7. Et donrons au Roy de France les lettres, qu' on dict, qu' il a du Roy Richard nostre Frere, de quittance de totes ces choses par eschange, qui en ot; & se pouvons ne les trouver ou avoir, donrons nos lettres pendans au Roy de France, & des Barons & des Prelats & des *Prodes hommes*, qui y furent de tesmoignage de la quittance, que li Roy Richard en feit, & avoit encor; a nostre serment & es nos lettres pendans, que puis cette quittance nulle droicture, ne nous donnera en nulle de ces choses en cette mesme quittance au Roy de France & aux autres devant dits. Ferons faire à nostre Sueur la Comtesse de Leycestre, por soy por ses hoirs & des enfans de

ceux

Digitized by Google

ceux, qui l'en requerra, & li Roy de France nous clamera auſſy quitte, ſi il ou ſi Anceſſeur li firent onques tort, de tenir ſon fié ſans li faire homage & ſans li rendre ſon ſervice & tous arrerages. Et avons pardonné & quité l'un à l'autre, par donnons & quictons tous maltalens de contans, & de guerre, & tous arrerages, & toutes yſſues, qui ont eſté eues, ou qui pourroient eſtre eues en toutes les choſes devant dites, & tous les dommages, & toutes miſes, qui ont eſté faicts ou faites deça & dela en guerre, & en autre maniere.

§. 8. Et pour ce, que cette Paix fermement & auſſy eſtablement ſans nulle enfraignance ſoit tenue à tousjours, ly Roys de France a faict jurer en ſon ame par ſes Procureurs eſpeciaux à ce eſtablis, & ſes deux fils ont juré à tenir ces choſes tant comme à chacun appartiendra, & à ce tenir ont obligé eux & leurs hoirs par leurs *lettres pendans*, *&* nous de ces choſes tenir ſommes tenus de donner ſeureté au Roy de France *des Chevalliers*, *des Terres* devant dictes meſme, que il donne, *& des villes*, ſelon ce que il nous requerra. Et la forme de la ſeureté des hommes & des villes pour nous ſera telle: Ils jureront que ils ne donneront ne conſeil, force, ne ayde parquoy nous ou noſtre hoir vinſſions allencontre de la paix, & s'il advenoit que Dieu ne veuille, que nous ou noſtre hoir vinſſions allencontre, & ne vouliſſions amender, puis que le Roy de France, ou ſes hoirs Roys de France nous en auroient faict requerre chil qui la ſeureté auroient faicte dedans les trois mois, qu'ils en auroient fait requerre, ſeroient tenus d'eſtre aydans au Roy de France & à ſes hoirs contre nous & nos hoirs, jusques à tant, que cette choſe fut amendée ſuffiſamment à l'esgard de la Cour du Roy de France, & ſera renouvellée cette ſeureté de dix ans en dix ans, à la requeſte du Roy de France ou de ſes hoirs Roys de France & nous. Cette paix & cette compoſition entre nous & le devant dict Roy de France ſera affermée & toutes les devant dictes choſes & chacunes, ſy comme elles ſont deſſus contenues, promettons en bonne foy pour nous & pour nos ſucceſſeurs au devant dict Roy de France, & a ſes hoirs & à ſes ſucceſſeurs loyalment & fermement garder, & que nous encontre viendrons par nous ou par autre en nulle maniere, & que riens n'avons faict, ne ferons, par quoy les devant dites choſes toutes, ou aucunes, en tout ou en partie ayent moins de fermeté.

§. 9. Et pour ce que cette Paix fermement, eſtablement & ſans nulle enfraignance ſoit tenue à tous jours, nous à ce obligeons nous & nos hoirs, & avons faict jurer en noſtre ame par nos Procureurs en noſtre preſence cette paix ſy comme elle eſt deſſus deviſée & eſcripte à tenir en bonne foy, tant comme à nous appartiendra, & que nous ne viendrons encontre ne par nous ne par autre. En tesmoing de toutes ces choſes nous avons faict *ces lettres* au Roy de France, *pendans ſeelz de noſtre ſeel*; & cette Paix, & toutes ces choſes, qui ſont deſſus contenues, par noſtre commandement eſpecial ont juré Eduuard & Eadmont noſtre fil en noſtre preſence à garder & tenir fermement, & que ils encontre ne vendront par eux ne par autre. Ce fut donné à Londres, Lundy prochain devant la feſte ſainct Luc Evangeliſte, l'an de l'incarnation noſtre Seigneur, Mil deux cens cinquante neuf, au mois d'Octobre.

XVI. *Contractus inter Regem Galliæ Ludovicum Sanctum & Venetos de trajiciendo Regis exercitu in terram ſanctam.* 1268.

Navis, quæ vocatur Sancta Maria, eſt longa pedibus centum & octo, quæ longitudo eſt de pedibus ſeptuaginta in columba, in largore proræ & puppis eſt de pedibus triginta octo, & eſt ampla in fundo pedibus novem & dimidio,

Digitized by Google

dimidio, & eſt alta in ſecunda cooperta pedibus ſex & dimidio, & eſt alta in corridoriis pedibus quinque & dimidio & à corridoriis in ſuperius pedibus tribus & dimidio, & eſt alta in capitibus columbæ, & habet duos *paradiſos* & unum bannum & unum ſuper bannum coopertum & duos pontes, & unum ſuper pontem & unum bellatorium amplum de quatuor vel quinque pedibus de retro puppim; quæ navis cum omnibus *Corredis* & apparatibus ſuis & cum centũ & decem Marinariis dabitur pro mille quadringentis marcis argenti, ejus bonitatis, cujus eſt Venetiæ groſſus ad pondus de Pariſius.

§. 2. Navis, quæ vocatur Roccafortis, eſt longa pedibus centum & decem, quæ longitudo eſt de pedibus ſeptuaginta in columba, & in largore proræ & puppis eſt de pedibus quadraginta, & eſt ampla in fundo de pedibus novem & dimidio, & eſt alta in prima cooperta undecim pedibus & dimidio, & eſt ampla in ore pedibus viginti novem, & alta in ſecunda cooperta pedibus ſex & dimidio & eſt alta in corridoriis in ſuperius tribus pedibus & dimidio & eſt alta in capitibus columbæ pedibus triginta novem & dimidio, & habet duos paradiſos, & unum bannum & unum ſuperbannum & duos pontes & unum ſuprapontem, & etiam de retro puppim unum bellatorium amplum de quatuor aut quinque pedibus, quæ navis cum omnibus corredis & apparatibus dabitur cum centum & decem marinariis pro conſimili pretio.

§. 3. Navis, quæ vocatur Sanctus Nicolaus, eſt longa pedibus centum, quæ longitudo eſt de pedibus ſeptuaginta quinque in columba, & in largore proræ & puppis eſt de pedibus viginti quinque, & eſt ampla in fundo pedibus novem, & eſt alta in prima cooperta pedibus undecem, & ampla in ore pedibus viginti ſeptem, & alta in ſecunda cooperta pedibus ſex & dimidio, & eſt alta in corridoriis pedibus quinque & dimidio, & à corridoriis in ſuperius pedibus triginta octo, & habet paradiſum, & duo banna unum ſupra aliud, & duos pontes & unum ſupra pontem, quæ navis cum corredis & apparatibus ſuis & cum octoginta ſex marinariis dabitur pro mille centum marcis.

§. 4. Naves fient ſeptem de novo pro iſto paſſagio, quarum quælibet erit longa de pedibus octoginta ſex, quæ longitudo cujuſq; erit de pedibus quinquaginta octo in columba, & in largore proræ & puppis de pedibus triginta octo, & erunt amplæ in fundo pedibus octo, & altæ in prima cooperta pedibus novem & dimidio, & amplæ in ore pedibus viginti unum & dimidio, & altæ in ſecunda cooperta pedibus quinq; & dimidio, & altæ in corredis pedibus quatuor minus quarto, & erunt in capitibus columbarum altæ viginti novem pedibus, & habebunt quælibet unum paradiſum & unum bannum & unum ſuprabannum decoopertum, & unum corridorium, & unum pontem coopertum & unum pontem de arbore de medio usque ad proram, quarum prædictarum navium cum corredis & apparatibus ſuis, & cum quinquaginta marinariis dabitur pro ſeptingentis marcis,

§. 5. Naves vero quinque erunt quorundam *nobilium de Venetiis* bonæ & ſufficientes, quæ erunt de portatione pro qualibet, ſicut erant ſupra ſcriptæ ſeptem naves pro qualibet, quarum prædictarum quinque navium quælibet cum corredis & apparatibus ſuis, & cum quinquaginta Marinariis dabitur etiam pro ſeptingentis marcis.

§. 6. Super eo quod Dominus Rex vult ſcire, quantum conſtabit locus cujuslibet militis cum duobus ſervientibus, uno equo & uno * *gratifero*, pro equo & aqua; dicunt Ambaſſiatores Ducis, quod volunt ſcire quantum panem, quantum vinum, carnem & caſeum, & quanta & quæ alia victualia Dominus Rex vult poni in navem pro milite, duobus ſervientibus & uno gratifero, & pro quanto tempore, quantam aquam vult pro ſe miles, & pro dictis ſervientibus & gratifero pro quolibet die usque ad complementum paſſagii; item volunt ſcire, quantum hordei quantum fœni vult poni in navem pro uno equo, & pro quanto tempore, & quantum aquæ dabitur equo qualibet

* Forte, *Scutifero*.

Digitized by Google

die. Super eo verò, quod Dominus Rex vult ſcire, quantum conſtabit locus & aqua pro qualibet ſingulari perſona, dicunt Ambaſſiatores, quod volunt ſcire, quæ & quanta victualia vult ſingularis perſona pro ſe mitti in navem & quanto tempore, & quantum aquæ vult pro die qualibet, & cujus magnitudinis locum, & in qua parte navis.

§. 6. Sequuntur hic ea quæ ſunt neceſſaria ad ponendum in navibus pro ſuſtentatione hominum & equorum, quando *paſſagium* erit, pro qualibet perſona unum modium frumenti ad menſuram de * Accor libratum in pane & farina, una quarta & dimidia vini ad menſuram Pariſiis pro qualibet die, & tantum de aqua, carnes ſalſatæ, caſei, oleum, alia legumina armati militis pro ſe & equo ſuo & duobus ſervientibus ſuis.

§. 7. Pro quolibet equo quatuor media hordei ad menſuram de * Accor durante tempore, quo Dominus Rex Francorum erit ibi, una *botta* fœni, quæ erit de *tour* novem pedum & de longitudine quinque pedum & quindecim quartas aquæ ad menſuram Pariſienſem pro qualibet die.

* Forte, *de Accon*, de Ptolemaide.

Reſponſio Ducis Venetorum facta D. Regi de verbo ad verbum.

Vobis Domino Regi ego *Marcus Quirinus* Nuncius D. Ducis Venetorum dico, quod ſi tranſieritis per partes ejus ad acquiſitionem terræ ſanctæ, & paſſagium fuerit à feſto Sancti Johannis de menſe Junii ad unũ annum proxime venturum, quod ipſe Dux dabit vobis in ipſo paſſagio quindecim naves, de quibus erunt ſeptem de illa magnitudine, quæ per alios Nuntios dicta fuit, & quinque erunt aliorum hominum de Venetiis & ejusdem magnitudinis, & aliæ tres magnæ naves, quæ ſunt communes Venetiorum ejusque magnitudinis, quam alii Ambaſſiatores vobis dederunt in ſcriptis; & aliud magnum, pro quatuor millibus equorum & decem millibus perſonarum; cum infra ſcripta conditione, videlicet, quod quælibet iſtarum duodecim navium habebit marinarios quinquaginta, & aliæ videlicet Roccafortis & Sancta Maria marinarios centum & decem pro qualibet, & Sanctus Nicolaus marinarios octoginta ſex. De quibus navibus videlicet de Roccaforti, & de nave nova vocata Sancta Maria habere vult D. Dux mille quadringintas marcas pro qualibet earum, & de Sancto Nicolao marcas mille & centum, & de aliis navibus marcas ſeptingentas pro qualibet earum de bono & fino argento de denariis groſſis ad pondus Pariſiis, & de alio navigio pro uno milite cum duobus ſervitoribus & uno equo, & uno præterea pro cuſtodia equi & præbendis & harniſiis ſuis portando, habendo * *platam* ſecundum menſuram nobis per alios Ambaſſiatores datam, marcas octo cum dimidio, & pro uno milite habendo * *platam Coopertam* ab arbore de medio verſus puppim marcas duas & quartam, & pro uno ſcuti fero habendo * *platam diſcoopertam* in loco prædicto uncias ſeptem argenti, & pro uno *garſono* cum uno equo manente ipſo apud eum habendo platam pro equo ſecundum menſuram per alios Ambaſſiatores dimiſſam marcas quatuor & dimidiam, & pro quolibet alio peregrino habendo platam ab arbore de medio verſus proram cum ſuis *viandis* & *garniſiis* marcam unam minus quarta de eodem argento, & ad prædictum pondus; quibus omnibus Dominus Dux tenebitur dare ligna pro coquinare; & peregrini omnes poſſunt viandas, arma & alia neceſſaria pro ſe libere facere comparari & accipi in partibus Domini Ducis ſicut eis neceſſaria fuerint, ſecundum quod faciunt alii homines terræ ſuæ. Et ſi vos Dominus Rex volueritis pro expectare veſtram claſſem ſtare in partibus Cypri vel Cretæ, aut in illis partibus pro habere conſilium ad quas partes ire debeatur, patroni & marinarii teneantur expectare, ſi moveritis de Venetia ad medium menſem Junii vel antea per unum menſem pro prædicto pretio, & ſi moveritis tranſacto medio menſe Junii teneantur expectare per viginti dies; & ſi volueritis hibernare tenendo navigium in *locum ſalvationis*, tenamini addere tertiũ plus dictæ ſolutionis patronis

Navium

* *Plata*, id eſt, ut puto, place, locus, tectus vel detectus.

Digitized by Google

Navium, & ipſi hybernare debeant vobiſcum cum ipſa condictione; & vos & illi, qui tranſire voluerint, eſſe debeatis in Venetia ad Calendas Junii pro movere, ut dictum eſt; & ſi hæc vobis placuerint, facietis prædictam pecuniam D. Duci dari in Venetiis hoc modo, videlicet: tertium totius ſolutionis infra duos menſes, poſtquam concordata facta fuerit, & aliud tertium à Calendis Septembris usque ad Sanctum Michaelem, & aliud tertium in adventu noſtræ & univerſæ gentis Venetiorum.

§. 2. Et Dominus Dux & homines Venetiorum ad obſequium Chriſti & exaltationem & robur fidei Chriſtianæ pro reverentia Domini Papæ & pro veſtro honore in auxilium hujus facti ponent & tenebunt per unum annum quindecim galeas armatas ſuis expenſis, cum iſta conditione, quod per privilegium ſive ſcriptum habeant, quod ubicunque in omni parte, tam in mari, quàm in terra, ubi erunt homines Venetiorum de ipſis debeat fieri ratio per illum, qui pro D. Duce fuerit, tam inter eos, quam ſi alii ab eis petere voluerint in juſtitia ſive vindicta de maleficiis tàm in honore, quàm in perſonis; & quod in terris, quæ Deo volente *acqueſtabuntur* habeant libertatem & plenam *franchefiam*, tam intrando, quàm exeundo, tam in mari, quàm in terra, & locum bonum & idoneum pro habitatione ſui, ſcilicet Eccleſiam Venetiorum, *metra*, paſſus, menſuras, ſtateras, balneum, furnum, & tabernam, *plactam*, *bochariam & piſcariam*, inſuperque unus vel plures ſint pro D. Duce qui inter gentem ſuam & de ipſis intentionem faciat, & juſtitiam ſive vindictam tàm de honore, quàm de perſonis. Præterea ſi homines D. Ducis, aut aliqui eorum paſſi fuerint aliquo caſu naufragium in aliqua parte, ubi vos Dominus Rex habebitis poſſe ipſi erunt ſalvi & ſecuri in perſonis & rebus, quas recuperare poterunt, & ab omnibus dictarum partium, qui pro vobis fuerint, habebunt auxilium, conſilium & favorem, ſalvis omnibus rationibus, juribus & honoribus, quos & quæ Dominus Dux & homines Venetiorum habent & habere debent in Regno Hieroſolymitano.

XVII. *Traitté de paix faict entre le Roy Philippes le Bel, & le Roy d'Angleterre, du mois de Fevrier* 1293. *a Paris. qui ne fut jamais ſcelle, au dos du quel y a, Quædam petitiones, quas ſibi petebant Angli fieri ante guerram, ſed Rex eas noluit admittere.*

IN nomine Domini, Amen. Per hoc preſens publicum Inſtrumentum cunctis pateat evidenter, quod hoc eſt tranſumptum ſeu tranſcriptum quarumdam patentium litterarum inclytæ recordationis Domini Alberti Romanorum Regis ſemper Auguſti in cera alba cum duplici cauda pargemini ſigillatarum ſartarum & integrarum ac omni prorſus vitio & ſuſpicione carentium, ut prima facie apparebat nobis Notariis ſubditis ſubſcriptis ex parte Illuſtriſſimi Principis & Domini noſtri Francorum Regis ad tranſcribendum traditarum, quarum tenor ſequitur & eſt talis.

§. 2. *Albertus* Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem. Notum facimus quod nos conſiderantes, quod per Regum & Principum unanimes voluntates divinæ laudi quietius attendatur & Chriſtiana ad Deum creſcat devotio, cum pace proximi pax Dei acquiritur & augetur, ſalus eorum & honor extollitur, & humanæ laudis præconio ampliatur, ac ſuorum impoſterum robo-

Digitized by Google

roborantur jura regnorum; ſinceræ devotionis glutino amicitiæ, ſocietatis & unionis fœdera perpetuo duratura, nos Sereniſſimus Princeps Philippus Dei gracia Francorum Rex amicus noſter cariſſimus inivimus, voluimus & conſenſimus, & ad invicem concordamus ac etiam promiſimus fide data, nomine juramenti; & jurabunt etiam in animas noſtras nobis præſentibus, videlicet pro jam dicto illuſtri Rege Francorum *Comes Sancti Pauli*, pro nobis verò Rege Romanorum *Comes Burchardus de Hohemberg Avunculus noſter* cariſſimus; quod ex nunc in antea erimus ad invicem veri & fideles amici, ac in noſtris & regnorum noſtrorum & Imperii honoribus, libertatibus & juribus mutuo conſervandis contra omnem hominem veri & validi adjutores, quodque inter nos & Succeſſores noſtros Romanorum & Francorum Reges ſeu Imperatores pacis & fidelis amicitiæ fœdera perpetuis duratura temporibus ſervabuntur; & hæc omnia præmiſſa & ſingula promiſimus & præſentibus promittimus pro nobis noſtrisque hæredibus ſibi in Imper. & Regno ſuccedentibus firmiter obſervare & attendere, & nullatenus contravenire ſub virtute à nobis datæ fidei & per prædictos Comites præſtiti juramenti; In cujus rei teſtimonium præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. Actum & datum Argentinæ, Nonas Septembris, Indictione XII. anno Domini, milleſimo ducenteſimo nonageſimo nono, Regni vero noſtri anno ſecundo.

§. 3. De quibus quidem litteris originalibus ſupra ſcriptis facta fuit per nos Notarios publicos infra ſcriptos legitima collatio ad præſens tranſcriptum ſeu tranſumptum ex eisdem litteris originaliter ſumptum, anno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſeptimo ſecundum morum Gallicanum, Indictione ſexta, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Benedicti divina providentia Papæ tertii decimi anno quarto, videlicet in domo Nobilis Viri Domini Guillelmi de Alvetto militis, ſita Pariſiis in vico dicto Mollari, in parochia Sancti Joannis in graviam; præſentibus & auſcultantibus diſcretis Viris, Domino Joanne Michaelis Presbytero Laudinen. dioceſ. curato parochialis Eccleſiæ de Villacumeuli Carnoten. dioceſ. & Magiſtro Nicolao de Molendino Notario publico Magiſtro in artibus Clerico Leonen. dioceſ. teſtibus ad hoc vocatis, ſpecialiter & rogatis. Et ego Joannes Juvenis, alias de Villamaden. Clericus Leonen. dioceſ. publicus Apoſtolica & *Imperiali auctoritate Notarius*, quia de prædictis originalibus literis ad præſens tranſcriptum ſeu tranſumptum ex eisdem originalibus ſumptum cum Notario publico ſupraſcripto diligentem collationem feci & ipſum invicem concordare inveni, nil addito vel amoto, ideo huic publico Inſtrumento ſeu tranſumpto alia manu ſcripto ſignum meum ſolitum unà cum ſigno & ſubſcriptione dicti Notarii publici & ſigillo Curiæ Pariſ. hic me manu propria ſubſcriptum appoſui requiſitus in teſtimonium veritatis. Sic ſignatum, Juvenis.

XXIV. *Diploma Alberti Regis Romanorum de Confœderatione facta cum Philippo Rege Galliæ, & juramento eo nomine à Procuratoribus utrinque præſtito. Apud quatuor Valles vulgò Quatrevaux. 8. Decemb. 1299.*

Albertus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis præſentes litteras inſpecturis, Salutem. Notum facimus, &c. &c. *ut in priori Diplomate uſque ad*, fecimus apponi ſigillum. Actum & datum nobis & præfato Rege Francorum præſentibus apud quatuor valles, die Martis, octava menſis Decembris, Anno Domini 1299. Indictione tredecima, Regni verò noſtri anno ſecundo.

XXV. *Permiſſio Alberti Regis Romanorum de Confœderatione facta cum Philippo Rege Galliæ, & juramento eo nomine à*

Digitized by Google

Procuratoribus utrinque præstito. Apud Quatuor Valles, vulgò Quatrevaux. 8. Decemb. 1299.

ALbertus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, universis præsentes litteras inspecturis Salutem. Noverit universitas vestra, quod cum in *prolocutione* seu tractatu Matrimonii inter Illustrem *Rudolphum* Ducem Austriæ primogenitum nostrum carissimum & Dominam *Blanchain* Sororem magnifici Philippi Regis Francorum amici nostri carissimi contrahendi inter nos & eundem Regem Franciæ per solemnes Procuratores & Nuntios utriusque actum fuerit & conventum, ac ex parte nostra expresse promissum, quod eidem primogenito nostro & hæredibus suis ab eo descendentibus Ducatus Austriæ & Stiriæ, nec non Dominia Carniolæ, Marchiæ ac Portus Naonis cum omnibus aliis juribus & pertinentiis Ducatus & dominorum prædictorum, ac omnibus emolumentis rebus & juribus quibuscunque intra vel extra Ducatum constitutis, quemadmodum cum ipso Ducatu ad Duces Austriæ solent hactenus devenire vel quomodolibet pertinere, perpetuò & hæreditarie remanebunt.

§. 2. Ac nihilominus ex tunc dederimus, concesserimus, assignaverimus & assederimus prædictæ Sorori Regis Franciæ in *dotalitium*, seu donationem propter nuptias *Comitatum Alsatiæ & terram de Friburg*. Lausan. Dioces. cum omnibus juribus & pertinentiis suis; quorum Comitatus & terræ, qui præfato Duci perpetuò & hæreditariè remanebunt fidelium homagia & fidelitates ac Universitatum & incolarum villarum insignium juramenta præstari faciemus, antequam matrimonium contrahatur, Procuratori prædictæ Sororis Regis Franciæ pro ea solemniter stipulanti eidem, quoad prædictum contractum matrimonium, quod eidem Sorori, si præfato Duci forsitan supervivat, tanquam fideles vasalli & subditi Dominæ suæ, quoad vixerit, obedient & intendent; ac secundo genitum aliosque juniores liberos nostros renunciare faciemus penitus & expresse cum autoritate & decreto nostro regio & Electorum Principum & Baronum regni Allemanniæ & alia quavis auctoritate forma & modo, de quibus dicto Regi Franciæ pro plena securitate expediens visum erit pro omni jure sibi competenti vel competituro in Ducatu, Comitatu, terris, juribus, & pertinentiis supradictis.

§. 3. Et de præmissis omnibus & singulis tenendis, adimplendis & inviolabiliter observandis dabimus memorato Regi Franciæ idoneas cautiones & securitates, quæ sibi in hac parte utiles videbuntur, ac præmissa omnia & singula, per *Romanorum Reginam Illustrem Elisabeth Consortem nostram* approbari, ratifficari & fieri, ac de iis servandis & fideliter adimplendis ipsam faciemus efficaciter obligari; salvo dotalitio, quod dicta Romanorum Regina ad vitam suam habet in Ducatu, terris, dominiis supra dictis. Item placet prædicto Regi Franciæ & litterarum suarum tenore consentiet, quod Ducatu Austriæ cum principatu ejusdem præfati Ducis suisque hæredibus remanente, secundo genito aliisque junioribus liberis nostris præmissis primitus assentientibus, sufficiens & competens paterna fiat provisio de terris supra dictis ad Ducatum Austriæ pertinentibus, vel aliunde, sicut melius fieri poterit, absque Ducatus Austriæ demembratione notabili vel enormi.

§. 4. Cæterum cum omnium Electorum Principum prædictorum assensus, autoritas vel decus præstandi præmissis, ut superius est expressum propter quorundam ipsorum absentiam & alia certa impedimenta commodè haberi non possunt, vult prædictus Rex Franciæ & ad precum nostrarum instantiam consentit & promittit bonâ fide, juravit etiam in animam ipsius Regis ipso Rege præsente spectabilis Vir *Guido Comes Sancti Pauli*, quod tribus ex *Electoribus* ipsis suam in præmissis auctoritatem præstantibus & assensum, propter aliorum absentiam vel auctoritatem non præstitam in hac parte contractus Matrimonii, supradictis aliis tamen conditionibus & conventionibus

supra

Digitized by Google

ſupra dictis promiſſis, adimpletis, nullatenus differatur, ſed bonâ fide modis omnibus conſumetur. Et promiſimus cum fide data nomine juramenti expreſsè nos curaturos & facturos, juravit etiam in animam noſtram nobilis Vir Burchardus Comes de Hohemberg Avunculus noſter, quod alii Electores Principes ſupra dicti ſuum congruo tempore præmiſſis aſſenſum & autoritatem præſtabunt modo & forma, de quibus pro cautione & ſecuritate ſæpè dicto Regi Franciæ viſum fuerit expedire, in cujus rei teſtimonium præſentibus &c. &c. *ut ſupra*. Actum & datum nobis & præfato Rege Franciæ præſentibus apud Quatuor valles die Martis octava menſis Decembris, Anno Domini 1299. Indictione 13. Regni verò noſtri anno ſecundo.

XXVI. *Tractatus inter* Albertum *Regem Romanorum &* Philippum *Regem Francorum de contrahendo matrimonio inter unum ex filiis Regis Franciæ & unam ex filiabus Regis Romanorum, altero apud alterum electuro. In loco Quatuor Vallium vulgò Quatrevaux, 8. Decemb.* 1299.

Albertus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis præſentes litteras inſpecturis Salutem. Notum facimus quod nos attendentes, quod inter alia, per quæ regnantium & regnorum exaltatio procuratur, pacis & tranquillæ quietis amœnitas acquiritur, ac fœlici & proſpero ſtatu conſulitur ſubditorum; illud videtur antea conſideratione præcipuum, ut inter Reges & Regna ſolidæ caritatis unitas & fidelis amicitiæ fœdera nutriantur, & quod alter alteri libenter aſſiſtat in proſperis, & non deficiat in adverſis. Hâc conſideratione inducti, ut inter nos & inclytum Principem *Philippum Regem Franciæ Illuſtrem*, amicum noſtrum cariſſimum hujusmodi fœdus unionis & amicitiæ ſtabilius permaneat in futurum, concordavimus, voluimus, conſenſimus & promiſimus, concordamus, volumus, conſentimus & promittimus bonâ fide, juraverunt etiam in animas noſtras nobis præſentibus nobilis vir, videlicet pro jam dicto Rege Francorum *Guido Comes Sancti Pauli* & pro nobis verò *Burchardus Comes de Hohemberg* dilectus & fidelis noſter, quod inter unum de filiis ipſius Regis Franciæ, quem *excepto primogenito ipſius* elegerimus & unam de filiabus noſtris, quam dictus Francorum Rex de nonnullis traditis duxerit eligendam, matrimonium contrahatur, de dote autem & dotalitio filio & filiæ prædictis dandis, in noſtra & ipſius Regis Francorum voluntate & arbitrio reſidebit; In cujus rei teſtimonium præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. Actum & datum nobis & præfato Rege præſentibus apud Quatuor Valles, die Martis octava menſis Decembris, Anno Domini 1299. Indictione 13. Regni verò noſtri anno ſecundo.

XXVII. *Traicté particulier faict entre les Rois de France & d'Angleterre, par lequel ligue defenſive fut accordée entre eux contre tous, fors contre l'Egliſe de Rome, & fors auſſy pour le Roy de France Aubert Roy d'Allemangne & le Comte de Haynaut.* 1303.

A tous ceux qui ces preſentes lettres verront & orront Amez Cuens de Savoye, Henry Cuens de * Nicole, & Othes de Grand ſon Chevallier Meſſages & Procureurs de tres excellent Prince *Edouard par la grace de Dieu Roy d'Angleterre, Seigneur d'Irlande & Duc d'Acquitaine* eſtablis & envoyez eſpeciaument à ce, ſalutz. Nous faiſons à ſçavoir, que comme tres excellent Prince *Philippes par celle meme grace Roy de France* conſiderant & regardant les biens & les profits, qui viennent de l'accord & de l'amitié des Roys & des Princes, ait deputé & eſtably nouvellement *Monſieur Lois fils de Roy de France Comte d'Eureux, Robert de Bourgogne & Jean de Bretagne Ducs & Monſieur*

Digitized by Google

Pierre Seigneur de Chambly Chevallier & Chamberlain ledict Roy de France ſes Meſſages & Procureurs pour traitter pour li & pour ſes hoirs & pour ſes Succeſſeurs de alliance & de Amitié à faire entre iceux Roys leurs hoirs, leurs ſucceſſeurs & leurs Royaumes pour la pées, pour le profit & le bien de eux & de leur hoirs de leur ſucceſſeurs, de leur Royaumes & de leur ſougiez, entre nous Meſſages & Procureurs dudict noſtre Seigneur en nom de li pour ſes hoirs & pour ſes Succeſſeurs d'une part, & lesdicts Meſſages & Procureurs dudict Roy de France en nom de li, pour li, pour ſes hoirs & pour ſes ſucceſſeurs d'autre part eſt fait traitté & accordé en la maniere qui enſuit.

§. 2. Premierement il eſt accordé entre nous & les Meſſages deſſusdicts en nom desdicts Roys que iceux Roys ſeront l'un à l'autre des ore en avant bons, vrays & loyaux amis & aydans contre tous hommes (*ſauve l'Egliſe de Rome*) en telle maniere, que ſe ou pluſieurs quiconques ils fuſſent voloient deſpoinctier, empeſcher on troubler lesdicts Roys és franchiſes, libertez, privileges & couſtumes de eux & de leur Royaumes * * & que ils ſeront bons & loyaux amis & aidans contre tout homme, qui peuſſe vivre & morir, à deffendre, garder & maintenir les franchiſes, les libertez, les privileges, les droicts, les droictures & les couſtumes deſſusdicts, excepté pour ledict Roy de France, *excellent Prince Monſieur Aubert Roy d'Alemanie, & Monſieur Johans Cuens de Henaud en Haynaud, & excepté pour ledict noſtre Sire le Roy d'Angleterre Monſieur Johans Duc de Brebant en Brebant*, & ſes hoirs deſcendans de li & de la fille dudict noſtre Seigneur le Roy d'Angleterre, & que l'un ne ſera en conſeil ne en ayde, ou l'autre perde vie, membre, eſtat, ne honeur temporel.

§. 3. Item accordé eſt, que les gens & les marchands de l'un Royaume puiſſent aller delivrement & ſans empechement & marchander & mener toutes ſortes de marchandiſes & manieres de bien quelques ils ſoient ſeurement & ſauvement au Royaume de l'autre, en payant les couſtumes deues. Item il eſt accordé que l'un ne receptera ne ſouſtendra ne confortera, ne fera confort ne ayde as ennemis de l'autre, ne ne ſoufrira, qu'ils ayent confort, ſecours ne ayde, ſoit de gens d'armes ou de *vitailles* ou d'autres choſes quelles quelles ſoient de ſes terres ne de ſon pooir, mes deffendra ſur poine de *forfaicture de cors & d'avoir* & empeſchera à tout ſon poair loyalment en bonne foy, que lesdicts ennemis ne ſoient receptez ne confortez es terres de ſa Seigneurie, ne de ſon poair, ne que il en ait confort, ſecours ne aide, ſoit de gent d'armes de chevaux, d'armaires, de vitailles ou d'autres choſes quelles quelles ſoient. Item il eſt accordé, que l'un ne receptera *les bannis* du Royaume de l'autre, ne les ſouffrera recepter en ſes terres, ne en ſon poair, ainces les fera vuider dedans quarante jours apres ce qu'il en ſera requis.

§. 4. De rechef il eſt accordé, qu'en chacun *muement* ou renouvellement de Seigneurie deça ou de la en la premiere aſſemblée des Roys tantoſt apres l'hommage faict du Duché d'Aquitaine, cette alliance ſera renouvellée, affermée, confermée & faite de nouvel par ces meſmes paroles entre lesdicts Roys; leſquelles & chacunes de icelles, ſi comme elles ſont deſſus deviſées & eſcrites, nous accordons, volons & agreons & pormettons loyalment en bonne foy comme Meſſage & Procureur dudict noſtre Seigneur le Roy d'Angleterre pour li & en nom de li, pour ſes hoirs & pour ſes Succeſſeurs ce les garder, tenir & accomplir fermement & loyalment à tousjours ſans venir encontre par quelquonque raiſon ou cauſe au tems avenir, & que nous les ferons ratiffier, agréer & aprouver par noſtre dit Seigneur le Roy d'Angleterre & les *jurer en s'ame*, & de ce donner ſes lettres ouvertes, contenans toutes les choſes deſſus dites, & de toutes ces choſes nous avons faict & donné en nom dudict noſtre Seigneur le Roy & en l'ame de li ſacrament corporel és ſainctes Evangiles en la preſence desdicts Meſſages & Procureurs doudict Roy

Digitized by Google

Roy de France. En tesmoin desqueux choſes nous avons faict mettre nos ſeaux à ces preſentes lettres. Donné à Paris le vingtieſme jour de May, l'an de grace mil trois cens trois.

XXVIII. *Vnio facta de Comitatu Pedemontis, Comitatibus Provinciæ & Forcalquerii. Neapoli, 14. Februarii* 1306.

Carolus ſecundus Dei gratia *Rex* Jeruſalem & *Siciliæ*, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ, Provinciæ & Forcalquerii Comes, univerſis præſentis ſcripti ſeriem inſpecturis tam præſentibus quam futuris principale præſidium. De ſubditorum cura prævidens nonnumquam ex cauſa præcipuè Regionis loca ſeparat, ac interdum diviſa reducit ad integrum per alligabilem unionem ſancitam. Circa fidelium & ſubjectorum noſtrorum augmenta ſtatus proſperi meditatione ſolicita intendentes, attento quod dum ipſi ex regionum diverſitate ac partium ſeparatione disjuncti ad unitatem reducti redduntur amabiliores ad invicem, & contra alios fortiores, cum vis unita degregatâ ſit fortior, & colligatus funiculus difficilius diſſolvatur; *Comitatum Pedemontis* noſtrum utique patrimoniale peculium, recuperatum noviter de manibus detentorum, cum omnibus terris, caſtris, villis, caſalibus & locis aliis ac pertinentiis ſuis, *Comitatibus noſtris Provinciæ & Forcalquerti* de certa noſtra ſcientia *incorporandum & uniendum* duximus, ac etiam advertendum, ita quod ſub fœlici noſtro & heredum noſtrorum dominio Comitatibus ipſis incorporatis invicem & mutuo conjunctis, noſtri fideles & ſubditi eorundem, vinculo uniti corroborationis arctiori, mutuis ſe coadjuvent viribus, & cum caſus emerſerit, minime adverſariorum potentias pertimeſcant. Hoc excepto ſpecialiter & expreſſius reſervato, quòd in dicto Comitatu Pedemontis noſter in præfatis Comitatibus Provinciæ & Forcalquerii Seneſcallus nullam jurisdictionem habeat, ſed in eo per Curiam noſtram Seneſcallus per ſe, aliique officiales per tempora ſtatuantur, quodque propter unionem & incorporationem præmiſſas juribus, honoribus & libertatibus dicti Comitatus Pedemontis ac ſpecialium perſonarum ipſius nullum præjudicium quomodolibet generetur; nec idem Comitatus propter unionem ipſam vel eisdem Comitatibus Provinciæ & Forcalquerii ad ſubjectionem vel ſubmiſſionem aliquam teneatur, in cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum duplicatum fieri & *aurea bulla noſtra Majeſtatis impreſſa tipario* juſſimus communiri. Datum Neapoli per manus M. Di. C. &c. Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexto, die decima quartâ Februarii, quarto indictionis, regnorum noſtrorum Anno XXII.

XXIX. *Articuli Tractatus ſive compoſitionis facta inter* Philippum Pulchrum *Regem Franciæ & Archi-Epiſcopum & Eccleſiam* Lugdunenſem. 1307.

PRimò Dominus Rex habebit in tota villa & Civitate Lugdunenſi & in terra & *Baronia Eccleſiæ Lugdunenſis* citra *Sagonam* reſſortum ſeu *appellationes à diffinitivis ſententiis à judice temporali latis tantum*, & diſcutietur cognitio iſtius *reſſorti* ſeu appellationum *in Parlamento Pariſienſi*, vel coram duobus vel tribus Viris probis de conſilio Regis non ſuſpectis, per Dominum Regem deputatis, & *erit in optione Archi-Epiſcopi & Capituli, quod dictæ cauſæ in Parlamento, vel coram dictis deputandis diſcutiantur;* & procedetur in eis *ſecundum jus ſcriptum* & confrontabitur dicta Baronia citius, quam commodè poterit *confrontari*. Ab officiali verò Eccleſiaſtico Archi-Epiſcopi Lugdunenſis non appellabitur ad Dominum Regem, *quantumcumque cauſæ ſint temporales* de qui-

Digitized by Google

bus consuevit cognoscere de consuetudine, vel de jure, & declarabuntur hæc verba, *de consuetudine vel de jure*, per Dominum Archidiaconum Lugdunensem & per Dominum *P. de Bella pertica Decanum Parisiensem.*

§. 2. Item Dominus Rex gardabit, custodiet, deffendet & juvabit, prout bonus & legitimus *gardiator* facere potest & debet Archi-Episcopum & Capitulum Lugdunense, ac homines & subditos suos & bona ipsorum, ubicumque sint, contra omnes; & ponet & constituet *gardiatorem de suis gentibus* vel de Regno suo, maximè ad requisitionem Archi-Episcopi & Capituli prædictorum, quem dictis Archi-Episcopo & Capitulo & hominibus eorumdem utiliorem credidit & novit expedire; qui gardiator in principio Regiminis sui jurare tenebitur, se in officio sibi commisso fideliter habiturum & compositionem presentem integraliter servaturum, nec officium dictus gardiator exercere poterit ultra annum, nisi de consensu Archi-Episcopi, Decani & Capituli prædictorum; & nunquam, nisi quando expediens vel necesse fuerit idem deputabitur gardiator; *qui nullam jurisdictionem habebit in dictos Archi-Episcopum & Capitulum, vel homines & subditos suos, nisi tantummodo gardiani*, propter quam gardam dictus Dominus Rex vel gardiator deputandus ab ipso, homines & subditos dictorum Archi-Episcopi & Capituli non gardabit contra dictos Archi-Episcopum & Capitulum, nisi in casu resorti supra dicti.

§. 3. Item pro garda ista omnes Laici de Civitate Lugdunensi *foca habentes ibidem* debent dare & dabunt à duodecim denariis usque ad viginti solidos; & omnes *Laici, qui non sunt nobiles* de terra & Baronia Ecclesiæ Lugdunensis, nec non Vassallorum ipsorum ac omnium aliorum, qui sunt & erunt infra terminos dictæ Baroniæ constituti, tenebuntur dare & dabunt à duodecim denariis usque ad viginti solidos similiter; & erit media pars totius emolumenti quoquo modo provenientis rationum hujusmodi gardæ in omnibus præmissorum Domini Regis, & alia pars Archi-Episcopi & Capituli prædictorum; *in mutatione verò Regis*, vel *si ipsum transfretare contingeret*, ac etiam in mutatione Archi-Episcopi, vel si ipsum transfretare contingeret debebit prædicta contributio duplicari, & inter Dominum Regem & Archi-Episcopum & Capitulum dividi, ut est dictum; Videlicet media pars Domini Regis, & alia medietas Archi-Episcopi & Capituli prædictorum; & taxabuntur & levabuntur prædicta per Archiepiscopum & Archidiaconum, qui nunc est, & post ipsum per Decanum, qui pro tempore fuerit, & per tres vel duos ex tribus ex parte Regis eligendos *milites nonos*, quos debebit Dominus Rex fundare & cuilibet constituere centum libr. Turon. parvorum.

§. 4. Item ad præsens in civitate, terra & Baronia Ecclesiæ Lugdunensis fiet una moderata subventio, cujus medietas erit Domini Regis & alia medietas erit Archiepiscopi & Capituli prædictorum; & taxabitur & levabitur dicta subventio, qrout in proximo articulo continetur per dictos milites, quorum nominatio de gratia speciali ** Clericos tamen Regis non alios nominabit.

§. 5. Item ad decennium proximum continuum subsequens & futurum in Civitate, terra & Baronia Ecclesiæ Lugdunensis omnes vendentes & ementes Laici non nobiles *pro qualibet libra duos denarios solvere tenebuntur, videlicet venditor unum & emptor alium*, cujus emolumenti medietas Domino Regi applicabitur, & alia Archiepiscopo & Capitulo supra dictis, & recolligetur emolumentum hujusmodi quolibet mense per prædictos nominatos in articulis supra dictis.

§. 6. Item infra terminos & districtus Baroniæ Archiepiscopi & Capituli prædictorum poterunt dicti Archiepiscopus & Capitulum liberè consti-

** desunt verba, quorũ sensus credo fuit, nominationem Archiepiscopo fuisse concessam

Digitized by Google

constituere *Nundinas* per tempus taxandum legitimè duraturas, euntes verò ad eas & redeuntes de eis erunt in *guidagio & conductu Domini Regis* prædicti, & emolumenti ex dictis nundinis provenientis aliunde, quam jurisdictionis locorum ratione, habebit Dominus Rex medietatem & aliam Archiepiscopus & Capitulum supra dicti; & levabitur emolumentum hujusmodi per predictos, qui ad alia emolumenta levanda sunt in superioribus articulis nominati; & propter hoc Dominus Rex seu levatores emolumenti ejusdem per ipsum electi, nullam *jurisdictionem in locis Nundinarum* ipsarum nec ratione jurisdictionis alicuius aliud emolumentum percipient vel habebunt, quarum Nundinarum ordinatio in dispositione Domini P. de Bellapertica, Decani Parisiensis & Archidiaconi Lugdunensis relinquetur omninò, quod viderit expedire. Si verò fiat aliqua *injuria vel recossa* levatoribus emolumentorum predictorum vel etiam sequentium, dummodo communia inter Dominum Regem & Archiepiscopum & Capitulum habeantur, *emenda erit communis*, & habebit Dominus Rex mediam partem emendæ, & dicti Archiepiscopus & Capitulum aliam dimidiam obtinebunt, & levabuntur emolumenta per prædictos milites ut supra.

§. 7. Item Rex nullam faciet quoquo modo in terra, Civitate vel Baronia prædictis subventionem exigi & levari, nisi quando Archiepiscopus & Capitulum medietatem subventionis percipiant, & Dominus Rex aliam obtinebit; & si contingat aliquam subventionem exigi & levari, texabitur, & levabitur per prædictos, qui sunt superius ad levanda emolumenta alia nominati.

§. 8. Item damna Archiepiscopo & Capitulo aut eorum hominibus & subditis per officiales Domini Regis illata, *in ipsius Domini Regis honorem vel utilitatem non versa* emendabuntur & restituentur plenariè, & erit medietas Domini Regis & alia medietas Archiepiscopi & Capituli prædictorum & illorum, qui damna passi sunt ante dicta; & ad hoc compellantur damnorum illatores per Dominum Regem, prout erunt sibi subditi vel propinqui. Ita tamen, quod *genera homines familiarum vel subbitæ Archiepiscopi vel Capituli prædictorum, si aliqua de bonis Domini Regis gentium Burgensium hominum vel subditorum suorum habuerunt, restituant eisdem justicia mediante.

§. 9. Item Archiepiscopus faciet Domino Regi *fidelitatem*, ita tamen quod *bona Ecclesiæ* propter hoc *non sint de feodo Domini Regis;* & omnes & singuli Canonici Lugdunenses in sua creatione jurabunt, & jurare specialiter tenebuntur compositionem præsentem se fideliter servaturos.

§. 10. Item Archiepiscopus primam appellationem habebit in Civitate, terra & Baronia ante dictis & de omnibus infra suam Baroniam quoquo casu, ita quod *appellationes facte obmisso medio* nullius penitus sint momenti; hoc idem habebit *Capitulum in terra & Baronia suis*, prout de Archiepiscopo est prædictum.

§. 11. Item nullus subditorum Archiepiscopi vel Capituli prædictorum *per viam simplicis querelæ* ad Dominum Regem poterit recurrere, sed per viam ressorti supradicti dumtaxat.

§. 12. Item Rex non impediet mercata facta vel facienda in terris ipsorum, dummodo si aliqui super faciendis aliqualiter conquerentur, coram Domino Rege vel Deputandis ab ipso subeant justitiæ complementum parati super hoc stare Juri.

§. 13. Item Rex non poterit tenere *Bastonerios* vel officiales quoscunque infra Civitatem vel Baroniam prædictas, nec pignorare quoquo modo, nisi in casu ressorti, in quo casu duo vel tres Consiliarii eligendi poterunt tres vel quatuor Bastonerios deputare, qui in causa dicti Ressorti possint *executionem* facere, prout à dictis duobus vel tribus deputandis à Rege recipient in manda-

Digitized by Google

mandatis. Si autem cæteri officiales Regis delinquant, contrahant, quoquo modo pignorent, vel quasi in dictis Civitate, terra & Baronia; vel etiam deputati *servientes* in casu ressorti extrà suum Officium, vel alii Officiales quicunque; possint puniri per Archiepiscopum & Capitulum antedictos, & omnis executio fieri, acsi in officio Domini Regis non essent; prædicti verò servientes etiam in casu *ressorti* deputandi executionem non facient contra subditos Archiepiscopi & Capituli prædictorum, nisi dictis Archiepiscopo & Capitulo existentibus in defectu; nec aliquis serviens vel Officialis in loco, in quo domicilium habebit, poterit aliquod officium exercere.

§. 14. Item Dominus Rex seu gentes suæ non poterunt tenere, nec tenebunt *Assisias* suas in locis prædictis, imò cessabunt omnino, nec aliquæ infra terminos dictæ Baroniæ imposterum alicubi tenebuntur, aliquem verò de commorantibus in Civitate, terra & Baronia ante dictis *in Burgesia sua recipere* non poterit nec debebit; qui dicti homines, qui sui Burgenses facti erunt, prædicta Burgensia non obstante, possint nihilominus justificari in omnibus per Archiepiscopum & Capitulum superdictos, quamdiu in terra dictorum Archiepiscopi & Capituli morabuntur.

§. 15. Item Dominus Rex quitabit ipsis omnes alias *gardas nonas*, & de aliis gardis ordinabunt Domini P. de Bellapertica Decanus Parisiensis & Archidiaconus Lugdunensis; nec aliquem morantem in dictis locis & infra terminos supra dictos poterit Dominus Rex recipere in gardia sua, nisi prout superius est expressum.

§. 16. Item quando fiet pignoratio ratione ressorti non extrahentur pignora vel vendentur extra terram vel Baroniam antedictas.

§. 17. Item Dominus Rex non impediet monetam cusam vel cudendam per ipsos, nec cursum monetæ per loca, per quæ expendi & currere consuevit, nec impediet, quin liberè possint uti pedagiis, guidagiis & libertatibus suis, & privilegia sua & libertates eorum confirmabit eisdem, & bona de novo privilegia eisdem gratiosè concedet.

§. 18. Item Rex concedet Archiepiscopo & Capitulo & Clericis & incorporatis in Ecclesia Lugdunensi, quod in Curia sua & Parlamento, & coram dictis Deputandis ab ipso, agendo & defendendo per Procuratorem Clericum vel Laicum admittantur.

§. 19. Item Dominus *Rex non poterit construere vel acquirere domum vel fortalitium, feodum, vel aliam gardam*, vel aliud infra terminos Baroniæ antedictæ; & privilegia concessa civibus Lugdunensibus à tempore contentionis motæ in præjudicium Archiepiscopi & Capituli revocabit & penitus annullabit, & nulla dabit eisdem in præjudicium Archiepiscopi & Capituli in futurum, *nisi de eorum consensu* processit.

§. 20. Item Archiepiscopus & Capitulum & familiares sui non impedientur *portare arma* infra loca prædicta in feodis & *retrofeodis* eorundem conservatione seu executione jurisdictionis suæ, pro prosequendis & puniendis rebellionibus & injuriis sibi factis. Si verò aliquis de terra Archiepiscopi & Capituli illicitè contra prohibitionem arma detulerit, per eos punietur, & emendam integraliter percipient ab eodem Archiepiscopus in terra & Baronia suis, Capitulum in suis; Illud idem de forensibus verò per dictos Decanum Parisiensem & Archidiaconum Lugdunensem ordinabitur, prout viderint ordinandum.

§. 21. Item ipsi & terra sua & habitantes in locis prædictis non subeunt in aliquo *Seneschallis & Baillivis* Domini Regis.

§. 22. Item Dominus Rex vel alius nomine suo non poterit inhibere generaliter vel specialiter, quo minùs ipsi vel quicumque habitantes infra loca prædicta possint deferre vel *extrahere res suas* quascumque, ubicumque voluerint per totam terram suam & alibi, quocumque sibi placuerit; hoc excepto,

Digitized by Google

excepto, quod prædicta portare non possint vel vendere inimicis Domini Regis postquam ipsis dicti inimici D. Regis fuerunt denuntiati; nisi contingeret pro expeditione Reipublicæ inhibitionem generalem super hoc per totum Regnum fieri,& tunc non possent deferre vel extrahere, nisi pro necessitate tantummodo *terrarum suarum, quæ sunt extra Regnum Franciæ constitutæ.*

§. 23. Item ipsi Archi-Episcopus & Capitulum, Clerici & incorporati in Ecclesia Lugdunensi,& morantes infra loca prædicta, non tenebuntur venire ad Parlamentum Domini Regis, nisi in casu ressorti, ut supra tantummodo.

§. 24. Item propter defectum juris Prælati vel singularis personæ, Ecclesia jurisdictione sua privari non poterit, nec in perpetuum, nec ad tempus, nec pro facto singularis & privatæ personæ poterit Capitulum pignorari, vel aliqualiter puniri.

§. 25. Item D.Rex ratione *superioritatis vel ressorti* nullas exactiones, *Taillas, Collectas, Complimentas ordinarias vel extr. subventiones* imponet,præter ea quæ in superiori articulo simili sunt expressa de subventione loquente; & nunquam nisi de consensu Archiepiscopi & Capituli processerit prædictorum.

§. 26. Item eisdem & eorum subditis quitabuntur & quitæ sunt & remittentur emendæ, offensæ, rebelliones, condamnotiones, contumaciæ & subventiones quæcumque, in quibus & Capitulum & eorum subditi teneri possent ex quacumque ratione vel causa usque ad diem hodiernam De debitis verò si quæ sint ordinabunt dicti Decanus Parisiensis & Archidiaconus Lugdunensis, prout viderint expedire.

§. 27. Item Archiepiscopus & Capitulum Lugdunen. in omnibus feodis & retrofeodis, & in omnibus locis infra terminos suæ Baroniæ constitutis & omnibus aliis, in quibus habent jurisdictionem omnimodam altam & bassam poterunt licitè acquirere sine *amortisatione* aliqua facienda.

§. 28. Item *vacante sede Lugdunensis* Ecclesiæ omnia emolumenta prædicta, quantum spectare poterunt ad Archiepiscopum Lugdunensem applicabuntur ipsi Ecclesiæ Lugdunensi pro ornamentis & thesauro ipsius Ecclesiæ reparandis.

§. 29. Item omnes constitutiones super regimine Regis & Regni Franciæ publice pro Ecclesiis promulgatas ad utilitatem & honorem Lugdunensis Ecclesiæ faciet Dominus Rex firmiter observari.

§. 30. Item singuli Baillivi Matisconen. & Vallavie, & Sen. Bellicadri, eorum judices, & Procuratores Regii tenebuntur jurare & in principio sui regiminis sic jurabunt, se servaturos integrè & fideliter omnia & singula supradicta.

§. 31. Item Dominus Rex & Successores sui in principio creationis eorum, quando Archi-Episcopus eis fidelitatem faciet, promittent bonâ fide se prædicta omnia & singula fideliter servaturos.

§. 32. Item super discordia dictorum Archiepiscopi & Capituli Lugdunensis & *omnium Civium* Lugdunensium sopienda, eligentur duo vel tres Viri idonei ex parte Archiepiscopi & Capituli Lugdunensis, & alii duo vel tres ex parte Civium predictorum, qui omnimodùm ab ipsis habeant plenam & liberam super terminandis omnibus potestatem.

§. 33. Item super omnibus oblitis, item super emenda damnorum & deperditorum Archiepiscopi & Capituli & subditorum ipsorum, & super omnibus aliis Capitulis, & super dubiis declarandis, quæ possent super statu Ecclesiæ Lugdunensis oriri, vel de novo, quomodolibet ad utilitatem Domini Regis Archiepiscopi & Capituli vel ad evitandum ipsorum incommodum, vel dedecus ordinari; constituti sint Domini Decanus Parisiensis & Archidiaconus Lugdunensis prædicti ad ordinanda, constituenda, declaranda dubia & omnia sopienda, qui omnia & singula poterunt plenariè ordinare, dubia declarare, & fine debito terminare, prout utrique parti melius viderint expedire. Si verò,quod absit dictos Dominos P. de Bella perticaDecanum Parisiensem &

Digitized by Google

Th. de Vaſaillaico Archidiaconum Lugdunenſem, vel eorum alterum exire contingeret ex humanis, antequam præſens tractatus votivum ſortiretur effectum & perfectius compleretur, alius loco dicti Domini P. Decani Pariſienſis per Dominum Regem & alius loco dicti Th. Archidiaconi Lugdunenſis executor per Archi-Epiſcopum & Capitulum debebit ſubrogari, & ſubrogabitur per eosdem; qui duo eamdem habeant & habebunt in omnibus & per omnia poteſtatem, qualem obtinent dicti Domini P. Decanus Pariſienſis & Th. Archidiaconus Lugdunenſis ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis præmiſſorum.

§. 34. Memoria ſit ſuper iſtis *articulis ponendis in gloſſa*, primo ſuper beneficiis vacantibus ſuper decimis, quod beneficia non dicuntur vacare in Eccleſia Lugdunenſi & aliis quibusdam ſuffraganeis, vel aliis ſubditis ejusdem conditionis. Item quod Decanus & non ſingulares perſonæ ſolvant decimam pro ſuo Capitulo. Item quod usque ad mille libras poſſint acquirere & in regno ſine amortizare annui redditus. Item quod Dominus Archidiaconus, Cantor & Sacriſta ſunt Clerici Regis. Item quod Archi-Epiſcopus ſit de conſilio Regis & ſucceſſorum ſuorum.

§. 35. Item quod ad omnia & ſingula emolumenta recolligenda habeat Rex tres milites, ut prædicti in Eccleſia Lugdunenſi, qui ea ſuo nomine perpetuò habeant recolligere, & alii tres vel duo nomine Archiepiſcopi & Capituli Lugdunenſis, & fundabit quamlibet militiam ſub centum libr. Turon. parvorum. Item quod extra manum ſuam nihil de prædictis ponat, & ſi fiat, non teneat. Item ſuper confratriis ſub pœna bonorum non faciendis, & in gloſſa ponendis & aliis quibusdam modicis articulis, qui non continentur in iſtis.

§. 36. Univerſis præſentes litteras inſpecturis *Petrus de Bella pertica Decanus Pariſienſis* à Domino noſtro Francorum Rege inter cætera ſpecialiter deputatus ad tractandum ordinandum & conveniendum cum gentibus & Procuratoribus venerabilium perſonarum Dominorum Archiepiſcopi & Capituli Lugdunenſis ſuper omnibus & ſingulis controverſiis, quæſtionibus actionibus & querelis inter Dominum noſtrum Regem Francorum & Dominos Archi-Epiſcopum & Capitulum antedictos ſuper contenta in articulis ſupra ſcriptis hactenus habitis & quavis occaſione ſubortis ſuper reſſorto & garda totius villæ & Civitatis Lugdunenſis, & terræ & Baroniæ Eccleſiæ Lugdunenſis citra Sagonam felicius ſopiendis; *notum facimus* nos præfati Regis nomine & pro ipſo omnia & ſingula in ſupra ſcriptis articulis ſerioſe contenta tractaſſe, ordinaſſe & ſpecialiter conveniſſe cum gentibus & Procuratoribus prædictorum Archi-Epiſcopi & Capituli Lugdunenſis, prout in ipſis articulis continentur; quæ omnia & ſingula rata & firma habemus & in veritatis teſtimonium ſigillum noſtrum duximus præſentibus litteris apponendum. Datum Sabatho ante purificationem beatæ Virginis, anno Domini 1305. Datum ſub ſigillo ipſius Domini Th. Archidiaconi per copiam anno Domini 1307, menſis Novembris ſeptimo die ejusdem. Eſt ſcellé d'un ſeel de cire verte.

XXX. *Declaratio Legatorum Brandeburgicorum circa pacta de eligendo Rege Romanorum, Popardiæ, 1308. feria ſexta ante Simonis & Judæ.*

NOs *Bercht. Comes de Henneberg, nec non Conradus de Rieda miles* Procuratores Illuſtrium Principum *Ottonis & Woldemari Marchionum Brandenburgenſium* ſuper futuri Roman. Regis Electionis negotio conſtituti, ad univerſorũ notitiam volumus pertinere; quod poteſtate nobis & mandato ab iisdem Marchionibus nomine eorum, nec non illuſtris Principis *Rudolphi Ducis Saxoniæ*, qui ſuum votum in Electione Romanorũ Regis ſibi competens in prædictum Ottonem Marchionem noſcitur tranſtuliſſe, datis, traditis & conceſ-

ſis;

Digitized by Google

sis; amicitiæ unionis & concordiæ fœdera cum illustribus Principibus *Rudolpho & Ludovico Comitibus Palatinis Rheni*, ut ipsi Regno Romano salubrius consulatur sic duximꝰ sineunda: videlicet quod illis promisimus & presentibꝰ promittimus corporali super hoc & in animas prædictorum Dominorũ nostrorum Marchionum præstito juramento, quod in Electione futuri Regis Romanorum unum cum ipsis esse debeamus, sic videlicet; quod quemcunqꝫ ex Principibus Ottone & Woldemaro Marchionibus Brandeburgensibus, nobili Viro *Alberto Comite*(*) *de Hanalt*, nec non Illustribꝰ Principibꝰ Rudolpho & Ludovico Comitibus Palatinis Rheni & *Friderico Duce Austriæ*, *plura vota de Principibus Ecclesiasticis Electoribus* habere contigerit, ille præferatur, & votis nostris eidem debemus adhærere, ipsum sine omni contradictione in Regem Romanorum eligendo, extra vero numerum prædictarum personarum non eligemus, nisi concurrentibus votis Comitum Palatinorum atque nostris.

§. 2. Sane est adjectum & juramento firmatum, quod si aliquem nostrorum Marchionum prædictorum vel alium ad nostram promotionem in Regem Romanorum eligi continget, præfatis Comitibus Palatinis in suo jure assistere, & ipsi nobis vice versâ & ipsorum contra omnes in perpetuo ** coadjutor. Est etiam promissum & juramento firmatum, quod si aliquem ex Marchionibus prædictis vel alium ad eorum promotionem in Regem eligi contigerit, quod prædictis Palatinis conferet omnia sua bona & eos in eisdem manutenebit & deffendet, & prædictos Comites Palatinos in possessione omnium bonorum, quæ Genitor eorum possedit, & in ea possessione, sicut tempore claræ memoriæ quondam Rudolphi Romanorum Regis possederunt, non molestabit nec turbabit. De expensis verò quæ contemplatione Electionis factæ fuerint, ad arbitrium Venerabilis Principis Domini *Joannis Episcopi Argentinensis* & nostri Bercht. Comitis de Henneberg locabuntur. Ad confinia verò Imperii & prædictorum Comitum officiales pacifici juxta arbitrium Argentinensis Episcopi & Bercht. (Berchtoldi)

§. 3. Est etiam juratum, quod nec illustribus Principibus *Ottoni & Stephano Ducibus Bavariæ* nec nobili Viro *Eberhardo Comiti de Wirtemberg* prædicti Marchiones, si quem ex eis eligi continget, adhærebit, vel aliquo genere copulationis & unionis unietur. Porrò promisimus & juramento firmavimus, quod illustribus Principibus *Friderico & Fratribus suis Ducibus Austriæ* omnia eorum bona & dominia, sicut eo tempore claræ memoriæ illustris quondam Domini Alberti Genitoris possederint, conferet, & eos in iisdem manutenebit & deffendet. Harum testimonio litterarum nostrorum sigillorum robore munitarum, Datum in Popardia, anno Domini millesimo trecentesimo octavo, feria VI. ante Simonis & Judæ Apostolorum.

(*) Videtur intelligi Albertus vulgo Senior Princeps vel Comes Anhaltinus.

XXXI. *Testamentum Caroli II. Siciliæ Regis, in quo masculi remotiores fœminis propioribus præferuntur in successione Comitatuum Provinciæ & Forcalquerii, itemque Pedemontis. Massiliæ* 16. *Mart.* 1308.

IN nomine Domini Amen. *Carolus secundus* Dei gratia Rex Jerusalem & Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ; Provinciæ & Forcalquerii ac Pedemontis Comes; Universis præsentis scripti seriem inspecturis. Lex Communis ab Adam conditioni humanæ fragilitatis indicta, mortem, rerum ultimam lineam, extremum terminum illi constituit, ipsamque inevitabili sorti fragilitatis solventis omnia sine aliqua personarum distinctione subegit; quæ licet in ea sit certa, indicta præfixi diei terminatione suspensa, frequenter se dulcibus annis inserens actus primordia præmaturè succidit, prevenit Infantiæ terminos, metas pubertatis anticipat, juventutis florem intempestivè decerpit, ac Principum spiritum auferens eorum consilia diutius maturata dissolvit. Et cum hominis status imbe-

Digitized by Google

cillis & tenuis unum diem vitæ ſuæ in poteſtate, quidve futura pariat dies ignorat, laxius ſemper vivendi ſpatium ſibi promittit, ut perſæpe ſpei promiſſione fruſtratus cautelam ſui & poſterorum diſpoſitionem debitam negligat, & improviſa naufragia periculoſæ mortalitatis incurrat. Preveniendus eſt igitur ordinatæ proviſionis remedio dies iſte, ut cum ejus tumultuoſa tempeſtas ingruerit, extremæ tollens diſpoſitionis arbitrium, per repentini caſus eventum diſponendi poteſtatem non auferat, & oblivionem ex ſupervenientis turbationis diſcrimine non inducat. Iis itaque proviſè penſatis, & in ſcrutinio libratæ conſiderationis adductis, Nos ſani corpore, mentis propria integritate ſinceri, tam pro noſtrorum remiſſione peccaminum, quam pro cautela etiam poſterorum & parentum noſtrorum animarum remedio, prout infra ſequitur, deliberavimus diſponendum.

§. 2. Imprimis inſtituimus heredem & univerſalem ſucceſſorem noſtrum in Regnis noſtris Jeruſalem & Siciliæ, Comitatibus Provinciæ & Forcalquerii ac Pedemontis, atque in omnibus aliis terris, juribus & actionibus noſtris *Robertum primogenitum noſtrum Ducem Calabriæ.* Si vero Dux ipſe decederet ſine liberis maſculis vel feminis, nobis viventibus aut vita functis, ſubſtituimus heredem noſtrum & ſucceſſorem univerſalem in omnibus prædictis Regnis, Comitatibus & terris illum ex liberis noſtris maſculum ſcilicet, qui juxta tenorem collationis factæ de Regno Siciliæ bonæ memoriæ Domino Patri noſtro per Sanctam Romanam Eccleſiam, ſuccedere debebit in Regno ipſo Siciliæ. Si vero ſecundum tenorem collationis ejusdem ad ſucceſſionem ipſius Regni Siciliæ factis fœmina vocaretur, quæcunqumque ſit & ex quocumque libero noſtro nata, in caſu illo ſubſtituimus illam heredem & ſucceſſorem in eodem Regno Siciliæ & Regno Jeruſalem ac aliis terris juribus & actionibus noſtris; *præterquam in prædictis Comitatibus Provinciæ & Forcalquerii ac Pedemontis* ac juribus & pertinentiis eorum omnibus; præter etiam quam in aliis terris noſtris queſitis & conquerendis extra Regna prædicta; in quibus Comitatibus ac prædictis aliis terris, in eo caſu ſcilicet ubi fœmina in dicto Regno Siciliæ ſuccederet, ut eſt dictum, ſubſtituimus *Philippum filium noſtrum Tarenti & Achajæ Principem,* ſi tunc ſupereſſet; & ſi tunc non viveret, ſubſtituimus in dictis Comitatibus ac pretactis terris queſitis & querendis dicto caſu unum de aliis filiis noſtris maſculis poſt eundem Philippum natis & naſcituris primogenitum; & ſi nullus de hujusmodi filiis noſtris poſt eundem Philippum natis aut naſcituris tunc ſupereſſet, ſubſtituimus unum de nepotibus noſtris maſculis natis aut naſcituris deſcendentibus ſcilicet ex viventibus nunc filiis noſtris maſculis, eum quidem qui ex noſtro majore natu filio primogenitus eſſet; & ſi è majore natu non ſupereſſet maſculus, ſubſtituimus in eodem caſu in ſupra tactis Comitatibus & terris primogenitum ex alio filio noſtro ſequenti, & ſuper ordinem de ſequentibus filiis noſtris ſi de priore non ſupereſſet maſculus, ſervato ordine quo ſupra in caſu ipſo nepos ex majore natu filio noſtro tunc ſuperſtes aliis nepotibus ex ſequentibus noſtris filiis præferatur. Si autem nobis viventibus Dux prædictus decedat relictis liberis maſculis vel feminis aut utriusque, natis aut naſcituris, & caſus eſſet, in quo ad ſucceſſionem dicti Regni Siciliæ non vocarentur ex tenore collationis prædictæ; ſubſtituimus ipſos liberos ejusdem Ducis in Ducatu Calabriæ, ſicut invenietur per nos ipſi Duci conceſſus, ita quod inter eos maſculus fœminæ & primogenitus preferatur; Ita quod idem primogenitus Fratribus & ſororibus teneatur providere juxta conſuetudinem & conſtitutionem Regni in talibus obſervatas, & in ipſa proviſione ſubſtituimus eisdem minores.

§. 3. Item relinquimus Jure inſtitutionis eidem Philippo filio noſtro

Digitized by Google

ſtro Principi Achaye & Tarenti ducentas uncias auri annuas ſolvendas ſibi in vita ſua tantum, de Camera Regis vel ſuper aliquibus Regni partibus aſſignandas, ultra principatus Achaye & Tarenti & terras alias ac proviſiones quas ex dono Celſitudinis noſtræ tenet. In quibus omnibus ipſum Principem inſtituimus heredem, &, ſi in vita noſtra decederet dimiſſis liberis maſculis vel feminis aut utriusque, natis vel naſcituris, ſubſtituimus ipſos libros ipſis Principatibus, & predictis terris, quas ſcilicet ex collatione noſtra perpetuo tenet vel tenebit tempore mortis ſuæ, majoris natu & ſexus maſculini inter eos prerogativa ſervata. Minores vero ex ordine ſubſtituimus in proviſione ipſis debita a principatibus & terris eisdem juxta conſuetudinem & conſtitutionem predictis.

§. 4. Item relinquimus jure inſtitutionis *Joanni & Petro filiis noſtris* Comitatus & terras, quas nunc tenent & habent in domo noſtra, qui ſi non valeant quatuor millia Unciarum, duo videlicet millia unciarum pro quolibet eorundem, ſuppleatur eis defectus in aliis *ex cadentibus dicti Regni*, & donec ſupplementum ipſum aſſequantur, recipiant illud annuatim de Camera noſtra in pecunia. Relinquimus etiam jure inſtitutionis aliis filiis noſtris ex præſenti vel alio matrimonio naſcituris, cuilibet ſcilicet eorundem pro ſe & ſuis heredibus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus annuum redditum duorum millium unciarum auri aſſignandum cuilibet ipſorum in Comitatu vel Comitatibus aut Baroniis, *dummodo titulum habeant Comitatus*, ita ſcilicet quod ipſi filii noſtri nati & naſcituri ſuo ordine hujusmodi aſſignationes recipiant, ſi ſimul non currerent omnibus vel pluribus eorum faciendæ. Et intendimus quod donec hujusmodi Aſſignationes fiant eis, recipiant de Camera Regia vel ſuper Regni proventibus in pecunia dictum redditum annuum duorum millium unciarum auri. Hoc ſalvo, quod ſi aliqui eorum eſſent impuberes, non teneatur heres Regni hujusmodi aſſignationem vel ſolutionem eis facere usque ad tempora pubertatis, dummodo eis provideat in alimentis & aliis neceſſariis competenter. Intendimus etiam quod omnes filii noſtri tam principes quam alii dictos principatus Achayæ & Tarenti, Comitatus, Baronias, Terras & proviſiones alias, quas in dicto Regno & ubicumque extra illud, quæ tamen ſunt de feudis ejusdem Regni habent & habebunt, *teneant in feudum in capite* à predictis Duce vel alio, qui erit heres & univerſalis ſucceſſor in predicto Regno Siciliæ, ſub debito militari ſervitio ac conſueto cenſu juxta tenores privilegiorum noſtrorum, quæ inde habent & habebunt.

§. 5. Item inſtituimus *Beatricem filiam noſtram* in dote & *dotario* ſuis, & in centum unciis auri ei ſemel ſolvendis. Item inſtituimus quamlibet filiarum noſtrarum viventium in dote data & in centum unciis auri ſimiliter illi ſolvendis. Similiter etiam inſtituimus Nepotes & Neptes noſtras ex quondam *Margarita Comitiſſa Valeſiæ filia noſtra* ſuſceptos in dotem ipſi quondam Margaritæ datam & in centum unciis illis ſimiliter exſolvendis, quæ quidem filiæ noſtræ nunc viventes, ſi in vita noſtra decederent inſtituimus ad hoc liberos remanentes ex eis. Si vero aliqua earum absque ſui corporis prole legitima moriretur, ſubſtituimus ei heredem & univerſalem Succeſſorem Regni predicti.

§. 6. Item relinquimus jure inſtitutionis *Carolo Nepoti noſtro, primogenito quondam primogeniti noſtri Regis Hungariæ* duo millia unciarum Auri ſemel & in Regno noſtro Siciliæ ſolvendarum. Item inſtituimus *Beatricem filiam dicti Regis Hungariæ* in dote ſibi per nos donata & in Trecentis libris Turon. parvorum ſibi ſemel exſolvendis. Item relinquimus jure inſtitutionis *Clementiæ filiæ Regis Hungariæ* pro dote octo millia unciarum Auri, ſed ſi voluerit religionem ingredi, inſtituimus eam in mille unciis ei ſemel ſolvendis.

§. 7. Item relinquimus *Mariæ Reginæ Conſorti noſtræ* quatuor millia unciarum

rum auri annua in vita ſua, pro jure & dotario ſuo, & volumus, quod præcipiat eas *infundito & Doanna* Neapolis, Terra Summæ & ſuper * ſerecia Apuliæ & alia terra quam tenet in dono noſtro, quas ſibi & propterea ſpecialiter obligamus, & volumus aſſignationem & perceptionem ipſam & per heredem & ſucceſſorem predictum eidem Reginæ inviolabiliter obſervari, habeatque pro habitatione ſua caſtra Capuan. de Neapoli Terram & Summæ *ita quidem quod Regina ipſa nihil petat nec petere poſſit in bonis illorum & nepotum ſuorum* deſcendentium ab inteſtato.

§. 8. Item volumus & mandamus, quod omnia male ablata per nos vel officiales noſtros, ſi tamen ablata ipſa ad noſtram Cameram vel curiam pervenerint, vel nobis mandantibus aut volentibus ablata ſunt, reſtituantur per executores noſtros. Item relinquimus duo millia unciarum auri eroganda pro maritagio orphanorum Virginum & aliarum pauperum honeſtarum ac ſuſtentatione aliarum miſerabilium perſonarum predicti Regni noſtri ac Comitatuum Provinciæ & Forcalquerii & Pedemontis predictis, videlicet mille in Regno & millia reliqua in Comitatibus ipſis.

§. 9. Item volumus & jubemus omnino perfici & compleri *Hoſpitale* quod per nos & ex proviſione noſtra *in balneis Puteoli* cœptum eſt & jam pro majori parte conſtructum pro refugio pauperum & infirmorum illuc venientium, ac emi & tradi lectos & aliam neceſſariam ſuppellectilem ad opus infirmorum ſeu pauperum usque ad centum. *Quod hoſpitale ſubdimus hoſpitali Sancti Spiritus de Roma*, & deputamus ſubſtentationi hujusmodi pauperum & infirmorum usque ad eundem numerum, pecuniam, quam homines Puteoli pro juribus & proventibus ipſius terræ Curiæ noſtræ ſolvere annuatim convenerint & debent, quæ per manus illorum, qui jura & proventus ipſos percipient, *ad Credentiam vel extalium* ſolvetur annis ſingulis per debitos terminos, preceptori vel illi qui præerit eidem hoſpitali, & ipſe preceptor ſeu Prepoſitus retineat ibi tot perſonas, quæ ſufficient ad ſervitium dictorum pauperum & infirmorum, in quorum ſubſtentationem & adminiſtrationem ejusdem hoſpitalis, & etiam pro ſuſtentandis & retinendis in ſtatu domibus hoſpitalis ipſius, convertet pecuniam ſupradictam, convenienter providendo eisdem pauperibus ac infirmis & miniſtris. Et ſi aliquando non occurreret, quod eis opus eſſet totam pecuniam ipſam expendere, quidquid ſupererit, convertet in meliorationem & avantagium hoſpitalis ipſius. Ipſe autem Preceptor ſeu *Prepoſitus ordinabitur per Magiſtrum dicti Hoſpitalis Sancti Spiritus*, & non admittetur ad adminiſtrationem in dicto hoſpitali faciendam, niſi prius dicto heredi & univerſali ſucceſſori vel ei qui per eum ſtatutus fuerit, juramentum preſtiterit de premiſſis fideliter obſervandis; & nihilominus ad cautelam duo probi homines ordinentur per curiam, qui videant, utrum convenienter provideatur dictis pauperibus & infirmis, & domus in ſtatu debito teneatur; & ſi forte predicta dictus Preceptor aut Prepoſitus non ſervaret aut alias minimè bene ſe gereret, Magiſter dicti Hoſpitalis Sancti Spiritus ad requiſitionem dicti heredis teneatur eum amovere, & alium idoneum ſubrogare, & quilibet Preceptor ſeu Præpoſitus faciat ingreſſum ſuæ adminiſtrationis in teſtimonio publico, & præſentibus dictis duobus probis hominibus, inventaria conſimilia de omnibus bonis & rebus Hoſpitalis ipſius quæ recipiet, & in quo ſtatu hoſpitale ipſum inveniet, quorum unum ſibi retineat, & aliud curiæ dicti heredis aſſignet; reſervato heredi prædicto, quod ſi voluerit redditus & proventus dictæ Terræ in ſuis manibus retinere, id facere poſſit, dato tamen prius dicto Hoſpitali ſimili redditu in locis convenientibus & vicinis; volumus etiam & ordinamus, quod Hoſpitale ipſum nullo unquam tempore detur alicui in beneficium, & ſi fieret nec revocaretur adminiſtratione dicti heredis noſtri per illum qui faceret aut ſuperiorem, ex nunc ut ex tunc eidem Hoſpitali adimimus

Digitized by Google

adimimus dictam pecuniam jurium, reddituum & proventuum dictæ terræ vel alium quemcumque redditum, quem per nos vel heredem prædictum de predictis ex cambio vel aliàs haberet & ipsos in dicto casu transferimus ad heredem eumdem, qui ea possit propria authoritate recipere in ipso casu & retinere absque alicujus licentia vel assensu, & sub hac conditione intelligimus & intelligi volumus donationem, & assignationem dictorum reddituum eidem hospitali esse factam. Pro Capella vero quæ jam in ipso hospitali facta est pro divinis celebrandis, nullos redditus assignamus, sed volumus, quod dictus Præceptor uni Capellano & uni Clerico retinendis ibidem ministret alimenta & alia necessaria competenter.

§. 10. Item volumus & mandamus quod gabella *Niciæ* deputata per nos operi, quod fieri facimus *in sancto Maximino*, nec non & provisiones & assignationes factæ per nos pro operibus *sancti Nicolai de Baxo & Ecclesiæ Civitatis Sanctæ Mariæ*, usque ad complementa ipsorum operum absque impedimento vel interruptione aliqua dimittantur. Item volumus & expresse mandamus, quod omnia quæ ordinavimus huc usque & in antea nos ordinare contingeret pro ipso loco Sancti Maximi & fratribus qui sunt & esse debent ibidem, & pro *Monasterio Beatæ Mariæ de Nazaret de Aquis* per nos fundato, & omnes concessiones per nos eidem loco & fratribus, Monasterio & Sororibus factæ & faciendæ, per illum qui erit hæres in dictis Comitatibus Provinciæ & Forcalquerii tenaciter & inviolabiliter observentur. Volumus etiam quod Prior & Moniales dicti Monasterii certas pecuniæ summas, quas per manus ejusdem Prioris conventus fratrum Predicatorum dicti loci Sancti Maximi Conventibus Religiosorum dictæ civitatis Aquensis, videlicet Fratrum Predicatorum, Minorum, Heremitarum Sancti Augustini & Carmelitarum, annis singulis pro elemosina & sustenatione ipsorum ordinamus erogari, de redditibus per nos eidem Monasterio assignatis vel imposterum assignandis, juxta tenorem privilegiorum seu litterarum nostrarum factarum exinde seu faciendarum, in antea absque deffectu solvere teneantur.

§. 11. Item volumus & mandamus, quod pro opere Capellæ Castri novi de Neapoli de mandato & provisione nostra incepta, tradatur usque ad ejus complementum pecunia opportuna, quodque ordinatio ipsius capellæ ac alia eam tangentia serventur, & fiant prout in privilegiis inde factis vel faciendis distinctius exprimetur.

§. 12. Item ubicumque nos mori contingat, volumus & eligimus *sepulturam* corporis nostri in Ecclesia predicti Monasterii beatæ Mariæ de Nazaret de Aquis, ubi scilicet convenientius fuerit, ita quod si in regno vel ubicumque alibi in posse dicti heredis & successoris in eodem Regno nos mori contingat, teneatur heres ipse intra biennium ossa nostra facere ad Ecclesiam ipsam deferre, inibi tumulanda; qui si in hoc esset negligens & remissus *in pœnam* ejus adimimus sibi Comitatus prædictos Provinciæ Forcalquerii & Pedemontis, & eos transferimus in eo casu in eum ex liberis nostris, qui esset primogenitus post eum. Volumus etiam quod interea Corpus nostrum tumuletur in Ecclesia Sancti *Dominici* de Neapoli fundata in honore Beatæ Mariæ Magdalenæ.

§. 13. Item volumus & mandamus, quod *Testamenta Domini Patris & Dominæ Matris nostrorum mandentur executioni*, & id quod ordinatum est per eos fieri in Regno, fiat per predictum heredem & successorem in eodem Regno, & quod ordinatum est fieri in Provincia, fiat per illum, qui erit heres seu successor in predictis Comitatibus Provinciæ & Forcalquerii; & quod Executores nostri una cum Executoribus dictorum Parentum nostrorum debeant dicta testamenta executioni mandare; & quicunque eorum possint melius & commodius hoc facere faciant.

§. 14. Item

Digitized by Google

§. 14. Item omnibus familiaribus quibus proviſum eſt per nos in annuo redditu, & nondum ſunt aſſignatæ proviſiones in terra, dictus heres & univerſalis ſucceſſor in Regno Siciliæ *ex cadentiis, & bonis fiſcalibus* ejusdem Regni quæ non ſint *de domanio*, debeat & teneatur facere aſſignationem juxta tenorem & formam litterarum noſtrarum eis exinde conceſſarum. Item volumus ordinamus & mandamus, quod omnibus familiaribus noſtris qui tempore mortis noſtræ invenientur in *Comitiva* vel in ſervitiis aliis noſtris eſſe, aut qui apud hoſtes noſtros capti tenerentur, illis ſcilicet quibus per Dominum Patrem noſtrum aut nos de Terra vel aliis redditu proviſum non eſt, per predictum heredem & univerſalem ſucceſſorem in regno ſuper *excadentiis* & bonis fiſcalibus dicti regni provideatur hoc modo; ſcilicet *cuilibet militi de annuo redditu quadraginta unciarum auri*, & ad hereditagium; cuilibet *ſcutifero nobili & de genere militari* de annuo redditu viginti unciarum auri ad hereditagium; *ſcutifero vero qui de genere militari non eſſet*, de annuo redditu duodecim unciarum ad hereditagium; cuilibet pediti dentur ſimiliter in pecunia ſemel ſolvendæ unciæ auri ſex; & nihilominus illi familiarium predictorum qui ad hoc apti & habiles fuerint, teneantur & ſint de hoſpitio heredis & ſucceſſoris predicti.

§. 15. Item relinquimus fratribus Predicatoribus & *Minoribus* Capellæ noſtræ, qui erunt tempore mortis noſtræ, equos deputatos *ad equitatum* eorum & *arneſium* quod aſſignatum fuiſſet eis à curia noſtra. Item duobus fratribus Minoribus ejusdem Capellæ noſtræ, qui eſſent ſeu erunt tempore mortis noſtræ, principali libras quinquaginta & ſocio ejus *libras viginti reforciatorum*. Capellanus & Clericus Capellæ noſtræ qui invenientur tempore mortis noſtræ & quibus per nos vel alium proviſum non eſſet de Eccleſiaſtico Beneficio, cuilibet Capellano libras quinquaginta, Clerico vero libras quadraginta ſemel ſolvendas.

§. 16. Item Coronam noſtram, Sceptrum, *pomum*, *faudeſtorium*, & alia jocalia precioſa, Regalia, nec non *Vayſſella* & ornamenta Capellarum noſtrarum & omnia alia mobilia noſtra, non derogando prioribus, relinquimus dicto Duci vel alii univerſali ſucceſſori in Regno, deductis tamen debitis noſtris ſive ære alieno.

§. 17. Item volumus & mandamus, quod omnes donationes & conceſſiones factæ per Dominum Patrem noſtrum in nos & per nos in antea faciendæ quibuscumque perſonis *Gallicis*, *Latinis*, *Provincialibus*, & aliis cujuscunque nationis, ſive laici ſint, ſive clerici cujuscunque ſtatus & conditionis exiſtant, irrevocabiliter obſerventur eis & ſucceſſoribus eorum per dictum Ducem & ſucceſſores ſuos ſeu alium ſuccedentem nobis in Regno & Comitatibus ſupradictis, & conceſſiones & donationes easdem ad ſimplicem requiſitionem illorum quibus factæ fuerint, approbare & confirmare teneantur expreſsè.

§. 18. Item volumus quod ea, quæ ordinata ſunt per dictum Dominum Patrem noſtrum & nos pro bono ſtatu Regni Siciliæ & Comitatuum predictorum per heredes & ſucceſſores noſtros inviolabiliter perpetuo cuſtodiantur & ſpecialiter pro favore Eccleſiarum. Item volumus & mandamus quod *ſi Collecta Generalis* quæ conſuevit imponi ſingulis annis in Regno Siciliæ *probetur indebita, nullomodo imponatur* nec exigatur per heredes & ſucceſſores noſtros. Item volumus & mandamus quod civitates, caſtra & caſalia Calabriæ, vallis gratis, Baſilicatæ Principatus & aliarum partium Regni quæ deſtructa ſunt devaſtata & diminuta in proximè preterita guerra pro fide noſtra ſervanda, habeant immunitatem à collectis & omnibus, quæ imponentur per Curiam noſtram pro tempore in parte vel in totum ſecundum heredis executorum noſtrorum predictorum arbitrium. Item volumus quod omnia debita in quibus tenemur mercatoribus & ſocietati *buceuſorum*

de

Digitized by Google

de Luca integraliter reſtituantur eisdem. Item volumus quod dictus Dux vel quicumque ſucceſſor noſter ſicut univerſalis ſucceſſor & hæres teneatur ad omnia debita noſtra, & alii liberi noſtri non teneantur ad ipſa debita; & ſi hæres ſpecialis eſſet in Comitatibus Provinciæ & Forcalquerii ac Pedemontis, heres ipſe ad illa debita quæ in eisdem Comitatibus fuerint teneatur.

§. 19. Item relinquimus pro *caſſia & tumulo* faciendis pro corpore bonæ memoriæ *Ludovici Epiſcopi Tholoſani filii noſtri* duo millia librarum parvorum Turonenſium. Item declaramus & volumus, quod omnia ſupradicta per nos legata & relicta in pecunia ſemel ſolvenda ſolvantur per dictum heredem & ſucceſſorem univerſalem tam regni Siciliæ quàm dictorum Comitatuum Provinciæ & Forcalquerii & Pedemontis. *Sed ſi ſpecialis heres eſſet in eodem Regno, teneatur ad tres partes, & qui erit in eisdem Comitatibus ad quartam partem legatorum* & relictorum ipſorum. Et ſecundum eamdem diviſionem prædicta duo millia unciarum eroganda, ſicut ſupra expreſſum eſt pro maritagio orphanarum Virginum & aliarum pauperum honeſtarum ac ſuſtentatione aliarum miſerabilium perſonarum Regni & Comitatuum Provinciæ & Forcalquerii ac Pedemontis, dentur & erogentur pro tribus partibus per heredem Regni, & quarta per heredem Comitatuum prædictorum; ſalvo quod dictum eſt ſupra de diviſione duarum millium unciarum predictarum pro maritagio orphanarum, Virginum & aliarum ut predictum eſt perſonarum.

§. 20. Item ſi contingat illum qui ſecundum modum & ordinationem ſuccedet prædictum in predictis Comitatibus Provinciæ & Forcalquerii ac Pedemontis, absque liberis decedere, & relinquat fratrem vel fratres aut ſorores vel utrosque, in caſu ipſo ſubſtituimus in ipſis Comitatibus fratrem ſuum primogenitum, & ſi fratrem aliquem non haberet ſubſtituimus nepotem maſculum primogenitum qui ſupereſſet ex fratre majore natu, & ita per ordinem de nepotibus deſcendentibus ex aliis fratribus, habendo reſpectum quod nepos primogenitus ex fratre primo natu aliis nepotibus preferatur; & in defectu nepotum eodem modo ſubſtituimus pronepotes ex fratrum maſculorum linea deſcendentes; in *defectu* vero nepotum & pronepotum *maſculorum ſubſtituimus ſororem dicti ſuccedentis* in predictis Comitatibus *quæ tunc inveniretur innupta & eſſet habilis ad nubendum*, & ſi plures Sorores eſſent innuptæ, primogenita præferatur; in *defectu vero innuptarum ipſarum ſubſtituimus Sororem nuptam* majorem natu; & in defectu Sororum omnium præmiſſarum nuptarum & innuptarum ac habilium ſubſtituimus nepotes ſeu pronepotes, in defectu nepotum, ſeruato gradu matrum nepotum hujusmodi, ut deſcendentes ex majore natu deſcendentibus ex aliis minoribus preferantur, prerogativa etiam primogenituræ ſexus maſculini inter deſcendentes ipſos ſervata. Eodem modo ſubſtituimus in defectu nepotum & neptium, ipſorum pronepotes vel proneptes in eorum defectu ex ipſis Sororibus deſcendentes.

§. 21. Item volumus & declaramus quod omnes & ſingulæ *ſubſtitutiones* ſupra factæ intelligantur *directæ*, in caſu in quo jure directe valere poſſunt, & hæ ut vulgaris vel pupillaris, in aliis vero caſibus eas volumus intelligi *fideicommiſſarias*, & illo jure valere. Item ſi contingeret nobis in continenti aut vita functis aliquam vel aliquos natos vel naſcituros apparere, qui prætextu preſens noſtrum poſſent *nullum reddere vel rumpere teſtamentum*, illum, & eorum quemlibet inſtituimus in quingentis libris Turonenſium ſibi ſolvendis. Item ordinamus & precipimus quod *non detrahatur Falcidia vel Trebellianica* de legatis ſeu relictis ſingulariter & univerſaliter in preſenti noſtra diſpoſitione ſeu teſtamento.

Digitized by Google

§. 22. Et hanc ultimam voluntatem noſtram perpetuo volumus firmiter obſeruari, quam valere volumus jure teſtamenti, & ſi non valet vel valeret impoſterum quocumque caſu præteritionis nati vel poſtumi aut alio jure, valeat *jure codicillorum* aut cujuslibet alterius ultimæ voluntatis, non obſtante quacunque alia ultima voluntate ſeu *diſpoſitione noſtra jam facta* quocumque nomine cenſeatur, quam quidem ex nunc irritamus, *revocamus* & annullamus, expreſsè etiam ſi ſupradictæ voluntati ſeu diſpoſitioni eſſent *verba derogatoria* appoſita, quæ utique ex certa ſcientia revocamus & annullamus, nec habere volumus firmitatem, ita quod pro ea nullum fiat prejudicium huic noſtræ ultimæ voluntati præſenti. Et ſi contingat nos in futurum eligere aut in preteritum elegiſſe ſepulturam noſtram alibi, quam in Eccleſia ſupra dicta interveniente ſcriptura vel ſine ſcriptura, quidquid inde pro tempore retro lapſo electum eſſet vel ordinatum in contrarium de ſepultura ipſa, preſentialiter revocantes, quidquid etiam per nos eligi inde contingeret in antea valere volumus, niſi cum ſcriptura electio ipſa fieret in qua predictus articulus de ſcripturis noſtris pretactis de verbo ad verbum inſeretur.

§. 23. Item volumus & ordinamus preſentis noſtri *Teſtamenti* ſeu ultimæ diſpoſitionis *Executores*, venerabiles in Chriſto patres Dominos J. Sanctorum Marcellini & Petri Presbyterum, G. Sancti Nicolai in carcere Tuliano Cardinales & prefatam *Reginam Conſortem noſtram*, Carolum Valeſiæ, Alanſoni & Andegaviæ Comitem *Generum noſtrum*, predictum Robertum Ducem Calabriæ primogenitum ac Philippum Achajæ & Tarenti Principem natos noſtros, venerabiles in Chriſto Patres Archiepiſcopum Aquenſem, qui erit pro tempore, & J. Forojulienſem Epiſcopum; viros nobiles Ermengarium de Sabrano, Comitem Arian. Mag. juſtitiarium Bartholomæum, Siginulphum Tholoſie Comitem magnum Camerarium, Guillelmum Eſtendardum Conneſtabulum, Bartholomeum de Capua *Logothetam protonotarium*, Hugonem de Baucio Seneſchallum ejusdem Regni, Joannem Pipinum de Barolo militem magnæ Curiæ noſtræ Magiſtrum Rationalem, Seneſchallum Provinciæ qui pro tempore fuerit; Joannem Cabaſolem militem Magiſtrum Rationalem ejusdem magnæ curiæ noſtræ, Priores provinciales ordinis fratrum Prædicatorum qui erunt pro tempore in eodem Regno Siciliæ citra Farum, ac in Comitatibus Provinciæ & Forcalquerii ſupradictis; Priores qui erunt in dictis conventu Sancti Maximini & Monaſterio Beatæ Mariæ de Nazaret de Aquis; dantes eis plenam & generalem liberam poteſtatem agendi & deffendendi pro nobis & juribus noſtris & alienandi bona noſtra, in quantum expediet pro executione diſpoſitionis noſtræ, propria autoritate recipiendi & obtinendi bona noſtra ſeu poſſeſſionem bonorum noſtrorum in alium transferendi, in negligentiam heredis noſtri ſeu heredum noſtrorum, pro executione eis commiſſa.

§. 24. Volentes & ordinantes quod tres ex dictis executoribus habeant poteſtatem exequendi ſecundum modum prædiſtinctum; & ſi alii intereſſe non poſſent aut nolent; etiam duo vel unus ex eis; ita tamen quod illi qui exequentur ea quæ ſunt exequenda in Regno, habeant requirere conſilium & conſenſum ſuper illis omnibus exequendis prefatæ Reginæ Conſortis noſtræ, Bartholom. de Capua & Joannis Pipini prædictorum vel alicujus eorum in hoc ſuperſtitum, in his vero quæ ſunt in Provincia exequenda habeant requirere conſilium & aſſenſum Priorum Loci Sancti Maximini & Monaſterii predictorum, qui erunt pro tempore vel alicujus eorundem; & in alienationibus fiſcalium ſi fieri continget, trium ad minus executorum ſi ſuperſint, conſenſus & conſcientia requiratur.

§. 25. In cujus rei teſtimonium & cautelam præſens ſcriptum publicum duplicatum per manus infra nominati Notarii fieri juſſimus, aureæ

Bullæ

Digitized by Google

Bullæ impreſſæ Majeſtatis noſtræ Typario, ac etiam ſigilli noſtri appenſione munitum. Et hoc ad abundantiorem Cautelam; ut ſi forte caſu accideret aliquo ſigillum aut Bullam ipſam frangi vel quomodolibet devaſtari, altero in ſufficiente ſui integritate manente, indubitata nihilominus fides eidem ſcripto debeat adhiberi. Actum Maſſiliæ preſentibus venerabilibus in Chriſto patribus prenominato J. Forojulienſe, P. Vencienſe Epiſcopis, ſupra fato Hugone de Baucio Regni Siciliæ Seneſchallo, Magiſtro Guillelmo Ebrardi Archidiacono Aquenſi Vicecancellario noſtro, fratre Jacobo de fuſiniano, Electo Civitatis Sanctæ Mariæ, Richardo de Gambateſa prædictorum Comitatuum Provinciæ & Forcalquerii Seneſchallo, jam dicto Joanne Cabaſola Magnæ Regiæ curiæ magro. Rationali, & fratre Jacobo de Corua Eleemoſinario noſtro, teſtibus premiſſorum ad hoc per nos vocatis ſpecialiter & rogatis. Et datum ibidem per eundem Magiſtrum Guillelmum Ebrardi Anno Domini Milleſimo trecenteſimo octavo, die ſexto decimo Martij ſextæ Indictionis, Regnorum noſtrorum anno viceſimo quarto. Et ego Petrus Fiabi clericus Petragoricen. dioceſis, ubique per Regnum Siciliæ & Comitatus eosdem Provinciæ & Forcalquerii ac Pedemontis & Terras alias Regias Publicus Regia authoritate notarius, premiſſis omnibus & ſingulis una cum teſtibus prenominatis interfui, & vocatus ac requiſitus per ipſum Dominum noſtrum Regem, ea omnia propria manu ſcripſi & in hanc publicam formam redegi, ſignoque meo conſueto ſignavi. Extraict des Archiues du Roy en Provence & du Regiſtre intitulé Copiæ Teſtamentorum Regum Siciliæ & Comitum Provinciæ fol. LVI. & ſuivans, & fut iceluy collationné par moy Conſeiller du Roy, Auditeur & Secretaire de ſa Majeſté ſoubz ſigné Magnan.

XXXII. *Mandatum & plena poteſtas data ab Henrico VII. Rege Romanorum ad tractandum cum Philippo Rege Galliæ Thuregi (id eſt* Tiguri *ut videtur) Sexto Kal. Maji.* 1310.

Henricus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis præſentes literas inſpecturis gratiam ſuam & omne bonũ. Notum ſit omnibus, quod nos nobilem Virum Johannem de Flandria Comitem Namurcenſem fidelem & conſanguineum noſtrum dilectum, Simonem de Marvilla legum Profeſſorum Teſaurarium Metenſem, Magiſtrum Henricum de Geldon. & Albericum de Faucheriis Clericos & dilectos noſtros, & *ipſorum quemlibet in ſolidum, ita quod non ſit conditio melior occupantis*, noſtros facimus conſtituimus & ordinamus veros legitimos & indubitatos Procuratores & Nuntios ſpeciales ad compromittendum pro nobis nomine noſtro, cum magnifico Principe Philippo Rege Francorum illuſtri amico noſtro cariſſimo; ſuper omnibus quæſtionibus ſeu diſcordiis motis & movendis tam per nos & prædeceſſores noſtros Romanorum Reges contra prædictum Regem Franciæ & ſuos in Regno prædeceſſores, quam per ipſum & prædeceſſores ſuos contra nos & prædeceſſores noſtros prædictos, quacunque occaſione ſeu cauſa nec non ad tractandum ſeu ordinandum ſuper mutuis amicitiis & confoederationibus inter nos ex una parte & dictum Regem Franciæ ac ſucceſſores ſuos in Regno ex altera contrahendis; & ſuper quibuscunque aliis negotiis nos & regnum noſtrum ex una parte, & dictum Regem & ſuum Regnum ex altera tangentib9; & etiam *ſuper Comitatu Burgundiæ ratione Philippi Nati ipſius Regis & Johannæ Conſortis ejusdem;* ac dictum *compromiſſum* prædictosque tractatus & ordinationes perficiendi, firmandi & complendi, nosque & regnum noſtrũ obligandi pro præmiſſis, compromiſſo, tractatibus & ordinationibus firmandis, tàm per juramenta, quàm alia, tenendis complendis & à nobis & a noſtris inviolabiliter obſervandis; & faciendi ſupra præmiſſa & quodlibet præmiſſorũ, quicquid veri & legitimi Procuratores poſſent facere in promiſſis; dan-

Digitized by Google

tes eisdem Procuratoribus noſtris ſeu nuntiis ſpecialibus & cuilibet eorum in ſolidum, ita quod non ſit conditio melior occupantis, ſpeciale mandatum, nec non plenam, generalem & liberam poteſtatem in præmiſſis & præmiſſa tangentibus ac quomodolibet pertinentibus ad præmiſſa; promittentes bona fide, nos ratum, gratum & firmum nunc & in perpetuum habituros, quidquid per dictos Procuratores & eorum quemlibet in ſolidum in præmiſſis & quolibet eorundem & dependentibus ab eisdem factum, compromiſſum, tractatum, ordinatum, confœderatum & obligatum eſt, firmatumque juramento vel erit aut fuerit in futurum ſeu etiam procuratum. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras Majeſtatis noſtro ſigillo juſſimus communiri. Datum Thuregi, ſexto Kalendas Maji, Indictione octava, Anno Domini, Milleſimo trecenteſimo decimo, Regni verò noſtri anno ſecundo.

XXXIII. *Conventions accordées entre les Procureurs de l'Empereur* Henry VII. *& ceux de* Philippe le Bel *Roy de France, par leſquelles il eſt dit, que le fils du Roy reconnoiſtra la Comté de Bourgogne comme fief de l'Empire, & que les autres controverſes entre l'Empire & la France ſeront terminées par un compromis. Paris. Vendredy, apres S. Jean Baptiſte* 1310. *La procuration du Roy Philippe donnée à Liury* 23. *Juin.* 1310. *y eſt inſerée.*

A Tous ceux qui verront ces preſentes Salut en noſtre Seigneur. Sçavoir faiſons à tous, que nous ſcachans certainement, & attendans les tres grandes amitiez & affections, que nos Seigneurs ont eues enſemble par tout le temps paſsé & ont à preſent le grand deſir encores & la grand volonté, en quoy ils ſont, que les dites amitiez puiſſent perſeverer & durer à tousjours; regardant de rechef, que par l'union de l'amitié & par vraye pure & leale alliance d'amour qui ſoit faicte d'entr'eux, apparent clairement & ſe peuvent enſuivre tres grans biens, grans profits & honneurs non pas tant ſeulement aux Roys deſſusdits & à leurs Royaumes, mais avec ce à toute la Chreſtienté.

§. 2. Nous qui quant à toutes ces choſes deſſusdictes & à chacune d'icelles faire, traicter, ordonner & accorder avons plein pouvoir, mandement & autorité de nos devant dicts Seigneurs au nom d'iceux pour eux & pour leus Succeſſeurs ſelon ce qui eſt y deſſoubz eſcrit, & au nom de leurs Royaumes avons faict, traicté, ordonné & accordé enſemble, faiſons ordonnons, traictons & accordons que de ce que li uns desdicts Seigneurs leurs predeceſſeurs ou leurs gens auront ſurpris ſus le Royaume de l'autre, *ils prendront ſix perſonnes grans gens, & preudes hommes autant d'une partie, comme d'autre, qui enquerront & cognoiſtront desdictes ſurpriſes* en quelque partie, que ce ſoit des Royaumes; & auront pouvoir de declarer & determiner ce qui ſera trouvé par eux; & s'il advenoit, qu'aucun des preudes hommes mouruſt, cil qui li auroit mis en mettroit ung autre en tel lieu de luy, qui auroit un tel pouvoir, comme cil, qui mort ſeroit avoit; *& ſe les ſix dicts preud'hommes eſtoient à deſcord, ils de leur commun aſſentement à accord eſliroient un ſeptieſme*, & la ou li trois des ſix ſeroient avec le ſeptieſme, li quatre en determineroient, & ſeroit tenu en ce, que ils en feroient, & durera leur pouvoir juſques à cinq ans tant comme aux ſurpriſes, que ils auroient trouvées, dont ils ſeroient chargié.

§. 3. Et ſe il avenoit, que aucunes ſurpriſes ſe feiſſent de nouveau cas, pour

Digitized by Google

pour ce ne mouvroient pas lesdits deux Seigneurs guerre l'un à l'autre mais en corps en connoiſtroient & determineroient ceux qui par eux ſeroient avant pris pour cognoiſtre desdits beſoignes; ne pour les ſurpriſes qui faictes ſeroient pour le temps paſſé, ne pourroient mouvoir ne faire guerre lesdicts deux Seigneurs l'un à l'autre; tant comme cil, qui l'en diroit, qu'ils auroient faictes lesdites ſurpriſes, ſeroit appareliez de faire raiſon l'un à l'autre par grans & bonnes gens, qui mis y ſeroient d'une partie & d'autre, autant d'une partie comme de l'autre, & ſe cil, qui mis y ſeroient, ne pouvoient accorder, *ils prendroient un moien tiers ou cinquiesme ou ſeptiesme*, ſi comme deſſus eſt dict. Et ſeront tenus chacun des deux Seigneurs â contraindre ceux, qu'ils auroient esleuz pour leur partie d'aller avant, ou determiner ſur ces beſognes, & ſe les perſonnes esleues n'eſtoient à accord, chacun des deux Seigneurs contraindroit ceux de ſa partie à eslire le tiers, le cinquiesme ou le ſeptiesme moien, pour eux accorder en la maniere deſſusdicte.

§. 4. Item nous ez noms deſſusdicts avons faict, ordonné & accordé enſemble, que li uns desdicts Seigneurs ne ſurprendra ſur le Royaume de l'autre ne fera ſurprendre à ſon eſcient, & que ils le promettront l'un à l'autre en bonne foy. Item nous avons traicté, ordonné & accordé enſemble, que li uns ſera bon à l'autre ſans fraude & ſans malice à quelque eſtat que il vieigne contre tous, exceptée l'Egliſe de Rome, & que li un n'empeschera l'honneur, l'eſſencement, le droict, ne le proffit de l'autre en quelque maniere que ce ſoit. Item que li un ne pourchaſſera à l'autre mal grief, ne nuiſſance en nulle maniere, que il le puiſſe ſçavoir ne connoiſtre; ains plaira l'honneur & le proffit de l'un à l'autre, & ſeront aidant & confortant l'un à l'autre contre tous exceptée l'Egliſe de Rome. Item nous ez noms de nos Seigneurs deſſusdicts & pour eux avons traicté ordonné & accordé enſemble, que ſe ledict Roy d'Allemagne eſtoit Empereur, & il vouloit *mettre en Roy en Allemagne ou ailleurs* la ou il pouiſt faire, ez aisles ou ez frontieres du Royaume de France; il les feroit convenientier & jurer, que ils ſeroient bienveillans du Roy de France ou alliez à luy, & que ils garderoient & tendroient les alliances & toutes les choſes deſſusdictes. Et encore ſe il y faiſoit ou mettoit Duc, Comte, Prince ou autres grans Gouverneurs & Adminiſtrateurs, il les feroit promettre ou jurer à eſtre bienveillans du Roy de France, & à tenir les alliances deſſus dictes & toutes les autres choſes cy deſſus accordées. Et en cette meſme maniere le feroit le Roy de France, ſe il en mettoit ez frontieres du Royaume d'Allemagne & ſeroit auſſi alliez aux Roys, que ledit Roy d'Allemagne, qui ores eſt, qui ſeroit Empereur auroit mis en Allemagne ou ailleurs es frontieres du Royaume de France. Et pour ce ne demeurroit, que le Roy d'Allemagne, qui ores eſt, qui ſeroit Empereur, ne fut tenu à garder au Roy de France & à ſes Succeſſeurs l'alliance, l'amour & toutes les choſes deſſusdictes & chacune d'icelles, & le Roy de France & ſes Succeſſeurs, audit Roy d'Allemagne, que y cil Empereur auroit promis.

§. 5. Item nous ez noms deſſusdicts & pour eux avons traicté ordonné & accordé, que ledit Roy d'Allemagne receura Monſieur *Philippes fils du Roy de France* comme *Comte de Bourgogne* en ſon hommage plenement & clerement comme dou droict dou dict Monſieur de la Comté de Bourgogne, de ce & tout en la maniere, que ſes devanciers, & en enfourmera cil Monſ. P. le Roy d'Allemagne au jour de la veue, qui ſe doict faire par lettres ou par tesmoins; en maniere, qu'il debvra ſouffire *au regard* de M. Louys Comte d'Eureux & de Meſſ. Jean Comte de Naymur; & ſera ſur ces dits Meſſire d'Eureux & de Naymur à regarder & ordonner, *quelle* ayde ledit Monſ. P. fera audit Roy d'Allemagne pour ſon voyage de outre les mons, & quieules graces ledit Roy d'Allemagne fera audit Monſieur P. & en determineront au jour de la

Digitized by Google

veue; & donra le Roy d' Allemagne ſes lettres ouvertes audict Monſieur P. que il le donra toute la faveur, que il pourra ſans ſoy meffaire, en gardant audict Monſ. P. ſa Comté de Bourgogne. Item il eſt traicté de nous ordonné & accordé es noms deſſusdicts, que li Roy d' Allemagne met ledit S. P. en ſa ſouffrance, ſe que ledit Monſieur P. y eſt de maintenant jusques au jour de la veue, & ſe ladite veue ne ſe feroit ſi demeure lys M. P. en la ſouffrance du Roy d' Allemagne jusques à ſa volonté & donra ly Roy d' Allemagne audit M. P. jour ſouffiſant & convenable; & ſe lettres apparent de luy, c' eſt à entendre lettres du Roy d' Allemagne, le tendra toutes ces choſes deſſusdites & chacune d' icelles ſy comme elles ſont y deſſus eſcriptes, traictées, ordonnées & accordées.

§. 6. Nous conſiderans les grands biens, & les grans proffits, qui par les alliances & les choſes devant traictées peuvent venir & venront, à l' aide de Dieu, qui tous les Rois adreite, & les Royaumes a en ſon gouvernement, non ſeulement aux Roys & aux Royaumes deſſusdits, mais generamment à toute la Chreſtienté, avons icelles alliances & toutes les choſes devant dites ez noms de nos Seigneurs les Roys deſſusdits & pour eux faictes, traictées, ordonnées & accordées, faiſons, ordonnons, traictons & accordons, & par le pouvoir & par l' auctorité que nous avons d' iceux, loons & approuvons, & icelles & chacune d' elles promettons pour eux & en leur nom, par foy noſtre baillée corporellement les uns aux autres, & jurons ez ame, deſſus Saincts Evangiles à tenir & garder à tousjours perpetuellement, *entheriner* & accomplir loyaument & fermement, ſans venir allencontre par quelque maniere que ce ſoit, en tout ne en partie. En tesmoing de laquelle choſe nous avons mis nos ſceaux en ces preſentes lettres. La teneur de la Procuration que nous Loys de Clermont & Pierre Arcediacre deſſusdicts avons dudict noſtre Seigneur le Roy de France eſt telle.

§. 7. *Philippus* Dei gratia Franciæ Rex, univerſis præſentes litteras inſpecturis Salutem. Notum facimus, quod nos cariſſimum conſanguineum & fidelem noſtrum *Ludovicum de Claromonte Camerarium Franciæ*, & dilectum & fidelem Clericum noſtrum Magiſtrum P. de Latilliaco Archidiaconum Cathalanen. & ipſorum quemlibet in ſolidum, *ita quod non ſit melior conditio occupantis*, noſtros facimus, conſtituimus & ordinamus veros legitimos & indubitatos Procuratores & Nuntios ſpeciales ad compromittendum pro nobis & nomine noſtro *cum magnifico Principe Henrico Rege Romanorum ſemper Auguſto illuſtri*, amico noſtro cariſſimo, ſuper omnibus quæſtionibus ſeu diſcordiis motis & movendis tam per nos & prædeceſſores noſtros Franciæ Reges contra prædictum Regem Romanorum & ſuos in Regno prædeceſſores, quam per ipſum & prædeceſſores ſuos contra nos & prædeceſſores noſtros prædictos quacunque occaſione vel cauſa; nec non ad tractandum & ordinandum ſuper mutuis amicitiis & confoederationibus inter nos ex una parte, & dictum Regem Romanorum ac ſucceſſores ſuos in Regno ex altera contrahendis; & ſuper quibuscunque aliis negotiis nos & Regnum noſtrum ex una parte, & dictum Regem & Regnum ſuum ex altera tangentibus; & etiam *ſuper Comitatu Burgundiæ ratione Philippi nati noſtri cariſſimi ac Joannæ Conſortis ejusdem* ac dictum compromiſſum prædictosque tractatus & ordinationes perficiendi, firmandi & complendi, nosque & Regnum noſtrum obligandi pro præmiſſis, compromiſſo, tractatibus & ordinationibus firmandis tam per juramenta, quam alia, tenendis complendis & à nobis & noſtris inviolabiliter obſervandis; & faciendi ſuper præmiſſis & quolibet præmiſſorum, quicquid veri & legitimi Procuratores poſſent facere in præmiſſis; dantes eisdem Procuratoribus noſtris ſeu nuntiis Epiſcopalibus, & cuilibet eorum in ſolidum, ita quod non ſit conditio melior occupantis, Epiſcopale mandatum, nec non plenam, generalem & liberam

Digitized by Google

ram poteſtatem in præmiſſis & præmiſſa tangentibus de quomodolibet pertinentibus ad præmiſſa; promittentes bona fide, nos ratum, gratum & firmum nunc & in perpetuum habituros, quicquid per prædictos Procuratores ab eorum quolibet in ſolidum in præmiſſis & quolibet eorumdem & dependentibus ab eisdem factum, compromiſſum, tractatum, ordinatum & confœderatum, & obligatum firmatumque juramento vel alias & fuerit in futurum, ſeu etiam procuratum. In cujus rei teſtimonium præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. Actum apud Livriacum, vigeſima tertia die Januarii, Anno Domini 1310.

XXXIV. *Mandatum Philippi Regis Galliæ datum apud Fontem Bliandi, 14. Febr.* 1310. *ad tractandum cum Henrico VII. Rege Rom.*

PHilippus *Dei gratia Francorum Rex* univerſis præſentes litteras inſpecturis Salutem. Notum facimus, quod nos dilectos & fideles noſtros * Epiſcopum Bajocenſ. Magiſtrum Gaufridum de Plecyo electum Ebroicen_. Religioſum Virum P. Abbatem Sancti Medardi Sueſſionen. Magiſtrum Alanum de Lambania Archidiaconum Euroicen. Magiſtrum Joannem Forgeti Canonicum Claramon. ac Ingranum de Marrigno Cambellanum noſtrum, Guillelmum de Pliſiano & Petrum de Galardo milites; & eorum quinque, quatuor, tres aut duos in ſolidum, ita quod non ſit conditio melior occupantis; noſtros facimus, conſtituimus & ordinamus veros legitimos & indubitatos Procuratores & nuntios ſpeciales ad compromittendum pro nobis & nomine noſtro cum magnifico Principe *Henrico Rege Romanorum ſemper Auguſto*, illuſtri amico noſtro cariſſimo, ſuper omnibus quæſtionibus ſeu diſcordiis motis vel movendis, vel quæ moveri potuiſſent, tam per nos vel prædeceſſores noſtros Franciæ Reges contra Regem prædictum Romanorum & ſuos prædeceſſores in Regno, quam per ipſum & prædeceſſores ſuos ratione Regni Romanorum velut Imperii contra nos & prædeceſſores noſtros prædictos quacunque occaſione ſeu cauſa; nec non ad tractandum ſeu ordinandum ſuper mutuis amicitiis & confoederationibus inter nos ex una parte, & dictum Regem Romanorum, etiam ſi ad Coronam Imperii devenire contingat, ac Succeſſores ſuos in Regno prædicto velut etiam in Imperio ex altera, contrahendis: Ad probandum inſuper & ratifficandum pro nobis & nomine noſtro compromiſſum, tractatus, confoederationes, amicitias & conventiones, habitos, interpoſitos ſeu factos inter cariſſimum conſanguineum noſtrum Ludovicum ex Claromonte Cambellarium Franciæ, ac dilectiſſimum & fidelem Clericum noſtrum Magiſtrum Petrum de Latiliaco Archidiac. Cathalan. Procuratores noſtros, pro nobis & nomine noſtro, & nobilem Virum Johannem de Flandria Comitem Namurcen. militem, Magiſtrum Simonem de Marvilla Legum Profeſſorem Theſaurarium Metenſem, Magiſtrum Henricum de Geldon, & Albertum de Foucheriis, Clericos, Procuratores Regis Romanorum prædicti, ejus nomine & pro eo; novos etiam tractatus, confoederationes, amicitias & conventiones iniendi, confirmandi & concordandi mutuò, inter nos ſucceſſores noſtros Regis Franciæ ratione Regni noſtri ex parte una, dictumque Regem & ſucceſſores ſuos in dicto Regno Romanorum ratione ejusdem Regni ſeu Imperii ex altera; etiam temporibus ſi eis expediens videatur, addendo, minuendo vel mutando, & ſuper quibuscumque negotiis nos & Regnum noſtrum ex una parte, ac dictum Regem & Regnum ex altera tangentibus; & etiam *ſuper Comitatu Burgundiæ ratione Philippi nati noſtri cariſſimi & Johannæ Conſortis ejusdem;* ac dictum compromiſſum pro eoque tractatus, confoederationes, amicitias, conventiones & ordinationes perficiendi

perficiendi firmandi & complendi, nosque & Regnum noſtrum obligandi pro præmiſſis compromiſſo, tractatibus & ordinationibus firmandis, tam per juramenta, quam aliter; tenendis complendis & à nobis & noſtris inviolabiliter obſervandis; & faciendi ſuper præmiſſis & quolibet præmiſſorum, quicquid veri legitimi Procuratores facere poſſent in præmiſſis; dantes eisdem Procuratoribus nominatis quinque vel quatuor aut tribus vel duobus ex ipſis in ſolidum ſpeciale mandatum, plenam generalem & liberam poteſtatem in præmiſſis & ea tangentibus, & quomodolibet pertinentibus ad præmiſſa; & promittentes bona fide, nos ratum gratum & firmum nunc & in perpetuum habituros, quicquid per dictos Procuratores noſtros aut quinque ſeu quatuor vel tres aut duos ex ipſis in ſolidum, in præmiſſis & quolibet eorumdem & dependentiis ab eisdem, factum, compromiſſum, tractatum, ordinatum, confœderatum & obligatum firmatumque juramento aut alias ſeu etiam procuratum fuerit in futurum: In cujus teſtimonium præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. Actum apud Fontem Bliandi die quatuordecima Februarii, Anno Domini milleſimo trecenteſimo decimo.

XXXV. *Fœdus inter* Henricum *Regem Romanorum &* Philippum Pulchrum *Regem Galliæ. Paris.* 25. *Junii* 1310. *Ratum habitum ab Imperatore in caſtris ad Brixiam* 23. *Sept.* 1311.

IN Dei nomine Amen. Hoc eſt tranſumptum infra ſcriptarum clauſularum fideliter ſumptarum ab originalibus litteris inclitæ recordationis Domini quondam Henrici Regis Romanorum ſemper Auguſti, ſigillo ſuo impendente ſigillatis, ſanis integris & omni ſuſpicione carentibus, ut prima facie apparebat, quarum quidem clauſularum tenores ſubſequuntur. *Henricus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus*, univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem. Notum facimus, quod cum inter dilectos & fideles *Joannem de Flandria Comitem Namurcenſem* conſanguineum noſtrum cariſſimum, & Magiſtrum Simonem de Marvilla Theſaurarium Metenſem, Nuntios & Procuratores noſtros ad hoc à nobis cum pleno & ſufficienti mandato ſpecialiter deſtinatos pro nobis & nomine noſtro ex una parte; & *Ludovicum primogenitum nobilis Viri Roberti Comitis de Claromonte* Camerarium Franciæ Conſanguineum noſtrum dilectum, & Magiſtrum Petrum de Latilliaco Archidiaconum Cathalanen. Nuntios & Procuratores magnifici Principis *Philippi Regis Franciæ illuſtris*, amici noſtri chariſſimi, habentes ab ipſo Rege ad ea quæ ſequuntur ſufficiens & ſpeciale mandatum nomine procuratorio Regis ejusdem & pro ipſo ex altera; habita inita & conventa fuerint inter nos & dictum Regem & Regna noſtra ſuper multis & diverſis articulis ac jurata in animam utriusque, unionis & mutuæ amicitiæ fœdera, confœderationes, conventiones & pacta; prout in litteris inde confectis & nuntiorum ac Procuratorum prædictorum, noſtrorum videlicet & præfati Regis ſigillorum appenſione munitis, quarum tenores de verbo ad verbum inferius ſunt conſcripti plenius continetur.

§. 2. Nos conſiderantes utilitates & commoda, quæ non ſolum nobis & Regi præfato & Regnis & terris noſtris ac Regis ejusdem, verum etiam ſacroſanctæ Romanæ Matris noſtræ ac univerſalis Eccleſiæ ſtatui & honori, totique Reipublicæ Chriſtianæ, ac præcipuè negotio Terræ ſanctæ, ad ejus promotionem celerem, & felicem pro deſideriis noſtris ſucceſſum, poſſent multipliciter provenire; unionem, fœdera & confœderationes, conventiones & pacta, ac omnes & ſingulos articulos eorumdem, ſicut in litteris ſupra dictis plenius & expreſsè continentur, pro nobis, Regno & terris noſtris approbamus, laudamus, volumus, ratificamus & firmamus ex preſsè, ac

Digitized by Google

ac de ipsis tenendis, attendendis, complendis & inviolabiliter observandis imposterum per *Amadeum Principem & Comitem Sabaudiæ* fidelem & *Affinem* nostrum carissimum nobis *præsentibus* & expresse mandantibus *in animam nostram* ad Sancta Dei Evangelia tacta corporaliter juramentum præstari facimus, tibique Bernardo de Mercato de Penna publico Notario nomine & vice dicti Regis ac pro eo, & quibuslibet aliis, quorum interest vel interesse potest aut poterit in futurum, *legitime stipulanti* sub legitima & solemni stipulatione *promittimus*, quod infra quatuor menses, post quos nos ad Imperialis dignitatis fastigium Deo auspice contigerit esse promotos, unionem, foedera, confoederationes, conventiones & pacta, ac omnes & singulos articulos eorumdem, prout in prædictis litteris plenius & expressius exprimentur, approbabimus, laudabimus, volumus, ratifficamus, & auctoritate Imperiali curabimus confirmare, ac de ipsis in omnibus & per omnia tenendis, attendendis, complendis & inviolabiliter observandis per aliquem de familiaribus nostris *nobis præsentibus* & expresse mandantibus *in animam nostram* ad Sancta Dei Evangelia tacta corporaliter juramentum præstari nihilominus faciemus, & concedemus super his eidem Regi, gentibus, nuntiis vel Procuratoribus suis ad hoc ab eo specialiter constitutis, quatuor paria litterarum bulla aurea cum Imperialis impressione typarii munitarum. Tenores autem litterarum Nuntiorum & Procuratorum prædictorum nostrorum & dicti Regis super unione, foederibus, confoederationibus & pactis prædictis, ut præmittitur confectarum tales sunt.

§. 3. A tous ceux, qui verront ces presentes lettres Salut en nostre Seigneur. Sçavoir faisons à tous, ** que nous sçachans certainement & attendant les grans amitiez & affections, que nos devant nommez Roys ont eues ensemble par tout le temps passé, & ont à present; le grand desir & la grande volonté, en quoy ils sont, que les dites amitiez puissent perseverer & durer à tousjours; regardans derechef, que par l'union de la ditte amitié, & par vraye, pure & loyale alliance d'amour, qui soit faicté entreux à present, clairement se peuvent ensuire plus grans biens, grans proffits & honneurs non pas tant seulement aux Roys dessusdicts & à leurs Royaumes, mais avec ce à toute la Chrestienté; Nous qui quant à toutes ces choses dessus dites, & à chacune d'icelles faire, traicter, ordonner & accorder avons plein pouvoir, mandement & auctorité de nos devant dits Seigneurs au nom d'iceux, pour eux, ou pour leur Successeurs selon ce qu'il est cy dessoubs escrit, & au nom de leur Royaumes; avons faict, traicté, ordonné & accordé ensemble, faisons, traictons, ordonnons & accordons les choses, qui s'ensuivent. &c.

§. 4. Item nous avons traicté, ordonné & accordé, que li uns sera bon amy à l'autre sans fraude & sans malice en quelque estat, qu'il vieigne, contre tous, excepté l'Eglise de Rome, & que li uns n'empeschera l'honneur, l'avancement, le droict, ne le proffict de l'autre en quelque maniere, que ce soit. Item que li uns ne pourchassera à l'autre mal griefz ne nuisance en nulle maniere, que il le puisse sçavoir ne cognoistre, ains plaira l'honneur & le proffit de l'un à l'autre, & seront aydant & confortant l'un à l'autre contre tous excepté l'Eglise de Rome.

§. 5. Item nous ez noms de nos Seigneurs dessusdicts & pour eux avons traicté, ordonné & accordé ensemble, que *si ledict Roy d'Allemagne estoit Empereur*, & il vouloit *mettre Roy en Allemagne ou ailleurs* la ou il le pouvist faire & ez frontieres dou Royaume de France, il le feroit convenancier & jurer, que ils seroient bienveillans du Roy de France & alliez à luy, & que ilz garderoient & tendroient les alliances & toutes les choses dessus dictes.

Digitized by Google

Et encores *ſe il y faiſoit ou mettoit Duc, Comte ou Prince, ou autres grans Gouverneurs ou Adminiſtrateurs*, il les feroit promettre & jurer à cette bienveillance du Roy de France, & à tenir les alliances deſſus dictes, & toutes les choſes y deſſus accordées; & en cette meſme maniere le feroit le Roy de France, ſi en eſtoit mis ez frontieres du Royaume d'Allemagne, & ſeroit enfin alliez aux Roys, que ledit Roy d'Allemagne, qui ores eſt, qui ſeroit Empereur, auroit mis en Allemagne ou ailleurs ez frontieres du Royaume de France.

§. 6. Et pour ce demourrant, par que le Roy d'Allemagne, qui ores eſt, qui ſeroit Empereur fuſt tenu à garder au Roy de France, ou à ſes Succeſſeurs l'alliance, l'amour, toutes ces choſes deſſus dictes & chacune d'icelles; & le Roy de France & ſes Succeſſeurs audict Roy d'Allemagne, qui y cil Empereur auroit pouvoir, toutes ces choſes deſſus eſcrites, traictées, ordonnées & accordées; nous conſiderans les grans biens & les grans proffits, que pour les alliances & les choſes devant traictées & accordées peuvent venir & venront à l'aide de Dieu, qui tous les Roys addreice, & les Royaumes a en ſon gouvernement, non ſeulement aux Roys & aux Royaumes deſſusdits, mais generalement à toute la Chreſtienté; avons icelles alliances & toutes les choſes devant dictes ez noms de nos Seigneurs les Roys deſſus dicts & pour eux, faictes, traictées, ordonnées & accordées, faiſons, traictons, ordonnons & accordons & par le pouvoir & par l'auctorité, que nous avons d'iceux *loons* & approuvons, & icelle & chacune d'elles promettons pour eux & en leur nom *par noſtre foy baillée corporamment les uns aux autres & jurons ez ames d'eux* ſur Saincts Evangiles à tenir, garder à tousjours, perpetuellement entretenir & accomplir loyaument & fermement, ſans venir à l'encontre par quelconque maniere que ce ſoit en tout ne en partie. En tesmoing de laquelle choſe nous avons mis nos ſceaux en ces preſentes lettres eſcriptes ſoubs nos ſeings, à Paris l'an de grace mil trois cents & dix, le Vendredy aprés la nativité Saint Jean Baptiſte.

§. 7. In quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum teſtimonium, præſentibus litteris, quas in præſentem formam redigi & ſignari mandavimus per ſupra dictum Bernardum Notarium noſtrum, *Majeſtatis noſtræ una cum Sigillo Notarii fecimus apponi ſigillum.* Actum *in caſtris ante Breſſiam* in loco habitationis noſtræ præſentibus dilectis & fidelibus noſtris *Henrico Dei gratia Epiſcopo Tridentino Cancellario noſtro*, Guidone de Flandria, Alardo Domino de Rombaix, & Magiſtro Alberico de Foucheriis Clerico & Theſaurario noſtro, teſtibus ad præmiſſa vocatis & rogatis, Anno Domini Milleſimo trecenteſimo undecimo, indictione nona, die viceſima tertia menſis Septembris & Regni noſtri anno tertio. Et ego Joannes Challie Presbyter Aurelian. dioceſis publicus Apoſtolica & Imperiali auctoritate Notarius litteras originales prædictas vidi, tenui & palpavi ac cum eisdem de dictis clauſulis diligentem collationem unà cum Notario Apoſtolico infra ſcripto feci, ideo me hic ſubſcripſi & ſignum meum una cum ſigno & ſubſcriptione ejusdem Notarii appoſui rogatus.

XXXVI. *Epiſtola ad Papam futurum & Decretum quinque Electorum Imperii, qua declaratur Electio Ludovici Bavari ſimulque à Papa futuro requiritur, ut ſuo tempore ei coronam imponat. Franckenford.* 10. *Kal. Nov.* 1314.

IN nomine Domini Amen. Sanctiſſimo in Chriſto Patri ac Domino ſuo Domino Sacroſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici futuro, *Petrus* Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Sanctæ *Moguntinæ Sedis Archiepiſcopus*, Sacri

Digitized by Google

Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius; *Joannes Dei gratia Bohemiæ & Poloniæ Rex, Waldemarus Marchio Brandenburgenſis, ac Joannes Dux Saxoniæ Senior*, humiles ac devoti cum omni reverentia devotiſſima pedum oſcula beatorum.

encouru pour la cauſe de mouvemens avant dits, nous avant dits Meſſagers & Procureurs du dict Roy d'Angleterre & Duc de Guyenne, tout ſoit il ſans coulpe des dites mespriſes, ſi comme nous maintenons, neantmoins pour le grand deſir, que nous ſçavons, qu'il a d'avoir la grace & bonne veillance du dict Roy de France ſon Seigneur & Oncle, & pour bonne amour & dilection affermer & nourrir entre les Royaumes & les ſujets d'une part & d'autre, & pour *eſtanchier* les dits maux, accordons par auctorité & pouvoir, que nous avons de noſtre dict Seigneur & li obligeons en cinquante mille marcs d'Eſterlains au Roy de France à prendre à ſa volenté; ainſi, que au cas, que il plairroit mieux à noſtre dict Seigneur le Roy d'Angleterre ſoy mettre ſimplement des choſes contenues en cet article à la gracieuſe volenté du dict Roy de France, la dicte obligation de cinquante mille marcs ſoit nulle.

§. 4. Nous Jehans & Guillaume Procureurs & Meſſagers noſtre dict Seigneur le Roy d'Angleterre & Duc de Guyenne deſſus dit, promettons en nom de noſtre dit Seigneur & pour li, que dedans trois mois prochains apres ce, que la paix contenue ou dit Traittié ſoit publiée ou Royaume de France & eſpiciaument es marchez devers le Royaume d'Angleterre & devers le dict Duché, le dit noſtre Seigneur eslira, lequel li plair mieux ſoy mettre ſimplement des choſes contenues au dict article, à la gracieuſe volonté du dict Roy de France, ou de payer à li la ſomme de cinquante mil marcs d'Eſterleins deſſus dits; & ou cas qu'il li plaira mieux payer au dict Roy de France la ſomme de cinquante mil marcs, que ſoy mettre ſimplement à ſa volenté, comme deſſus eſt dit; il plaira à payer au dict Roy de France ou à ſon Procureur ayant à ce ſuffiſant mandement dedans trois ans prochains apres la fin des dicts trois mois, la ſomme devant dicte par esgaux portions; c'eſt à ſçavoir: à la fin de chacun an, la tierce partie de la dicte ſomme; & à ce faire & accomplir en bonne foy nous obligeons le dict noſtre Seigneur & ſes ſucceſſeurs & leurs bien. En teſmoingnage de laquelle choſe nous avons mis nos ſeaux en ces preſentes lettres. Donné à Paris le ſixieſme jour de May, l'an de grace mil trois cens vingt ſept.

§. 5. In cujus viſionis teſtimonium præſentibus litteris, noſtrum fecimus apponi ſigillum. Datum Pariſiis die ſeptima Septembris, Anno Domini milleſimo treceteſimo triceſimo. Eſt ſeelé ſur le reply en double queue d'un grand ſeau de cire jaulne pendant.

LVIII. *Declaratio* Jacobi *Regis Arragoniæ de reſtitutione navis & mercium Narbonenſium &c. quas Ammiratus ejus in expeditione Sardiniæ interceperat.* 13. *Kal. Decemb.* 1326.

EXcellenti ac magnifico Principi *Carolo Dei gratia Franciæ & Navarræ Regi* illuſtri, chariſſimo Conſanguineo noſtro, *Jacobus per eandem Rex Arragoniæ*, Valentiæ, Sardiniæ, & Corſicæ, Comesque Barchinonæ, ac *ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Vexillarius*, *Ammiratus*, *& Capitaneus generalis*, ſalutem & proſperos ad vota ſucceſſus. Serenitati veſtræ præſentibus intimamus, quod nobili *Franciſco Carroccio olim Ammirato* noſtro dudum agente in partibus *regni noſtri Sardiniæ ad negotium acquiſitionis caſtri Callari adverſus Piſanos*, & alios exiſtentes in caſtro ipſo, qui noſtro dominio rebellarant, viriliter proſequente; Cum anno præſenti quædam *navis ſeu concha*, cujus erat ductor ſive patronus *Bernardus de Ilario* miles Narbonenſis, diverſis rebus ſeu mercibus tam mercatorum Narbonæ & Montispeſſuli, quam aliorum etiam onerata, ad dicti Regni Sardiniæ maritimam vicinam dicto caſtro Callari declinaſſet cum rebus & mercibus ſupra dictis: Nos dicta retentione percepta, quæ noſtris

volunta-

Digitized by Google

voluntatibus ſupervenient diſplicens plurimum & ingrata, cùm nequaquam gentes veſtras vellemus per noſtras aliquatenus moleſtari, ſed ut proprias pertractari: per noſtras litteras poſtmodum iteratas, jam dicto Ammirato multum expreſsè dedimus in mandatis, ut dictam concham abſolveret, & res & merces per eum captas integrè reſarciret. Accepto namque per reſponſionem Ammirati præfati, quod ipſe ad occupationem proceſſerat ſupra dictam neceſſitate maxime perurgente, *cum negotium acquiſitionis caſtri prædicti ex defectu pecuniæ eſſet tunc in caſu & periculo deſerendi; quodque res & merces jam dictas converterat in bellatorum noſtrorum ſtipendia*, & alia quæ impugnatio dicti caſtri & ipſorum rebellium oppreſſio exigebant, nec præmiſſa vel aliqua de eisdem poſſet reſtituere quoquo modo; Noſtram præſentiam adiverunt procuratores dictorum Mercatorum Narbonæ & Montispeſſuli, à nobis humiliter poſtulantes eis fieri ſatisfactionem integram de præmiſſis.

§. 2. Nos verò conſiderantes dictam occupationem ſeu retentionem factam fuiſſe, ut præmittitur, per dictum Ammiratum & officialem noſtrum, per quem etiam res & merces prædictæ in noſtris negotiis, utilitatibus & neceſſitatibus fuerunt poſitæ & converſæ; ut nobis tam aſſertionem dicti Ammirati, quàm per publica documenta per dictos procuratores oſtenſa extitit facta fides; & affectantes per nos debitam ſatisfactionem fieri de eisdem; per tres perſonas idoneas & fide dignas, præſentibus & conſentientibus dictis procuratoribus, & rationes ſuas plenè oſtendentibus coram eis, *averationem ſeu extimationem* omnium mercium & rerum captarum fieri & recipi juſſimus, & ea omnia nobis & noſtro conſilio recenſeri.

§. 3. Et tandem cum de voluntate & aſſenſu procuratorum ſupra dictorum omnes res & merces prædictæ fuiſſent per perſonas prædictas, quibus ea, ut eſt dictum, commiſimus extimatæ, ad quantitatem triginta unius mille trecentarum viginti trium librarum Barchinonenſium, pro ſumptibus, damnis, & *intereſſe totius præteriti temporis*, & etiam pro *intereſſe futuri temporis* à dicta conventione in antea ſubſequentis, donec eſſet eis integrè ſatisfactum ſolveretur eisdem per nos ultra prædicta intereſſe pro rata quantitatis prædictæ, ad rationem videlicet * duodecim denariorum pro libra quolibet anno, cùm non poſſemus eis, ut optamus, protinus plenam & integram ſatisfactionem facere de præmiſſis, eo quod acquiſitio dicti Regni immenſam requirens voraginem expenſarum, ferè theſaurum Cameræ Regiæ exhauſiſſet: cum procuratoribus convenimus memoratis, quod dicta quantitas per nos eis infra triennium *per tertias* ſolveretur, nosque adjecto juramento promiſimus ſolutiones ipſas præfixis terminis totaliter adimplere: adjecta inter cætera clauſula, in obligatione & promiſſione, quæ inde jam fuerant ordinatæ, quod ſi forte nos vel noſtri in dictis ſolutionibus, vel earum aliqua deficeremus terminis conſtitutis, & expectati poſtmodum per tres menſes à quolibet ipſorum terminorum immediatè ſequentes, ſolutionem vel ſolutiones ipſarum non adimpleremus; ex tunc dicti mercatores non expectata ſeu obtenta *requiſitione aliqua, ſeu facita* à vobis vel veſtris officialibus nobis facienda, aut facita juſtitia in nobis vel noſtris non habenda ſeu invenienda, nec aliis in clauſula ipſa contentis poſſent adire veſtram præſentiam *pro marcha vel repreſalia habenda*, vel obtinenda caſu prædicto, & vos poſſetis eam illis in continenti concedere ſive dare in toto Franciæ Regno, & prætextu ipſius marchæ officiales veſtri poſſent pignorare capere ſeu *marchare* in mari & in terra ubique bona, res & merces quorumcumque ſubditorum noſtrorum Regnorum & totius terræ noſtræ; non obſtantibus requiſitione ſuper ea nobis non facta ſeu facienda *mora ſeu facita juſtitia* in nobis non inventa; aut aliis ſupra dictis, & *pignorata ſeu marchata* vendere

vendere, & de eorum pretio eis satisfacere, prout in talibus & similibus marchis seu repressaliis est fieri consuetum.

§. 4. Præmissis autem sic existentibus ordinatis, Consiliarii & probi homines Civitatis Barchinonæ, ad quorum notitiam præmissa devenerant, nobis humiliter supplicarunt, ut adjectam in promissione jam dicta (scilicet marcham, jam dicto casu concessam) clausulam supra dictam faceremus à promissione hujusmodi amoveri, cum assererent, nostra reverentiâ semper salvâ *absque læsione & onere conscientiæ nostræ & peccati mortalis incursu prædictam concessionem observari non posse*, nec ad eam nos juramentum in ea oppositum astringebat, imò ipsius observantia nobis peccati laqueum præparabat ex causis inferius expressatis.

§. 5. Nos autem volentes præmissa ipsis mercatoribus omnino servare, quatenus possemus absque reatu perjurii & peccati, *& in dubiis præsertim, ubi periculum animæ vertitur, viam eligere tutiorem*, præmissa omnia per religiosos *viros in Theologica facultate peritos* non modicæ auctoritatis atque scientiæ examinari fecimus & discuti: Mandantes eisdem, ut nobis super his consulerent quid agendum, exprimentes eis nostræ propositum voluntatis, per quod perpendere poterant placere & velle, si licite fieri possent, quod conventio supra dicta effectualiter compleretur. Coram quibus propositis hinc & inde tam facti quam juris rationibus facientibus, pro & contra, cum ex eorum responsione sive consilio, matura ac digesta deliberatione, præhabitis, nobis dato, invenissemus *juramentum per nos appositum in clausula memorata*, quod iniquitatis vinculum esse non debet, *vergere evidenter contra juramenta* licita & honesta, per prædecessores & nos prius diu *præstita* supra privilegiis, franchitatibus, & immunitatibus per nos & eos dictæ civitati *Barchinonæ & toti generali Cathaloniæ* olim indultis, & pro quibusdam constitutionibus, in generalibus curiis Cathaloniæ editis, observandis; nec fore obligatorium cum perjurium induceret & peccatum.

§. 6. Reperissemus insuper promissionem ipsam ex natura rei pro parte nostra fore illicitam, cum ex se *repressaliæ utpote juri, rationi & æquitati contrariæ, utroque jure prohibitæ* propter defectum justitiæ *in Principe damnificante* vel damnificantis Domino adinventum, vendicent sibi locum, & ex parte Principis & Domini damnificati sint licitæ & permissæ; non tamen sint licitæ ex parte Principis, ob cujus essent culpam vel negligentiam concedendæ, propter quod conventio per nos facta, cum clausula supra dicta inserta, quod possent videlicet ex præmissis nostri subjecti pignorari, cum mortale peccatum & perjurii reatum includeret, erat penitus revocanda.

§. 7. Nos cum dicti mercatores super præmissis nobis protestati fuissent, habito dicto consilio, quod latius & plenius in responsis à nobis dictæ protestationi describitur, eis respondimus, quod amota pignorationum clausula supra dicta, cum eam ex causis jam dictis servare non possemus absque dispendio salutis æternæ, parati eramus, & nos paratos obtulimus solutiones facere supra dictas terminis consuetis, & observare cætera contenta & concordata inter nos & eos, & mandare tradi eis libenter & incontinenti instrumentum dictæ promissionis, amotis his de quibus repertum est inducere animæ nostræ periculum, ut superius continetur.

§. 8. Igitur ad notitiam vestræ magnificentiæ deducentes præmissa, eamdem cordis affectione rogantes, quatenus attento, quod nos in præmissis fecimus, quod potuimus, & pensato de dictis expensis innumerabilibus per nos in acquisitione dicti Regni Sardiniæ factis, quæ nostrum thesaurum, ut prædicitur, exhauserunt, placeat, & velitis mercatoribus antefatis

Digitized by Google

marchandi seu pignorandi bona subditorum nostrorum non concedere, sed potius denegare, cum nos intendamus prædictis mercatoribus damna passis solutiones facere supra dictas terminis ante fixis, cum interesse temporis præteriti & futuri; sed dictos potius inducere mercatores, ut præmissa per nos & eos, & communiter concordata velint recipere, quia nos adjecta clausula supra dicta parati sumus, quod illis promisimus secundum formam conditam, aut aliis modis seu obligationibus vel securitatibus decentibus adimplere, ipsasque solutiones facere terminis prætaxatis. Consideratis etenim considerandis, utriusque subditis providebitis, & nos iis vehementer habemus placitum atque gratum, parati prosperis bonis debitis, & intima dilectione, quibus conjungimur Magnificentiæ vestræ, in multo majoribus respondere. Datum XIII. Kal. Decembris, anno Domini 1326.

LIX. *Regis Franciæ Responsio.*

MAgnifico Principi Jacobo Dei gratia Arragoniæ & Sardiniæ Regi illustri consanguineo nostro carissimo, Carolus eadem gratia Franciæ & Navarræ Rex salutem & dilectionem sinceram. Cum per vestras nuper litteras nobis feceritis aperiri, quod super eo, quod Franciscus Carrocii Miles vester Ammiratus in partibus Regni vestri Sardiniæ quandam navim Mercatorum quorumdam Narbonæ & Montispessuli, ac aliorum regni nostri Franciæ pluribus mercaturis onustam retinuerat, & in usus vestræ guerræ converterat dicti Regni, quæ per alias nostras litteras prædictis mercatoribus nostris restitui rogavimus regiam Majestatem, vos cum procuratoribus mercatorum ipsorum suo ad hoc interveniente consensu de valore navis & mercium prædictarum, quæ vos extimari fecistis sibi per tres annos exsolvendo conveniistis: Serenitati regiæ notum fieri volumus, quod consideratione personæ vestræ, quam nobis charissimam reputamus & favore prosequimur speciali, prædicta conventio nobis placet, regiam amicitiam deprecantes, quatenus solutiones super dicto valore per vos ordinatas, taliter statutis ad hoc terminis complere curetis, quod ad nos ob defectum solutionis nulla de cætero quæstio referatur, ita quod circa hoc non oporteat nos aliter providere dictis mercatoribus de remedio opportuno. Datum Parisius duodecimo die Januarii, anno Domini 1326.

LX. *Concordia inter* Jacobum *Regem Arragoniæ &* Jacobum *Regem Majoricensem. Barchinone Kal. Octobr.* 1327.

IN nomine Domini, Amen. Pateat universis præsentis *Instrumenti publici* seriem inspecturis, quod nos *Jacobus Dei gratia Rex Arragonum*, Valentiæ, Sardiniæ & Corsicæ, ac Comes Barchinoniæ; & nos *Jacobus* per eamdem *Rex Majoricarum*, Comes Rossilionis & Ceritaniæ, ac Dominus Montispessulani, præsente, volente, *auctorisante*, ac suum expressum consensum præstante honorabili Domino *Philippo de Majoricis patruo ac tutore nostri dicti Majoric. Regis*, quod nos Philippus, qui præsentes sumus, sic esse asserimus & fatemur; scientes jamdudum compositionem seu *transactionem* fore *factam* inter illustrem Dominum *Petrum bonæ memoriæ Regem Arragonum, patrem nostri Jacobi Regis Arragonum* prædicti ex una parte; & illustrem dominum *Jacobum* recolendæ memoriæ *Regem Majoricarum avum paternum nostri Jacobi Regis Majoricarum* prædicti ex altera, super Regno Majoricarum cum insulis eidem adjacentibus & super Comitatibus & terris Rossilionis, Ceritaniæ, *Confluentis*

& Val-

Digitized by Google

& Vallispirio & Cauchilibero, & super Montepessulano, cum castris & villis dominationis Montispessulani, prout in quodam publico instrumento inde facto in claustro domus Fratrum Prædicatorum *Perpiniani tertio decimo Kalendas Februarii anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo octavo*, scriptoque per Arnaldum Mironi scriptorem publicum Perpiniani latius continetur.

§. 2. Scientes etiam subsequenter dictam compositionem seu transactionem fore renovatam, laudatam & approbatam inter nos Jacobum Regem Aragonensem prædictum ex una parte; & dictum Jacobum quondam Regem Majoricarum ex altera, prout in altero *publico instrumento inde facto* in castris prope *Argilers* Elnensis diœcesis in festo Apostolorum beatorum Petri & Pauli, videlicet tertio Kalendas Julii, anno Domini *millesimo ducentesimo nonagesimo octavo*, scriptoque per Michaelem Rotlandi Notarium publicum Perpiniani, plenius continetur; considerantesque eamdem compositionem & transactionem postmodum fuisse renovatam, laudatam & approbatam inter nos præfatum Jacobum Regem Aragonum ex una parte; & illustrem bonæ recordationis Dominum, *Sancium Regem Majoricarum* filium & heredem dicti Domini Jacobi Majoricarum Regis, patruumque nostri dicti Jacobi nunc Majoricarum Regis ex altera; prout in alio publico Instrumento inde confecto in civitate Barchinoniæ in Regio palatio die dominica, qua computabatur septimo Idus Julii anno Domini *millesimo trecentesimo duodecimo*, clausoque per Bernardum de Aversone Notarium nostri prædicti Aragonum Regis, ac publicum etiam auctoritate nostra per totam terram & dominationem nostram, seriosius continetur. Nos prædicti Jacobus Rex Aragonum, & nos Jacobus Rex Majoricarum, *confitentes nos excessisse ætatem duodecim annorum, ac plenè intelligere quæ aguntur*, præsente & auctorizante, ut supra, dicto Domino Philippo patruo & tutore nostro, per nos & successores nostros, volentes omnia & singula in prædictis tribus instrumentis contenta perpetui habere roboris firmitatem, ea omnia & singula denuò cum hoc publico instrumento per nos & successores nostros laudamus & approbamus expresse: idcircoque nos Jacobus Rex Majoricarum prædictus, præsente & auctorizante, ut supra, ante fato honorabili Domino Philippo patruo & tutore nostro, nomine ipso tutorio, juxta formam in singulis dictorum trium instrumentorum contentam, *per* nos & omnes successores nostros recognoscimus & fatemur vobis dicto Domino Jacobo Regi Aragonum, carissimo patruo nostro, *tenere* à vobis & successoribus vestris *Regibus Aragoniæ in feudum honoratum sine omni servitio*, sub forma tamen infra scripta, totum prædictum *regnum Majoric. cum Insulis Minoricis & Evigæ*, & aliis insulis adjacentibus eidem Regno, & omnes prædictos Comitatus & terras Rossilionis, Ceritaniæ & Confluentis, Vallispirii & Cauchiliberi.

§. 3. Item sine præjudicio juris alieni recognoscimus & fatemur vobis dicto Domino Jacobo Regi Aragoniæ, tenere in feudum à vobis & vestris secundum modum superius & inferius comprehensum *Vicecomitatum Omeladesii*, & Vicecomitatum de *Carladesio*, cum omnibus villis & castris eorumdem Vicecomitatuum, & omnia etiam castra, villas & loca quæcumque habemus in terris Montispessulani, & dominatione & terminis ejusdem, & generaliter omnia alia, quæcumque habemus seu habere debemus, ubicumque sint, cum Militibus scilicet, hominibus, feudis, jurisdictionibus ac dominationibus universis, sive illa teneamus ad manum nostram, sive alii teneant pro nobis in feudum. Exceptis feudis, quæ consueverunt teneri ab Episcopo & *Ecclesia Magalonensi*, de quibus aliqua tenentur adhuc in ipsis Episcopo & Ecclesia, *& aliqua ab illustri Rege Francorum habente in eisdem locum ab Episcopo & Ecclesia supra dictis*, pro quibus omnibus & singulis locis & terris, ac juri-

Digitized by Google

bus eorumdem recognoscimus nos de præsenti feudatarium vestrum secundum formam superius comprehensam.

§. 4. *Excipimus* tamen à prædicta recognitione feudi, nos Jacobus Rex Majoricarum prædictus *emptiones* castrorum, villarum & locorum, quas dictus Dominus Jacobus Rex Majoricarum avus paternus noster *post dictam renovationem*, & dictus Sancius Majoricarum Rex ejus filius patruus noster fecerunt, & nos fecimus de rebus alodialibus, quæ pro ipsis vel nobis non tenebantur in feudum. Nos tamen dictus Jacobus Rex Majoricarum per nos & nostros auctorisante dicto tutore nostro, ut superius, recognoscimus tenere à vobis dicto Domino Rege Aragoniæ & vestris in feudum omnes regalias & jura universa, quæ & quos dictus Dominus Jacobus avus, & dictus Dominus Sancius patruus nostri habebant ante emptiones prædictas, & habebamus & habemus nos in emptionibus supra dictis. Sane volumus & concedimus, quod sicut nos facimus vobis homagium, ut inferius continetur, sic heredes & successores nostri faciant & teneantur facere *homagium*, vobis & successoribus vestris Regibus Aragoniæ in perpetuum, pro supra dictis & infra scriptis juxta contenta in hoc præsenti instrumento & formam ejusdem.

§. 5. Promittimus etiam per nos & successores nostros vobis dicto Domino Regi & successoribus vestris in perpetuum, quod nos & successores nostri dabimus vobis & successoribus vestris potestatem de *civitate Majoricarum*, nomine & vice totius Regni Majoricarum, & insularum Minoricarum & Evigæ, & de *villa Podii* Ceritani nomine & vice Ceritaniæ & Confluentis, & de villa *Perpiniani* nomine Comitatus Rosilionis, & terrarum Wallisperii & castri Cauchiliberi, & de castro de *Omelacio*, nomine Vicecomitatus de Omeladesio. Quas potestates nos heredes & successores nostri teneamur dare vobis & successoribus vestris, quandocumque & quotiescumque requisiti fuerimus per vos & successores vestros, irati & pacati, *ratione tamen recognitionis feudi & faticæ juris.* Nec prædictas potestates possitis vos vel successores vestri retinere ratione Valentiæ.

§. 6. Promittimus etiam per nos, heredes & successores nostros vobis & successoribus vestris in perpetuum, quod nos & ipsi successores nostri firmabimus jus vobis & vestris in posse vestro & vestrorum, *& semel quolibet anno cum fuerimus requisiti ibimus ad Curiam vestram* & vestrorum in Catalonia, nisi tunc quando fuerimus requisiti, fuerimus nos & dicti successores nostri in Regno Majoricarum. Promittimus tamen per nos & nostros & ad hoc de præsenti nos & successores nostros obligamus, quod juvemus, valeamus & *defendamus vos & successores vestros cum toto posse nostro contra cunctos homines de mundo.*

§. 7. Item promittimus per nos & nostros servari facere in terris Rosilionis Ceritaniæ & Confluentis & Wallisperii & Caucholiberi *usaticos, consuetudines & constitutiones Barchinonenses* factos & factas, & etiam faciendos & *faciendas* per vos & vestros *cum consilio majoris partis Baronum Cataloniæ*, sicut moris est fieri, salvis specialibus consuetudinibus locorum prædictarum terrarum. Et quod in prædictis terris Rossilionis, Ceritaniæ, Confluentis, Vallispirii & de Caucolibero *currat moneta Barchinonensis & non alia.* Retinemus tamen nobis & successoribus nostris, quod possimus cudere vel cudi facere absque contradictione & impedimento vestro & vestrorum in Regno Majoricarum & insulis eidem adjacentibus monetam & monetas de novo.

§. 8. Item retinemus nobis & successoribus nostris, quod *in nullo casu possit à nobis* vel officialibus nostris vel successorum nostrorum *appellari, nec etiam per alium modum recurri ad vos* dictum Dominum Regem Aragoniæ

vel

Digitized by Google

vel successores vestros. Salvo quod propter hoc non detrahatur in aliquo iis quæ superius & inferius continentur.

§. 9. Item quod nos & successores nostri possimus absque contradictione & impedimento vestro & vestrorum facere & ponere *pedagium & novam lezdam* in Regno Majoricarum & aliis insulis eidem adjacentibus, salvis libertatibus per prædecessores nostros concessis hominibus vestris, nisi prædictæ libertates vel privilegia sint de jure per contrarium usum vel alio modo abrogata. Quæ tamen omnia, quæ nobis retinemus, volumus & concedimus esse de feudo seu feudis prædictis, exceptis emtionibus supradictis sub forma superius comprehensa.

§. 10. Item cum dictus Dominus Rex Majoricarum, avus paternus noster, in prædictis instrumentis, de quibus in principio hujus instrumenti habetur mentio, retinuisset sibi & successoribus suis *bovaticum* in prædictis terris: ita quod dictum bovaticum esset de dicto feudo, ut alia supra dicta, quæ sibi retinuit, exceptis emptionibus prædictis; & subsequenter præfatus Dominus Rex Majoricarum avus paternus, & postmodum præfatus Dominus Sancius Rex, patruus noster, remiserint bovaticum ipsum gentibus nostris dictarum terrarum, quæ ad præstationem dicti bovatici tenebantur; ea conditione, quod loco dicti bovatici præfatæ gentes nostræ tenentur dicto Domino Regi Sancio solvere *viginti millia libr. Barchinonensium, de quibus ementur mille libræ Barchinonenses rendales in aledio*, quas haberent & reciperent ipse & sui proposito loco bovatici supra dicti. * Recognoscimus tamen, quod vos dictus Dominus Jacobus Rex Aragoniæ generaliter consensistis remissioni dicti bovatici, & quod non teneatur dictus Dominus Rex Sancius emere dictas mille libras loco bovatici supra dicti. Inhibitiones, verò seu banna per vos vel successores vestros factas vel faciendas non teneamur nos vel successores nostri servare, nisi factæ fuerint de consilio & assensu nostro vel nostrorum.

§. 11. Et pro prædictis omnibus complendis ac firmiter attendendis, obligamus vobis dicto Domino Regi Aragoniæ & vestris nos & nostros & omnia bona nostra, & juramus per Deum & ejus sancta quatuor Evangelia nos Jacobus Majoricarum Rex superius nominatus, & præsente, volente & auctorisante ac suum expressum consensum præstante dicto tutore nostro, facimus vobis homagium ore & manibus in præsenti, & sub dicto juramento confitemur nos excessisse ætatem duodecim annorum prædictam.

§. 12. Ad hæc nos Jacobus Dei gratia Rex Aragoniæ prædictus, tenentes nos pro contentis & pacatis cum prædictis à vobis illustri Jacobo per eamdem gratiam Rege Majoricarum * beatissimo nepote nostro, nobis recognitis & concessis, præsente, volente, auctorisante, ac suum expressum assensum præstante dicto honorabili Philippo tutore vestro, nomine tutorio prædicto, per nos successoresque nostros laudamus & approbamus vobis & vestris successoribus perpetuo, prædictum Regnum Majoricarum, insulas, Comitatus & terras, quæ à nobis in feudum tenetis sub pactis & conventionibus supra dictis. Et *promittimus* per nos & nostros vobis & vestris juvare, valere & *defendere vos & vestros*, & Regnum, terras & Comitatus prædictos & jurisdictiones vestras, & dictarum terrarum, *quæ à nobis tenetis in feudum*, toto posse nostro *contra cunctos homines*. Et pro prædictis omnibus complendis & firmiter attendendis vice versa obligamus nos & nostros & omnia bona nostra vobis & vestris, & juramus per Deum & ejus sancta quatuor Evangelia, & facimus vobis *homagium ore & manibus* * in præsenti convenimus & retinemus nos dicti Jacobus Aragoniæ Rex, & nos Jacobus Rex Majoricarum, præsente, volente, auctorisante, ac suum expressum assensum præstante dicto honorabili Philippo tutori, qui supra. Quod nos

Digitized by Google

dictus Philippus sic verum esse asserimus & fatemur, quod *substitutiones factæ in chartis hereditamenti* inter nos & nostros per Dominum Regem Jacobum eximiæ recordationis avum nostri dicti Jacobi Aragoniæ Regis, & per avum nostri dicti Regis Majoricarum, & in testamento ejusdem, sint salvæ & in sua remaneant firmitate, salvis hiis, quæ in hoc instrumento continentur.

§. 13. In quorum testimonium nos Rex Aragoniæ & Rex Majoricarum prædicti, ac Philippus de Majoricis tutor, qui supra, duo consimilia publica instrumenta inde fieri jussimus, & sigillorum nostrorum appensionibus communiri, & in quibus etiam nos dictus tutor manu propria subscripsimus. Quæ sunt acta in civitate Barchinonensi, in Palatio Domini Regis Aragoniæ prædicti, Kalendis Octobris, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo. *Visa per Cancellarium.* Signum Jacobi Dei gratia Regis Majoricarum, Comitis Rossilionis & Ceritaniæ, ac Domini Montispessulani, prædicti, qui hoc laudamus, firmamus & juramus. Nos Philippus de Majoricis tutor prædictus præmissa laudamus, concedimus & firmamus, & manu propria subscribimus. Signum Jacobi Dei gratia Regis Aragoniæ, Valentiæ, Sardiniæ & Corsicæ, ac Comitis Barchinonensis prædicti, qui hæc laudamus, firmamus & juramus.

§. 13. Testes hujus rei sunt, qui præsentes fuerunt, inclytus Dominus *Infans Petrus Rippacratiæ & Impurtorum Comes*, inclytus Dominus *Infans Raimundus Berengarii Comes Montanarum*, de prædictis antefati Domini *Regis Aragoniæ filii;* Gasto Oscensis Episcopus *Cancellarius* dicti Domini Regis Aragoniæ, Berengarius Elnensis Episcopus, frater Sancius de Aragonia locumtenens Magistri Hospitalis in Castellania Emposte, F. Raymundus de Impuriis de ordine Hospitalium, F. Raymundus de Cavilione Commendator Alcaronis, F. Petrus Abbas Monasterii sanctarum Crucum Capellanus major dicti Domini Regis Aragoniæ. Petrus de Viridario Archiepiscopus Majoricarum, & Canonicus Narbonensis, Cancellarius dicti Domini Regis Majoricarum Guillelmus de Madrona Canonicus Tirasonensis, Antonius de Galiana, Legum Doctor Canonicus Majoricarum. F. Petrus de Portello de Ordine Prædicatorum *Confessor dicti Domini Regis Aragoniæ:* Nobilis Otho de Montecathero, *Bernardinus* de Campana, *Galdous* de Angellaria, *Berengarius* de Vilariacuto, *Aldemarius* de Mosseto, *Pontius* de Ceramay. Et Milites *Raymundus* de Melanno, *Eximinius* de Tovia, *Ferrarius* de Villafranca, *Alquazirtus dicti Domini Regis Aragoniæ*, *Guillelmus* de Sancta Columba, *Petrus* de Pulcrocastro, *Ferrarius* de Canneto, *Jacobus* de Muredine, *Berengarius* de Podio, *Guillelmus* de Jaffero Vicecancellarius, Petrus Marii *Thesaurarius*, Petrus Despens, Guillelmus de Mora *Jurisperiti de Consilio dicti Domini Regis Aragoniæ*, Jacobus Scuderii Notarius dicti Domini Regis Majoricarum, Ferrarius de Lilleto *Bajulus Cataloniæ generalis.* Et quam plures alii. Signum Bernardi de Podio dicti Domini *Regis Aragoniæ Scriptoris*, & Notarii etiam publici, auctoritate sua per totam terram & dominationem ipsius, qui prædictis interfuit & hæc scribi fecit *cum litteris rasis & emendatis in linea decima quarta*, ubi dicitur, *Petruus noster fecerunt & nos fecimus: & in linea vigesima octava*, ubi scribitur, *Nos Jacobus Majoricarum Rex superius nominatus.* Et *clausimus* die & anno, quo supra.

LXI. Ludovicus Bavarus *Imperator concedit vicariatum* Castruccio de Antelminellis *in Civitate & districtu Luca. IV. Kal. Junii* 1324.

LUdovicus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, magnifico Viro, Castruccio de Antelminellis, Vicario Lucanorum, suo & Imperii fideli

fideli dilecto gratiam ſuam & omne bonum. Regiæ liberalitatis clementia in ſuis fidelibus gratiarum dona multiplicans, illis præcipue conſuevit aſſurgere larga manu, qui per pugnam continuam in rebelles pro exaltatione coronæ ſingulares triumphos & nomen laudabile ſunt ſortiti. Sanè cum veraciter ſciamus, te præcipuum in partibus Italiæ pro ſacro Imperio pugilem extitiſſe, nulli parcendo periculo, oneri, vel labori, ac juſtitia tua & animi probitate victos de hoſtibus devotos pro Imperio tenuiſſe, ac devios infideles ad fidem gratioſis meritis invitaſſe: volentes præmiſſorum obtentu extollere nomen tuum, & te prærogativa ſpeciali magnificè honorare, *vicariatum Civitatis Lucanæ*, ejusque *diſtrictum* ſex milliariorum, & ſuburbanorum vel quaſi, & provinciarum *Vallis Nebulæ, Arianæ & Lunæ*, cum terris civium Garfagnanæ, terris quæ dicuntur Plancorum, Verrucula, Boſſorum, & ejus curiæ, Pontremulo, ejus diſtrictu, Lunegiana, & omnibus terris ſitis ultra & citra aquam Magræ, in Lunenſi diœceſi, Maſſa, & Verſilia, & Valletina; auctoritate Regia noſtro & Sacri Imperii vice & nomine uſque *ad noſtrum*, vel ſucceſſoris noſtri Romani Imperatoris vel Regis beneplacitum & voluntatem tibi committimus; & in ipſis civitate, terris & locis & aliis ante dictis, pro nobis & ſacro Imperio, te *vicarium* conſtituimus & facimus *generalem*. Concedentes tibi plenariam jurisdictionem in omnibus prædictis, civitate, terris & locis, ut poſſis inquirere & punire, & jurisdictionem ſanguinis cum mero & mixto Imperio exercere, in genere & in ſpecie, per te vel alium, aut alios, cui vel quibus ipſam jurisdictionem commiſeris exercendam, recepto primitus à te juramento, quod ipſam jurisdictionem fideliter exerceas, nulli parcendo, vel contra juſtitiam offendendo, ſed jus ſuum cuique tribuendo, volentes per hanc conceſſionem noſtram in præmiſſis omnia & ſingula tibi eſſe conceſſa, quorum ſpecialem commiſſionem fieri oporteret, & quæ in generali commiſſione non intelligerentur commiſſa, niſi de ipſis fieret mentio ſpecialis. In cujus rei teſtimonium, præſentes tibi dirigimus, tradimus, appenſione ſigilli Regii communitas. Datum in regali oppido noſtro Franckfort. IV. Kal. Junii, Anno Domini 1324. Regni verò noſtri X.

LXII. *Reconciliatio conceſſa Civitati Lucæ. IV. Kal. Junii* 1324.

NOs Ludovicus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Etſi honor Regis judicium diligat, tamen Auguſtalis clementia miſericordiam non reputat, quin nonnunquam per juſtitiam condemnatos reddat per gratiam abſolutos; ſic quippe fideles noſtros & Imperii intime diligimus, quod longè carius parcimus revertentibus, quam pœnam reſiſtentibus infligamus. Sane dudum claræ memoriæ Dominus *Henricus*, quondam Romanus Imperator VII. prædeceſſor noſter, contra civitatem Lucanam & ejus diſtrictum, & contra commune & cives & ſpeciales perſonas ejusdem, quasdam condemnationis ſententias promulgavit, proſcriptiones, mulctas, privationes, & pœnas alias infligentes pro eo, quod tunc ipſi à fidelitate receſſerant, & ſacro Imperio rebellabant. Nunc verò quia civitas, diſtrictus, commune, & cives præfati ad fidelitatem & devotionem reverſi, ſacro ſe Imperio in puritate & integritate fidei reddiderunt, & in hoc propoſito fidei ſe firmos & ſtabiles opere comprobant & effectu: Nos qui eisdem pium & benevolum affectum gerimus, & tanquam filios peramamus, culpam præteritam, quam ipſi ſtudent devotis & fidelibus actibus expiare, remittentes eisdem de gratia ſpeciali omnes ſententias per dictum D. Heinricum contra ipſos prolatas, de plenitudine poteſtatis regiæ relaxamus & revocamus, quicquid ex eis vel ab eis factum vel ſecutum exiſtit:

reſti-

Digitized by Google

reſtituentes eosdem eadem poteſtate contra ipſas ſententias in integrum, & in ſtatum priſtinum, ac ſi ipſæ ſententiæ non fuiſſent ab initio promulgatæ. Ad quos ſpecialiter nos induxit prædictorum fidelium noſtrorum nova, creſcens & firma devotio: & fideliſſima ſtrenui Viri *Caſtrucii de Antelminellis, ſui Vicarii*, pro ipſis interpellantis ſupplex petitio, & favor multus, quem ipſis gerimus ex affectu. Verum tamen prædictas ſententias non intelligimus relaxatas ad illos de civibus prædictis, qui in rebellione perſiſtentes nobis & Imperio vel dicto *Vicario* noſtro nomine non obediunt, nec intendunt; niſi forte ad requiſitionem dicti Caſtrucii, intra terminum, quem præfixerit, ad fidelitatem redierint, & ejus beneplacitis paruerint & mandatis. In cujus noſtræ remiſſionis, relaxationis, revocationis & reſtitutionis teſtimonium præſentes damus litteras, ſigilli noſtri robore communitas. Datum in Franckfort. IV. Kalend. Junii, anno Domini 1324. Regni verò noſtri X.

LXIII. *Conceſſio Vicariatus Piſtorienſis. IV. Kal. Junii*, 1324.

LUdovicus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, magnifico Viro Caſtrucio de Antelminellis, Vicario Lucanorum, ſuo & Imperii fideli dilecto gratiam ſuam & omne bonum. Regiæ liberalitatis clementia in ſuos fideles gratiarum dona multiplicans, illis præcipue conſuevit aſſurgere larga manu, qui per pugnam continuam in rebelles, pro exaltatione Coronæ ſingulares triumphos & nomen laudabile ſunt ſortiti. Sanè cum veraciter ſciamus, te præcipuum in partibus Italiæ pro ſacro Imperio pugilem extitiſſe, nulli parcendo periculo, oneri vel labori, ac juſtitia tua & animi probitate victos de hoſtibus devotos pro Imperio tenuiſſe, ac devios infideles ad fidem gratioſis meritis invitaſſe: volentes præmiſſorum obtentu, extollere nomen tuum & te prærogativa ſpeciali magnificè honorare, *vicariatum Civitatis Piſtorii* & totius Comitatus & diſtrictus ejuſdem, ac in omnibus aliis terris ſitis infra confinia ſupra dicta, & in Diœceſi Lucana, Piſtorienſi & Lunenſi auctoritate Regia, noſtro, & ſacri Imperii vice & nomine uſque ad noſtrum vel ſucceſſoris noſtri Romanorum Imperatoris aut Regis beneplacitum & voluntatem, tibi committimus, & in ipſis civitate & Comitatu ac diſtrictu, terris, locis, ac omnibus antedictis *pro nobis ac ſacro Imperio* te Vicarium conſtituimus & facimus generalem. Concedentes tibi plenariam jurisdictionem in omnibus prædictis, civitate, terra & locis, poſtquam eas acquiſieris, & pro nobis & ſacro Imperio tenendas tibi ſubjugaveris, ut poſſis inquirere & punire, & *jurisdictionem ſanguinis* cum mero & mixto Imperio exercere, in genere & in ſpecie, per te vel alium, aut alios, cui vel quibus ipſam jurisdictionem commiſeris exercendam; recepto primitus à te juramento, quod ipſam jurisdictionem fidelitèr exerceas, nulli parcendo, vel contra juſtitiam offendendo, ſed jus unicuique tribuendo. Volentes per hanc conceſſionem noſtram omnia & ſingula tibi eſſe conceſſa, quorum ſpecialem commiſſionem fieri oporteret, & quæ in generali commiſſione non intelligerentur commiſſa, niſi de ipſis fieret mentio ſpecialis. In cujus rei teſtimonium præſentes tibi dirigimus & tradimus appenſione ſigilli Regii communitas. Datum in Regali oppido noſtro Franckfort. IV. Kal. Junii, Anno Domini 1324. Regni vero noſtri X.

LXIV. *Comitiva Palatii Lateranenſis cum jure aſſiſtendi coronationi Imperatoriæ, ibique certas functiones peragendi, conceſſa* Caſtrucio Duci Lucano & *Imperii Vexillifero. 14. Martii Anno* 1328.

Ludovicus

Digitized by Google

Ludovicus Dei gratia *Romanorum Imperator* ſemper Auguſtus, illuſtri *Caſtrucio Duci Lucano*, ſacri *Lateranenſis Palatii Comiti*, & Romani Imperii *Vexillifero*, ſuo & Imperii fideli dilecto, gratiam & omne bonum. Dignum & Majeſtati Imperiali proprium eſt, ut ſicut quotidie fidelium augetur ſubſtantia & devotio, ita eis Imperiale culmen augeat dignitatis privilegia & honores. Sanè experientia docente novit Imperialis Majeſtas maximam fidem, devotionem, & conſtantiam tuam, & ante & poſt à nobis tibi collatos honores, ultra cæteros fideles Imperii de bono in melius quotidie profeciſſe.

§. 2. Ut igitur præmiſſorum contemplatione ad ampliores dignitatum apices per Imperiale culmen tua devotio attollatur, de conſilio & aſſenſu Procerum noſtræ Imperialis Aulæ, tibi & ſucceſſoribus tuis ex te natis & naſcituris per lineam maſculinam in perpetuum, *Comitatum ſacri Lateranenſis Palatii* (quem *ad fiſcum* noſtrum & ſacrum Romanum Imperium juſtis & legitimis cauſis *devolutum* & applicatum pronuntiamus & declaramus, & ad omnem dubietatem tollendam devolvimus & applicamus) damus, concedimus, & donamus, & ex certa ſcientia & plenitudine poteſtatis: & te & prædictos ſucceſſores tuos in perpetuum eligimus, conſtituimus, præficimus & creamus Comitem & Comites ipſius ſacri Palatii Lateranenſis, vosque de Comitatu prædicto inveſtimus & infeudamus, tanquam veros & fideles Imperii Vaſallos: dantes & concedentes & tribuentes tibi & eis, omnes & ſingulos honores, & omnia & ſingula privilegia & emolumenta, quos & quæ Comites prædicti ſacri Palatii habent & habuerunt quoquo tempore, de tempore, de conſuetudine vel de jure.

§. 3. Declarantes & nunc per hoc noſtræ ſerenitatis indultum, tibi & prædictis ſucceſſoribus tuis, ex prædicta comitatus dignitate competere *jus aſſiſtendi perpetuo benedictioni, ſacræ unctioni, & coronationi ſucceſſorum noſtrorum Principum Romanorum, & omnibus & ſingulis ipſius coronationis ſolemnitatibus: & præcipuè ſociandi & deducendi ipſos Romanos Principes, tempore coronationis fiendæ de eis, ad ſacram unctionem de ipſis faciendam, & eosdem Romanos Imperatores ſucceſſores noſtros tenendi & juvandi in ipſa ſacra unctione & actu ipſius, & eadem unctione perfecta, eos reducendi & ſociandi ad altare, & thalamum, prout & quoties Principes expediunt redire. Item jus levandi & tenendi Imperiale diadema, de noſtro & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Principum capite, tempore, quo Imperialis coronationis ſolennia celebrantur, & etiam quocunque alio tempore, quoties publicè ipſum diadema expedierit elevare* de capite noſtro, & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Principum * reponi.

§. 4. Quæ omnia & ſingula ſcripta valere & tenere volumus, & jubemus ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis, jure aliquo non obſtante. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtram paginam in aliquo violare, vel ei auſu temerario contraire. Si quis verò hoc attentare præſumſerit, gravem indignationem noſtram ſe noverit incurriſſe. In cujus rei teſtimonium præſentes conſcribi, & ſigilli Majeſtatis noſtræ robore, cum annotatione teſtium ſubſcriptorum juſſimus communiri: *Rudolphi Ducis Bavariæ* Principis ac *patrui noſtri* chariſſimi, *Henrici Ducis Brunſvicenſis*, *Ludovici Ducis de Teck*, Hermanni de Linthelberg Cancellarii noſtri, Alberti dicti Symiel de Linthelberg Mareſchalli noſtri, Meinhardi Comitis de *Ortenberg*, Ottonis Comitis de *Orlamende*, Johannis Comitis de Claramonte, Conradi Comitis de Truchendinguen, Conradi de * *Zoluſeiberg*: nec non Nobilium Virorum Jacobi de *Columna* Sciaræ, & Jacobi de *Sabellis*, Senatorum Urbis. Datum Romæ 14. menſis Martii, indictione 11. Anno Domini 1328. Regni noſtri Anno 14. Imperii verò primo.

* Puto Conr. de Schluſſelberg v. Alb. Arg. ad 1323.

Digitized by Google

LXV. Ludovici Bavari Imperatoris *Diploma erectionis Lucæ cum territorio vicino in Ducatum, & creatio primi Ducis Lucani*, Caſtruccii de Antelminellis, 15. *Febr. ann. Incarn.* 1328.

Ludovicus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, illuſtri *Caſtruccio de Antelminellis Duci Lucano*, Comiti Sacri Lateranenſis Palatii, & vexillifero Imperii, ſuo & Imperii fideli dilecto, gratiam ſuam & omne bonum. Principalis liberalitatis clementia in ſuis fidelibus dona multiplicans, illis præcipue conſuevit aſſurgere larga manu, qui per pugnam continuam in rebelles pro exaltatione Coronæ ſingulares triumphos & nomen laudabile ſunt ſortiti. Sanè cum veraciter ſciamus, experientia nobis exiſtente magiſtra, te præcipuum & ſtrenuum in partibus Italiæ pro ſacro Imperio pugilem extitiſſe, nulli parcendo oneri, periculo vel labori, ac juſtitia tua & animi probitate victos de hoſtibus devotos pro Imperio tenuiſſe, & devios infideles ad fidem gratioſis meritis invitaſſe; tantoque magis Imperiale ſceptrum extollitur tanto curâ regiminis à ſollicitudinibus & laboribus relevatur, quanto fideles in circuitu Imperii circumſpicit digniores. Et de fulgore throni Cæſarei, velut ex ſole radii, ſic cæteræ prodeunt dignitates, ut prima lucis integritas minorati luminis non ſentiat detrimentum.

§. 2. Hac igitur conſideratione commoti, qui cœleſti providentia Romani Imperii moderamur habenas, ac ſolii noſtri decus tam veterum dignitatum ornatibus confovemus, quàm novis honoribus ampliamus: Volentes præmiſſorum obtentu extollere nomen tuum & te prærogativa ſpeciali magnificè honorare, de plenitudine poteſtatis, & de certa ſcientia, & de conſilio Principum & Baronum, *Civitates Lucæ, Piſtorii, Volaterrarum & Lunæ* cum omnibus & ſingulis caſtris, villis, & locis ſitis in Diœceſibus ipſarum, & cum omnibus earum & cujuscumque earum pertinentiis, territoriis & jurisdictionibus quibuscumque, ad jus, honorem & nomen Ducatus pertinentibus, transferentes & volentes ſub uno dignitatis vocabulo contineri *Ducatus Lucani;* te pro te & ſucceſſoribus tuis ex te *per lineam maſculinam* natis & naſcituris in perpetuum ipſius Ducatus Ducem & *vexilliferum noſtrum & ſacri Romani Imperii ubilibet*, de præmiſſæ noſtræ poteſtatis plenitudine & principali munificentia promovemus; eisdem libertatibus, immunitatibus & juribus prædictum Ducatum tuum præſentium auctoritate donantes, quæ ducalem deceant dignitatem; præfatasque Civitates & quamlibet earum, & omnes terras, caſtra, territoria atque loca, quæ in Diœceſibus ſeu Epiſcopatibus & territoriis dictarum Civitatum & pertinentiarum ipſarum Civitatum ſeu cujuslibet earum, ſeu intra confines diœceſium Epiſcopatuum, pertinentiarum & territoriorum præfatarum civitatum, & cujuslibet earum ſitæ ſunt ſeu ſita, in perpetuum tibi legitimis ſucceſſoribus tuis ex te deſcendentibus natis & naſcituris per lineam maſculinam ex certa ſcientia damus, concedimus & donamus, cum omnibus & ſingulis villis, caſtris, terris, fortalitiis, caſalibus, vaſallis, hominibus, poſſeſſionibus, honoribus, uſibus, *derittis*, demaniis, feudis, homagiis, patronatibus vacantium & non vacantium Eccleſiarum & locorum, ad nos & ſacrum Romanum Imperium ſpectantibus ſeu pertinentibus, & cum terris cultis & incultis, ſylvis, paſcuis, nemoribus, ſalinis, balneis, ſtagnis, lacubus, atque quibuſcumque aquis & aquarum decurſibus, molendinis, piſcariis, piſcationibus, venationibus, montibus, planis, vallibus, & omnibus & ſingulis locis, juribus & pertinentiis tam maris quam terræ præfatarum Civitatum,

Digitized by Google

tum, terrarum & locorum, & cujuſcumque ipſarum & ipſorum, exiſtentium infra prædictas Diœceſes confines & loca, quæ in hujusmodi noſtra conceſſione & donatione ſub ſpeciali aut generali vocabulo poſſint intelligi ſeu comprehendi, & quæ ad nos & Romanum Imperium ſpectare noſcuntur. Et ſic te & ſucceſſores tuos prædictos in Ducem & Duces prædicti Ducatus, cum dignitate illuſtri eligimus, conſtituimus, præficimus & creamus; dantes & concedentes tibi & ſucceſſoribus tuis prædictis in præmiſſo Ducatu pleniſſimam jurisdictionem & liberam auctoritatem & poteſtatem juris dicendi per te & per alios, & etiam *merum & mixtum imperium*, ut exercere valeas & valeant gladii poteſtatem ad animadvertendum in facinoroſos & malos.

§. 2. Et ut ipſius Ducatus dignitate te, & præfatos tuos ſucceſſores cognoſcas amplius & favorabilius ab Imperiali eminentia ſublimari, tibi & ſucceſſoribus tuis prædictis ex ipſa dignitate Ducatus perpetuò decrevit competere noſtra Serenitas auctoritatem & *poteſtatem creandi* & ordinandi perpetuò & ad tempus (prout vobis placuerit) *in ſingulis Civitatibus, caſtris, oppidis, villis, terris dicti Ducatus Vicarios, Capitaneos, poteſtates, Judices ſeu Rectores*, & quoslibet ordinarios Magiſtratus, vel etiam Delegatos, & quoscumque *honores & dignitates*, atque honorum & dignitatum officia cum auctoritate & poteſtate juris dicendi & mero & mixto imperio, *ſtatuta municipalia condendi*, juri divino & naturali non contraria, prout utilitati & pacifico ſtatui expedire videritis ſubjectorum. Ad hæc quoque in prædicto tuo Ducatu flumina navigabilia, & ex quibus navigabiles fuerint portus, *plagas*, (ſicut nunc dignoſceris poſſidere) ripas & *ripatica*, nec non vectigalia, telonia, auri & argenti, & *metallorum* omnium queſtum, *nunc nobis & Imperio pertinentes*, tibi tuisque ſucceſſoribus memoratis concedimus & donamus; ac *monetæ* tàm auri quàm argenti & æris condendæ, juſti & recti ponderis, in ipſo tuo Ducatu, tibi prædictisque tuis ſucceſſoribus præſenti privilegio facultatem liberam indulgemus; & feuda antiqua & nova, & recta & regalia conferendi, & infeudandi Vaſallos Imperii de feudis, quæ *manu, vel ore*, aut quocumque alio modo fuerint conferenda, & recipiendi à Vaſallis Imperii fidelitatem & homagii ſacramenta, & mulctarum ſeu pœnarum compendia & confiſcationes bonorum, & cæterorum, quæ dicuntur *regalia*, in ipſo Ducatu, ad tutum & prædictorum tuorum ſucceſſorum compendium volumus pertinere; *milites* quoque in dicto Ducatu & extra *conſtituendi, & militari cingulo* decorandi, & judices ordinarios & *notarios* publicos creandi, & ordinandi, ac conficiendi; filios & filias naturales tàm ſpurios quàm vulgò quæſitos ex damnabili coitu natos *legitimandi* & cum ipſis ſuper natalium defectu, & alio quolibet diſpenſandi, tibi & ipſis auctoritatem & poteſtatem plenariam indulgemus. Ut tamen pro honore, quem tibi libenter adjicimus, nullum jus ſubtrahatur obedientibus & obedituris nobis & Imperio, in eorum bonis & feudis, jura tamen Imperii remaneant Ducatui ſupra dicto. Volumus inſuper, quod in præmiſſis *Ducatu ſeu vexilliferatu* ſemper *major natu* ſeu ſenior ex generatione tua ex te, & ſucceſſoribus tuis legitime deſcendentibus, excluſis aliis filiis ſeu heredibus minoribus ſolus & in totum ſuccedat.

§. 3. Et propter præmiſſa omnia te pro te ipſo & prædictis ſucceſſoribus tuis nobis pro nobis ipſis ſucceſſoribusque noſtris homagium & debitæ fidelitatis juramentum præſtantem de præmiſſis Ducatu & vexilliferatu *per ſcriptum* (*melius: ſceptrum*) *quod in manu tenemus, præſentialiter inveſtimus* & infeudamus. Porro omnia & ſingula ſupra dicta valere & tenere volumus & firmamus, non obſtante aliqua lege, conſuetudine aut jure, quibus contrarium caveretur; quibus omnibus & ſingulis ſpecialiter & expreſsè,

Digitized by Google

tanquam nominatim de illis in præsenti privilegio fieret mentio, intendimus, ut esse debeat *derogatum*, & potissime *juri & consuetudini*, quo & qua *cavetur* seu cautum diceretur, *quod heres in Ducatu, Comitatu vel Marchia nullo modo succedat, nisi ab Imperatore acquisierit per investituram*, quantum ad casum præsentem; in aliis vero casibus in suo robore semper durent. Volumus tamen, quod tu & successores tui à nobis & successoribus nostris & sacro Romano Imperio requisitus & requisiti perpetuò tenearis & teneantur, plenam & liberam obedientiam facere, & in omnibus nostris mandatis successorumque nostrorum & sacri Romani Imperii liberè intendere & parere, & omnia mandata nostra observare & efficaciter adimplere juxta posse, & executioni mandare.

§. 4. Et avons promis & promettons au dict Roy de France preſent & recevant, en bonne foy & pour noſtre ſerment donné corporellement ſus la hypotheque & obligations de tous nos biens meubles, non meubles, preſens & à venir, leſquelz nous obligeons à ce garder & tenir effectuellement, en bonne foy, ſans mal engin toutes les choſes deſſus dictes & chacunes d'icelles, & toute la teneur des dictes lettres ſans aller encontre par voye directe *taiſiblement ne expreſſement*, en jugement ne dehors, ne conſentir, que tous autres y viegnent; & rendre tous couſtz, deſpens, dommages & intereſtz, que lidis Roys, ſes hoirs & ſes ſucceſſeurs, & ceux, qui de luy ont & auront cauſe, feroient, ſouſtiendroient & encourroient pour le deffeault des dictes choſes, & de la teneur de ces preſentes lettres non tenues & non gardées entierement en la maniere deſſus dicte de nos hoirs & de nos ſucceſſeurs; & de iceux croire celuy qui faict, ſouſtenu ou encouru les auroit par ſa ſimple parole dicte en jugement ou dehors, ſans libelle, demande, litis conteſtation, & ſans tout plaict, & ſans avoir recours de & ſur iceux à dict ne à arbitre de juge ou preud homme; renonçans de noſtre certaine ſcience, & par noſtre dict ſerment derechef faict & donné ſur ſainctz Evangiles à la action & exception ſans cauſe & ſans juſtice, & à toute erreur de droict & de faict, & à toute decevance & leſion, & *à la loy qui dict, que ceux, qui ſont deceus outre la moitié de juſte prix peuvent eſtre retablis, au benefice de quatre mois donnez ou condamnez* *, & à tout droict eſcrit & non eſcrit, couſtume generale ou ſpeciale, uſage de lieu & de païs, par leſquelz les choſes deſſus dictes pourroient eſtre empechées ou annullées en tout ou en partie; & *au droict, reprouve la generale renonciation, mesmement ſe la ſpeciale ne va devant*: vueillans eſtre contraintz à tenir, garder & accomplir les choſes deſſus dictes par les Cours de noſtre dict Seigneur, & *par la Cour de noſtre Sainct Pere le Pape*, qui eſt ou ſera pour le temps, & de *l'Auditeur ou Viceauditeur de ſa chambre*, & par toutes les autres Cours Eccleſiaſtiques ou ſeculiers par pure execution, toute contradiction de nous, nos hoirs & ſucceſſeurs ceſſant, & tout ainſy, comme il plaira au Roy de France, qui eſt, & à celuy, qui pour le temps ſera, à la jurisdiction desquelles Cours nous ſousmettons nous, nos biens meubles, & non meubles preſens & à venir, & nos hoirs & ſucceſſeurs, ſans decliner icelles ou aucunes d'icelles par quelconque voye ou cauſe, que ce ſoit. En tesmoing desquelles choſes & à plus grande ſeureté d'icelles nous avons

Digitized by Google

faict mettre noſtre ſeel à ces preſentes lettres. Faict au bois de Vicennes prés de Paris l'an de grace, mil trois cens trente quatre au mois d'Octobre.

§. 5. De quibus quidem originalibus litteris ſupra ſcriptis facta fuit per nos Notarios publicos infra ſcriptos legitima collatio ad præſens tranſcriptum ex eisdem litteris originaliter ſumptum, anno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſeptimo, *ſecundum morem Gallicorum*, indictione ſexta, menſis Martii die ſecunda, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Benedicti divina providentia Papæ decimi tertii anno quarto, videlicet in domo venerabilis & circumſpecti Viri Magiſtri Guillelmi Perdrielli Theſaurarii Franciæ ſita Pariſiis prope portam Barbette, præſentibus & auſcultantibus diſcretis Viris Magiſtris Nicolao de Molendino & Michaele Barz magiſtris in artibus, Joanne Rode alterius auditorum Curiæ Pariſienſis Scriba, & Joanne Lesbeth Clericis Pariſiis commorantibus, Leonenſis, Trecorenſis, Cameracenſis & Venetenſis Diœceſium, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter ac rogatis. Et ego Joannes Juvenis alias de Villamenden Clericus Leonenſis diœceſis publicus, *Apoſtolica & Imperiali auctoritate* Notarius, quia facta per me cum Notario publico ſupra ſcripto diligenti collatione de præſcriptis originalibus litteris ad præſens tranſcriptum invicem concordare inveni, nil addito vel remoto: Ideo huic publico Inſtrumento alia manu ſcripto, me aliis occupato, ſignum meum ſolitum unà cum ſigno & ſubſcriptione dicti Notarii & ſigillo Curiæ Pariſienſis hic mea manu propria appoſui requiſitus. Et ego Joannes de Novavilla aliàs Ployardi Clericus Laudunenſis Diœceſis, magiſter in artibus, *publicus Apoſtolica & Imperiali auctoritate Notarius*, quia de prædictis litteris originalibus ad præſens tranſcriptum ſeu tranſumptum ex eisdem originaliter ſumptum cum Notario publico ſupra ſcripto diligenter collationem feci, & ipſum inſimùl concordare inveni nil addito vel remoto, quod ipſius ſubſtantiam mutet, aut intellectum variet: Ideo huic præſenti tranſcripto ſeu tranſumpto alia manu ſcripto, hic me manu propria ſubſcribens ſignum meum ſolitum unà cum ſigno & ſubſcriptione Notarii publici ſupra ſcripti, ac ſigillo Curiæ Pariſienſis appoſui requiſitus. Et nos *officialis Pariſienſis* ad majorem certitudinem præmiſſorum, ad relationem prædictorum Notariorum publicorum, *ſigillum Curiæ Pariſienſis* præſenti publico inſtrumento ſeu tranſumpto duximus apponendum. Datum & actum ut ſupra. Et ſeellé en lacs de ſoye verte d'un ſeel de cire jaune.

LXXIV. *Diſpenſatio generalis Jacobo Borbonio à Papa conceſſa, de contrahendo matrimonio cum conſanguinea de genere Regio Franciæ, quæ tertio conſanguinitatis gradu vel remotiore ſit conjuncta. Avinione, Non. Kal. Octobr.* 1334.

JOhannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio nobili Viro *Jacobo, nato dilecti filii nobilis Viri Ludovici Ducis Borbonenſis* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Providentia ſedis Apoſtolicæ circumſpecta, ſublimium perſonarum conditiones & ſtatus prudenter advertens & conſiderans diligenter quod eorum inclyta devotio gratiæ promeretur, eis concedere conſuevit interdum, quæ merito denegat aliis; maximè cum ſperatur probabiliter, quod ex hoc eorum ſincera devotio erga Deum & Romanam Eccleſiam augeatur. Sanè cariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Regis Franciæ illuſtris, cujus ex iſtis conſanguineus, petitio nobis exhibita continebat, quod cum proſapia generis domus Regalis Franciæ adeo Domino faciente creverit, & fuerit inter Principes & Magnates tam intra, quam extra Regnum Franciæ dilatata, quod

Digitized by Google

quod vix mulier juxta prædicti altitudinẽ generis conveniens tibi copulanda matrimonialiter valet commodè reperiri, præfatusq; Rex ad caritatem & unitatem inter illos de dicto genere fortius obſervandam & rectius confovendam deſideret, quod tu mulierem aliquam de dicto genere tibi tertio, vel remotiori gradu, vel gradibus conſanguinitatis vel affinitatis conjunctam ducas (interveniente tamen diſpenſatione Apoſtolica) in uxorem: nobis humiliter ſupplicavit, ut providere ſuper his tibi de opportunæ diſpenſationis gratia dignaremur. Nos igitur ex cauſis præmiſſis ſupplicationi hujusmodi benignius inclinati, *ut cum aliqua muliere, quæ tibi ex altero vel utroque latere vel lateribus, ab uno vel pluribus ſtipitibus deſcendente, tertio conſanguinitatis, aut quocumque alio remotiori gradu vel gradibus, ex uno vel pluribus lateribus conjungatur*, ſponſalia & matrimonium contrahere licitè (*concilii generalis* & alia quacumque Conſtitutione contraria *non obſtante*) valeas, tecum & cum eadem muliere, pro qua voluntate & *conſenſu memorati Regis Franciæ*, ut præmittitur, contrahes, auctoritate Apoſtolica de ſpeciali gratia diſpenſamus, prolem exinde ſuſcipiendam legitimam decernentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ diſpenſationis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Avinione nono Kal. Octobris, Pontificatus noſtro anno decimo nono.

LXXV. *Fœdus inter* Ludovicum Bavarum *Imperatorem &* Philippum Valeſium Regem Galliæ *per Wilhelmum Marchionem Juliacenſem Legatum Imperatoris, apud Luparam propè Pariſios concluſum* 23. *Decembr.* 1336. *& confirmatum Noriberg.* 1. *Febr.* 1337.

UNiverſis præſentes litteras inſpecturis, nos *Ludovicus* Dei gratia *Romanorum Imperator* ſemper Auguſtus, notum facimus, quod ex parte illuſtris *Willelmi Marchionis Juliacenſis* Principis & *affinis* noſtri dilecti, quem ad illuſtrem Principem *Philippum Regem Franciæ* præclarum pro tractandis, contrahendis, iniendis, faciendis & tenendis confœderationibus, *alligationibus*, unionibus, amicitiis, atque *ligis*, inter nos *alligatos* & ſubditos noſtros ex parte una; & dictum Franciæ Regem præclarum ex altera, ducimus deſtinandum; ad noſtram pervenit notitiam, quod idem Guillelmus Marchio Juliacenſis prædictus promiſit, ac etiam juravit ad Sancta Dei Evangelia per eum corporaliter tacta noſtro nomine & pro nobis: quod nos per nos ſeu quoscumque alios nobis alligatos aut ſubditos noſtros quoscumque, dicto Franciæ Regi præclaro, nec ſibi alligatis & ſubditis quibuscumque, aliquod impedimentum nocumentum aut damnum minimè faciemus vel præſtabimus, nec permittemus fieri ſeu præſtari; nec ejusdem Franciæ Regis præclari ac ſuorum alligatorum ac ſubditorum ſuorum quorumcumq; inimicis impendemus conſilium, auxilium & juvamen, nec permittemus impendi, pendente tractatu ſuper dictis confœderationibus, alligationibus & unionibus tractandis, iniendis, ac etiam faciendis, prout in infra ſcriptis dicti Marchionis Juliacenſis litteris plenius continetur, quarum tenor ſequitur in hæc verba.

§. 2. Univerſis præſentes litteras inſpecturis, nos *Guillelmus Dei gratia Marchio Juliacenſis*, notum facimus: quod nos ad excellentiſſimi Principis Domini noſtri Franciæ Regis illuſtris præſentiam acceſſimus pro tractandis, contrahendis, iniendis, faciendis & tenendis confœderationibus, alligationibus, unionibus, amicitiis atq; ligis inter magnificum Principem Dominum Ludovicum Dei gratia Imperatorem Romanorũ ſemper Auguſtum, & ejus

Digitized by Google

alligatos & ſubditos ex una parte; & dictum Dominum noſtrum Franciæ Regem ejusque alligatos & ſubditos ex altera; ad hoc poteſtatem habentes, per quasdam litteras dicti Domini Ludovici, quarum tenor ſequitur in hæc verba:

§. 3. Nos Ludovicus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus tenore præſentium profitemur & conſtare volumus univerſis: quod illuſtri Guillelmo Marchioni Juliacenſi, Principi & affini noſtro dilecto, plenam dedimus & damus, tradidimus & tradimus præſentibus *poteſtatem* cum illuſtri Philippo Rege Franciæ præclaro loquendi de omnibus negotiis ſive cauſis nos & ſacrum tangentibus Imperium, ſecum de his tractandi & faciendi amicitiam, ligas & uniones & fœdera contrahendi, & omnia alia & ſingula faciendi, quæ circa præmiſſa fuerint neceſſaria, vel etiam opportuna. *Promittentes ſub rerum noſtrarum & Imperii hypotheca*, nos ratum & gratum habituros, quicquid per præfatum Marchionem Juliacenſem actum, tractatum, ordinatum ſeu finitum fuerit in præmiſſis ſeu aliquo præmiſſorum. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras conſcribi & ſigillo noſtræ Majeſtatis juſſimus communiri. Datum Friſingen viceſima quarta die Septembris, Anno Domini milleſimo trecenteſimo triceſimo ſexto, Regno noſtri viceſimo ſecundo, Imperii vero nono.

§. 4. Quarum litterarum virtute nos Willelmus Dei gratia Marchio Juliacenſis prædictus promiſimus, & etiam promittimus, & juramus ad Sancta Dei Evangelia per nos corporaliter tacta nomine dicti Domini Ludovici & pro ipſo, quod idem Dominus Ludovicus per ſe ſeu quoscunque alios ſibi alligatos aut ejus ſubditos quoscunque, dicto Domino noſtro Regi Franciæ, nec ſibi alligatis aut ſubditis quibuscumq; aliquod impedimentū, nocumentum aut damnum minime faciet aut præſtabit, nec permittet fieri ſeu præſtari, nec ejusdem Domini noſtri Regis Franciæ ac ſuorum alligatorum & ſubditorum quorumcumque inimicis auxilium, conſilium & juvamen impendet, nec impendi permittet, pendente tractatu ſupra dictis confœderationibus, alligationibus & unionibus tractandis, iniendis & etiam faciendis. In quorum teſtimonium nos Willelmus Marchio Juliacenſis prædictus ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus apponendum. Actum & Datum *apud Luparam prope Pariſios*, die viceſima tertia Decembris, anno Domini milleſimo trecenteſimo triceſimo ſexto.

§. 5. Nos autem Ludovicus prædictus ex noſtra certa * prævisas noſtrisq; ſuper præmiſſis in ſupra ſcriptis Marchionis Juliacenſis litteris contentis & eorum ſingulis, aviſamento & deliberatione diligenti præhabitis; eadem ac *ſpecialiter* & expreſsè *juramentum* per dictum Marchionem Juliacenſem noſtro nomine & pro nobis præſtitum, ut præfertur & omnia alia & ſingula in eisdem litteris contenta, ratifficamus & etiam tenore præſentium approbamus. In quarum ratificationis & approbationis teſtimonium præſentes litteras ſigilli noſtri impreſſione fecimus muniri. Datum *in oppido noſtro Nurenberg*, prima die menſis Februarii, anno Domini milleſimo trecenteſimo triceſimo ſeptimo, Regni noſtri anno viceſimo tertio, Imperii vero decimo.

LXXVI. *Decretum & Conſtitutio ab Imperatore & Ordinibus de jure Imperii facta* 8. *Aug.* 1338.

Licet jura utriusque teſtamenti manifeſtè declarent, Imperialem dignitatem & poteſtatem immediatè *in* filio Dei ab antiquo proceſſiſſe, & Deum per Imperatorem & Reges mundi jura humano generi apertè tribuiſſe: & quod Imperator ex ſola electione eorum ad quos pertinet, verus efficitur Imperator, nec alicujus alterius eget confirmatione ſeu approbatione: quoniam

Digitized by Google

niam in terris quoad temporalia non habet ſuperiorem, ſed eidem gentes ſubſunt & nationes: & ipſe Dominus noſter JEſus Chriſtus mandavit, quæ ſunt Dei Deo, & quæ ſunt Cæſaris Cæſari reddenda. Quia tamen nonnulli avaritiæ & ambitionis cæcitate ducti, & nullius ſcripturæ intelligentiam habentes, ſed divertentes à tramite recti ſenſus in quædam iniqua & prava commenta, & in aſſertiones deteſtabiles prorumpentes contra poteſtatem & auctoritatem Imperialem, & jura Imperatorum, Electorum, & aliorum Principum & Imperii fidelium committunt fallaciter aſſerentes: *Quod Imperialis dignitas & poteſtas eſt à Papa*, & quod electus in Imperatorem non eſt verus Imperator nec Rex, niſi prius per Papam ſive ſedem Apoſtolicam confirmetur, approbetur & coronetur: & per hujusmodi pravas aſſertiones & peſtifera dogmata hoſtis antiquus movet, jurgia ſuſcitat, contentiones parit, & ſeditiones procurat. Ideò ad tantum malum evitandum de conſilio & conſenſu Electorum & aliorum Principum Imperii declaramus, quod Imperialis dignitas & poteſtas eſt immediatè à ſolo Deo: & quod de jure & Imperii conſuetudine antiquitus approbata, poſtquam aliquis eligitur in Imperatorem ſive Regem ab Electoribus Imperii concorditer, vel majori parte eorundem, ſtatim ex ſola electione eſt Rex verus & Imperator Romanorum cenſendus & nominandus, & eidem debet ab omnibus Imperio ſubjectis obediri; & adminiſtrandi jura Imperii & cætera faciendi, quæ ad Imperatorem verum pertinent, plenariam habet poteſtatem, nec Papæ ſive ſedis Apoſtolicæ aut alicujus alterius approbatione, confirmatione, auctoritate indiget vel conſenſu. Et ea propter hâc hæc in perpetuũ valitura lege decernimus, *ut electus in Imperatorem* concorditer vel à majori parte Electorum *ex ſolâ electione cenſeatur & habeatur* ab omnibus *pro vero & legitimo Imperatore*, & eidem ab omnibus ſubjectis Imperio debeat obediri, & adminiſtrationem & jurisdictionem Imperialem & Imperialis poteſtatis plenitudinem habeat, & habere ac obtinere ab omnibus cenſeatur & firmiter aſſeratur. Quicunque autem contra hæc declarata, decreta vel definita, aut aliquid eorum aſſerere ſeu dicere, aut aſſerentibus ſeu dicentibus conſentire, vel eorum mandatis, vel litteris, vel præceptis obedire præſumſerint, eos omnibus feudis, quæ ab Imperio detinent, & omnibus gratiis, jurisdictionibus, privilegiis & immunitatibus à nobis vel prædeceſſoribus noſtris eis conceſſis ex nunc privamus, & ipſo jure & facto decernimus eſſe privatos. Inſuper eos crimen læſæ Majeſtatis decernimus incurriſſe, & pœnis omnibus impoſitis crimen læſæ Majeſtatis committentibus ſubjacere. Datum in oppido noſtro de Franckenfurt, die 8. menſis Auguſti, Anno Domini 1338.

LXXVII. *Epiſtola Electorum ad Papam* Benedictum XII. *ſuper* Ludovico *Imperatore.*

SAnctiſſimo in Chriſto Patri ac Domino, Domino Benedicto Papæ: Veſtri devoti filii, *Henricus* Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Archiepiſcopus Moguntinus, Electorum Principum Decanus, nec non per Germaniam Sacri Imperii Archicancellarius: *Balduinus* Archiepiſcopus Trevirenſis, Cancellarius Galliæ: *Walramus* Archiepiſcopus Colonienſis, Cancellarius Italiæ: *Waldemarus* Marchio Brandeburgenſis, Camerarius: *Rudolphus* Palatinus, Dapifer: *Rudolphus* Dux Saxoniæ, portitor enſis; Romanorum Regis, & coronandi Imperatoris legitimi Electores. Gravamur non modicè, & turbamur ex intimis, cum reverendam Sacroſanctam Romanam Eccleſiam, matrem noſtram, & ipſius ſummos Pontifices, quibus reverentiam & honorem exhibere volumus promptis & devotis animis omni *vice; ac ſacroſanctum Imperium & Imperatores ſeu

* puto: omnip. id eſt omnipotentis.

Digitized by Google

Reges ipsius, quorum defensio ad nos ac omnes alios Coelectores nostros præcæteris mundi Principibus specialiter pertinere dinoscitur; sicut temporibus præsentibus, videmus ad invicem discordare. Nam ex hoc non potuerunt sibi & populo Christiano proficere & prodesse, & prout est divinitus institutum, sibi mutuò suffragari. Propter quæ in diversis mundi partibus, provinciis & terris, ipsis regendas, gubernandas commissis, innumera execrabilia pericula animarum, personarum & rerum, & diversa scandala in Dei Ecclesia, (quod dolenter referimus) sunt suborta; & majora præsumuntur futuris temporibus, quæ ad planum dici nequeunt vel conscribi, certitudinaliter suboriri: quæ submoveri non possunt, nisi utraque potestas contenta sit suis juribus & consuetudinibus hactenus observatis, & reformentur, quæ una contra aliam attemptavit.

§. 2. Sanctitati vestræ cum omni devotione, & in modum, quem possumus, meliorem & humiliorem referimus bono zelo, quod super præmissis & ad consulendum & providendum sacrosancto Romano Imperio, cujus jura, honores, bona, libertates & consuetudines prostrata jacent, & à diversis personis Ecclesiasticis & sæcularibus sunt & fuerunt hactenus in grave præjudicium dicti Imperii invasa, occupata, & multipliciter conculcata; xv. die mensis Julii anni xxxviii. *in Reinse super alveo Reni* (ubi Principes electores super negotiis Imperii tractandis convenire consueverunt ab antiquo) cum aliis Principibus Electoribus Imperii in unum fuimus congregati; & diversis deliberationibus & consiliis præmissis, sicut divinæ gratiæ placuit, omnes unanimes fuimus & nullo penitus discrepante pro defensione & recuperatione jurium, honorum, bonorum, libertatum, consuetudinum sacri Romani Imperii ac *totius Christianitatis, ad cujus Regimen & defensionem idem Imperium principaliter ordinatum dinoscitur;* disposuimus & ordinavimus, pro nobis & successoribus nostris, & firmavimus jurejurando, per sacramenta corporaliter à nobis & omnibus Coelectoribus nostris præstita; quod jura, honores, bona, libertates & consuetudines dicti Imperii & nostra, nobis in Electione Imperii competentia ex consuetudine vel de jure manuteneamus, defendamus & illibata conservemus toto posse, & viribus nostris, contra omnes homines cujuscunque præeminentiæ, dignitatis, seu status existant, & quod hoc non obmittamus propter aliqua pericula rerum & personarum, aut præcepta, mandata & processus, per quemcunque modum & formam prolati sint, vel in antea proferantur contra Imperium & nos, vel Coelectores nostros; per quæ dicto Imperio, ac nobis & Coelectoribus nostris in prædictis juribus, bonis, hominibus, libertatibus & consuetudinibus præjudicatum sit, vel in futurum posset præjudicium generari.

§. 3. Et tandem super præmisso lamentabili desiderio, & causis originalibus, ex quibus ortum dinoscitur, quod inter sanctam Romanam Ecclesiam, ac sacrum Romanum Imperium & Dominum nostrum *Ludovicum Romanorum Imperatorem*, jam longis temporibus diligenti & sollicita deliberatione præhabita, nos & alii Coelectores nostri cognovimus, & nobis constitit evidenter ex processibus quondam Domini Johannis Papæ XXII. prædecessoris vestri, quod ipse primo & postea sententias excommunicationis & interdicti (si sic dici merentur) ac alias diversas sententias & processus de facto contra Deum & Justitiam, & juris ordinem fulminavit, contra prædictum Dominum nostrum, Dominum Ludovicum Rom. Imperatorem, ac fautores & adhærentes sibi: qui à majori parte Principum Electorum fuit ritè & rationabiliter in Regem Rom. electus, in Imperatorem postea conservandus: *quod se de administratione Imperii intromisit, non approbata per prædictum prædecessorem vestrum ipsius electione*, quam in discordia asseruit celebratam.

§. 4. Per quas sententias & processus, cum juri & consuetudini Imperii

Digitized by Google

perii præfato Domino noſtro Ludovico, nobis & aliis Electoribus Imperii permaximè derogetur; cum jure caveatur & conſuetudine, cujus contrarium in memoria hominum non exiſtit, ſit rationabiliter introductum, & ſine cujusvis contradictione legitimè obſervatum, ſicut etiam in prædicto *Parlamento* per nos & alios Coelectores noſtros, præhabita diligenti deliberatione & diſcuſſione, ac conſilio multorum Principum, Comitum, Baronum & nobilium eſt concorditer declaratum, & ſententialiter definitum: Quod vacante Romano Imperio is, qui eligitur concorditer, vel à majori parte Principum Electorum, pro Rege Romanorum ab omnibus eſt habendus: Et quod nec nominatione, approbatione, confirmatione, conſenſu, vel auctoritate ſedis Apoſtolicæ ſuper amminiſtratione bonorum & jurium Imperii indiget, ſive titulo Regio aſſumendo: quodque jura & bona Imperii amminiſtrare & gubernare poterit, & de jure & conſuetudine, nulla ſedis Apoſtolicæ ſuper hoc licentia habita vel obtenta.

§. 5. Quare cum Sanctitas veſtra teneatur præ omnibus Regnis mundi defendere jura Imperii, quod ad defenſionem ſedis Apoſtolicæ & totius fidei Chriſtianæ eſt coelitus ordinatum, & ſine cujus ſalubri gubernatione & defenſione non poteſt in opulentia pacis perſiſtere Chriſtianus populus, nec benè colere pacis auctorem: Clementiæ Sanctitatis veſtræ ſupplicamus, cum omni humilitate & reverentia, qua poſſumus & valemus, quatenus ſententias & proceſſus prænotatus, & quidquid exinde ob nos ſecutum eſt totaliter & penitus revocetis, tanquam in præjudicium Imperii & jurium ipſius prolatos. Quæ jura illibata pro poſſe ſervare tenemur ratione à nobis præſtiti juramenti, ut obinde in omni obedientia & devotione Eccleſiæ Romanæ & ſanctitatis veſtræ debeamus devotioribus animis perpetuo permanere. Et ne, ſi ſecus fieret, nos & alii Coelectores noſtri, cum aliis Principibus Eccleſiaſticis & ſecularibus Alamaniæ cogeremur invenire & quærere contra eosdem proceſſus & ſententias, quamvis inviti, remedia opportuna. Super præmiſſis ad Sanctitatem veſtram tales transmittimus, quibus in dicendis & petendis noſtro nomine fidem, veſtram clementiam petimus adhibere.

LXXVIII. *Ludovicus IV. Bavarus Reinoldum illo nomine ſecundum ex Comite Gelriæ creat Ducem, Francofurti* 19. *Martii* 1339.

LUdovicus IV. ** omnibus has literas viſuris ſalutem. Quandoquidem *Reinoldus Comes Gelriæ, regio genere ortus*, multa ſervitia * Imperio præſtiterit, & adhuc præſtare poterit, Henrico Moguntino & Balduino Treverenſi, Archiepiſcopis, Joanne Rege Bohemiæ, Rudolpho Comite Palatino Rheni & Duce Bavariæ, Rudolpho Duce Saxoniæ, Ludovico Marchione Brandenburgenſi filio noſtro primogenito, præſentibus, dictum Reinoldum *ex Comite Ducem Gelriæ creamus*, ut & poſteros ejus legitimos: cum hoc privilegio, quando nos aut ſucceſſores noſtri publicabunt Parlamenta, vel *quando* novi aliqui Principes creabuntur, vel ſimiles *actus publici celebrabuntur*, quod tunc ipſe *veſtibus Cæſareis nos induet.*

§. 2. Item quando ſucceſſores noſtri Romanorum Reges, Aquisgrani, Mediolani & Romæ coronabuntur, quod tunc ipſe aut ejus heredes *coronam Regiam dictis Regibus ſuper caput imponent, deponent, portabunt, & in manibus geſtabunt.*

§. 3. Inſuper ad majorem dicti Ducatus & Principatus ſplendorem, aſſignamus ipſi, *juxta morem Imperii, quatuor officiarios* infra nominandos, & eorum heredes, videlicet, Jacobum van Myrlaer *Oeconomum*, Everardum van

van Wylp *Mareſcalcum*, Theodericum van Lienden *Buticularium ſeu Pocillatorem*, & Guilelmum van Brouchuyſen *Camerarium.*

§. 4. Item concedemus ipſi *jus cudendi monetam auream*, juxta valorem monetæ Archiepiſcopi Colonienſis, Ducis Brabantiæ, & Comitum Hannoniæ atque Hollandiæ. In teſtimonium veritatis has litteras ſcribi, & ſigillo noſtro firmari juſſimus. Datum Francofurti, die 19. Martii, anno Domini milleſimo trecenteſimo triceſimo nono.

LXXIX. *Cartel de Deffy d'Edouard III. Roy d'Angleterre au Roy Philippes de Valois, du vingt ſeptieme Juillet* 1340. *Avec la Reſponce de ce Roy du* 30. *de ce mois.*

DE par *Edouard Roy de France* & d'Angleterre & Seigneur d'Irlande, *Philippes* de Vallois; par long temps avons pourſuy par devers vous par meſſages & toutes autres voyes, que nous ſçavions raiſonnables, affin que vous nous voulſiſſiez avoir rendu *noſtre droit heritage de France*, lequel vous nous avez long temps detenu; & à grand tort occupé. Et par ce que nous veons bien, que vous eſtes en volonté de perſeverer en voſtre injurieuſe detenue ſans nous faire raiſon de noſtre demande, ſommes nous entrez en la terre de Flandres, comme Seigneur Souverain d'icelle & paſſez parmy les pays. Et vous ſigniffions, que *pris avecque nous le ayde de noſtre Seigneur JEſus Chriſt & noſtre droict* avec le pooir doudict pays, & avoir vos gens & alliez regardans le droict, que nous avons à l'heritage, que vous nous detenez à voſtre tort, nous trouvons vers vous pour mettre brieve fin *ſoubs noſtre droicturiere Callenge*, ſi vous voulliez approcher.

§. 2. Et pour ce que ſy grand pooir de gens aſſemblez, qui viennent de noſtre part, & que bien cvidons, que vous enamenerez de voſtre part, ne ſe pourront mie longuement tenir enſemble, ſans faire brief deſtruction au peuple, & au pays, laquelle choſe chacuns bons Chreſtiens doibt eſchieuver & ſpecialement Princes, & autres, qui ſe tiennent Gouverneurs de gens; ſi deſirons moult, que briefs poinça ſe profiſt; & pour eſchieuveir mortalité des Chreſtiens, ainſy comme la querelle eſt apparente à vous & à nous, *que la diſcution de noſtre calenge ſe feſiſt entre nos deux corps*, à laquelle choſe nous nous offrons par les cauſes deſſus dictes, comment que nous penſons bien ce grand Nobleſſe de voſtre corps, voſtre ſens auſſy & aviſement.

§. 3. Et au cas auſſy, que vous ne vorriez celle voie, *que adonc fut miſe noſtre calenge pour affiner icelle par batailles* de vous meſmes *avec cent perſonnes* des plus ſuffiſants de voſtre part, & nous meſmes avec autres tant de nos gens lieges. Et ſe vous ne volez l'une voie ne l'autre, que vous nous enſeignez certaine *journée devant la cité de Tournay pour combattre pooir contre pooir* dedans ces dix jours prochains apres la datte de cez lettres.

§. 4. Et nos offres deſſus dictes volons par tout le monde eſtre congneues, & que ce eſt noſtre deſir non mie par orgueil ne *ſourguidance*, mais que par les cauſes deſſus dictes, affin que * la volonté noſtre Seigneur JEſus Chriſt monſtré entre nous, repos peult eſtre de plus en plus entre Chreſtiens, & par ce les pooirs des ennemis de Dieu feuſſent reſiſtez & Chreſtienté en ſanchie *. Et la voie ſour ce que eslire voleis des offres deſſus dictes, voulliez ſigniffier par le porteur de ces dictes lettres, & par les voſtres en luy faiſant haſtive delivrance. Donné deſſoubs noſtre grand ſeel à Chyn, ſour les champs de lez Tournay, le vingt ſeptieſme jour dou mois de Juillet l'an de grace 1340. Seellée d'un grand ſeau de cire verte.

LXXX.

Digitized by Google

LXXX. *Reſcription à cette lettre par le Roy Philippes de Valois au dict Roy d'Angleterre.*

PHilippes par la grace de Dieu Roy de France, à Edouard Roy d'Angleterre, nous avons veu les *lettres apportées en noſtre Cour envoyées à Philippes de Vallois*, esquelles lettres eſtoient aucunes requeſtes, & pour ce que les dictes lettres ne venoient pas à nous, les dictes requeſtes n'eſtoient pas à nous faictes ainſy, comme il appert par la teneur des dictes lettres. Et autrement que vous eſtes entré en noſtre Royaume de France en portant grand dommage à nous & à noſtre Royaume, & à noſtre peuple, meu de volenté ſans mie de raiſon, non regardant ce que l'homme lige doibt garder à ſon droict ſouverain Seigneur, car vous eſtes entré en noſtre hommage, en nous reconnoiſſant, ſi comme raiſon eſt, Roy de France, & nous avez promis obeiſſance telle, comme on le doibt promettre à ſon *Seigneur lige*, ſi comme il appert clairement par vos lettres patentes ſeellées de voſtre grand ſeel, leſquelles nous avons pardevers nous, & en debvez autres tant avoir pardevers vous.

§. 2. Noſtre entente eſt, quand bon nous ſemblera de vous jetter dehors de noſtre Royaume à l'honneur de nous & de noſtre Majeſté Royale, & au proffit de noſtre peuple, & en ce faire avons nous ferme eſperance en Jeſus Chriſt, dont tous biens nous viennent, car *par voſtre entrepriſe*, qui eſt de volonté & non raiſonnable *a eſté empeſché le ſainct voyage d'outre mer*, & grande quantité de gens Chreſtiens mis à mort, & le ſervice de Dieu apeticié & ſaincte Egliſe a eſté aournée à maint de reverence.

§. 3. Et de ce que advis vous eſt d'avoir l'ayde des Flamans nous cuidons eſtre certains, que les bonnes gens & les communes du pays ſe porteront par telle maniere envers noſtre Couſin le Comte de Flandres leur chef, que ils garderont leur honneur & leur loyauté. Et ce que ilz ont meſpris juſques à ores a eſté au proffict d'eux tant ſeulement. Donné ſur les champs à la Pierre de Sainct Andrieu de Lezaire, *ſoubz le ſeel de noſtre ſecret, en abſence de noſtre grand ſeel*, le trentieſme jour de Juillet, l'an de grace 1340.

LXXXI. *Fœdus inter* Ludovicum Bavarum *Imperatorem &* Philippum Regem Galliæ, *ſeu potius jurata promiſſio Ludovici Imper. quod non velit Regi nepoti & affini ſuo nocere. In Vilshofen. 24. Jan. Anno nativit. Dom.* 1341.

IN Dei nomine, Amen. Hoc eſt tranſumptum quarundam litterarum patentium ſigillatarum in cera alba & albis filis ſericis, ſigillo formæ rotundæ, in cujus medio inſculpta ſeu impreſſa quædam *imago* ſedens in ſolio, habens in capite quaſi *mitram*, ac tenens in manu dextera ſceptrum, & in ſiniſtra pomum, & juxta ſolium *à parte dextera erat aquila una, & à ſiniſtra alia*, & ſub pedibus ipſius imaginis erant *duo leones* inſculpti; in circonferentia verò ſigilli erant inſculptæ hæ ſcripturæ ſic dicentes; ✝ *Ludovicus quartus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus;* & ex alia parte erat impreſſio *contra-ſigilli* formæ rotundæ, in cujus medio erat impreſſa quædam *aquila*, & in cujus circumferentia legebatur: ✝ *Juſtè judicate filii hominum:* quarum quidem litterarum tenor eſt talis.

§. 2. Nos Ludovicus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, profitemur publicè, & conſtare volumus univerſis, quod nos ad honorem Dei, exaltationem fidei Catholicæ, & propter bonum pacis & tranquillitatis ſacri Imperii & Regni Franciæ, ac totius Chriſtianitatis, in oppido

Digitized by Google

noſtro *Vilshofen* Ducatus Bavariæ, conſtituti, ſub anno nativitatis Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo primo, viceſima quarta die menſis Januarii, præſentibus nobilibus viris *Alberto Comite in Hohemberg Imperialis Aulæ noſtræ Cancellario*, *Ludovico Duce de Tegg*, Bertholdo Comite in Graiſpach; ſapiente viro Magiſtro Ulrico de Auguſta, *aulæ noſtræ Prothonotario*; Secretariis noſtris Jeremia milite, J. de Mantizejo, & Ludovico de Notemberg Clerico nobis dilectis; *juraverimus ad Sancta Dei Evangelia manu noſtra tacta*: quod præclari *Philippi Regis Francorum* illuſtris *nepotis & affinis noſtri* cariſſimi, ſumus ex nunc, & eſſe debeamus & velimus in perpetuum pro toto tempore vitæ noſtræ, bonus, fidelis, & perfectus amicus, *alligatus* & confœderatus; & quod omnia & ſingula ipſius negotia, quæ facere habet & habebit in futurum ubicumq; & cum quibuscumq; promoveamus, & procuremus & promovere teneamur pro poſſe noſtro, bona fide, & abſque fictione quacumque, per meliores vias, quas poſſimus directè cogitare, vel invenire ad ipſius & ſui Regni ac ſtatus honorem, utilitatem & profectum, & quod damna ejus quælibet impediamus & evitemus pro poſſe, nec contra promiſſa ſic jurata, vel eorum aliquod veniamus, vel ea obſervare obmittamus, nec nos tueamur vel deffendamus velut propter aliquod auxilium vel defenſionem juris vel facti, *diſpenſationis ſedis Apoſtolicæ*, aut cujus libet alterius, qui ſuper hoc poſſet diſpenſare, vel nos in parte vel toto ab hujusmodi abſolvere juramento; ſive per ſe, vel propter aliquod beneficium *reſtitutionis in integrum*, aut privilegiis vel indulgentiis per nos aut noſtro nomine impetratis, vel impetranda canonum vel legum auxilia, aut aliqua jura ſcripta vel non ſcripta; quæ nobis quominus ad obſervationem omnium & ſingulorum per nos juratorum teneremur poſſent aliquatenus ſuffragari; quibus auxiliis & defenſionibus omnibus & ſingulis nominatim, & ex certa noſtra ſcientia renuntiamus expreſſe. In quorum omnium teſtimonium & evidentiam præſentes conſcribi, noſtroque Majeſtatis ſigillo juſſimus communiri. Datum loco, die & anno Nativitatis Domini ſupra ſcriptis, Regni noſtri viceſimo ſeptimo, Imperii vero quarto decimo.

§. 3. Et ego Joannes Rufi de Cruce clericus Lauſann. Dioceſ. Apoſtolica autoritate publicus Notarius, præſens tranſumptum cum dictis litteris originalibus diligenter & fideliter auſcultavi, & quia utrumque concordare inveni, manu meâ propria hic ſubſcripſi, & ſignum meum appoſui conſuetum rogatus.

LXXXII. *Forma divortii matrimonialis inter illuſtres; vocatos Conjuges*, Johannem *videlicet filium Regis Bohemiæ* & Margaretam *Ducisſam Karinthiæ, celebrati per Dominum Ludovicum Quartum Dei gratia Rom. Imp.*

NOs Ludovicus Quartus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, univerſis Chriſti fidelibus, quorum intereſt vel intereſſe poterit in futurum, manifeſtum eſſe volumus & facimus per præſentes; Quod in judicio coram nobis per ſe ſeu per certos nuntios ſuos ſeu procuratores expoſuit illuſtris *Margaretha Ducisſa Karinthiæ & Tyrolis Comitiſſa*, quod vir nobilis *Johannes Regis Bohemiæ filius* jam dudum ſibi matrimonio copulatus, & poſtmodum in ætate debita conſtitutus, ac per tanta temporum ſpatia ſecum habitans, quanta ſufficiant ac ſufficere debent, ſecundum ſtatuta tam divinæ quam humanæ legis, ad debitum carnalis copulæ per virum ſive maritum ſuæ uxori reddendum; eadem Margaretha in ætate ſufficienti ſimiliter conſtituta, & ſe ipſam ut conveniens fuerat, præbente & exhibente ad præfatam copulam carnalem explendam,

Digitized by Google

dam, non potuit dictus Johannes neque valuit, ſicuti neque valet aut poteſt, nec unquam poſſe creditur in futurum, eandem carnaliter cognoſcere ſibi conjugem Margaretham: quemadmodum multis & quaſi omnibus poſſibilibus modis hoc tentans, eundem Johannem *impotentem* & omnino inhabilem ad opus præfatum ſe dicit expertam: ac adverſus eundem Johannem, ſibique præfatum defectum inexiſtere, coram nobis in judicio ſe reddidit *per experimenta ſufficientia & teſtimonia quælibet* ad hæc neceſſaria probaturam. Quare ſuper hoc habito maturo & delibérato conſilio ſuorum procerum & conſiliariorum omnium, noſtram clementiam atque juſtitiam unà cum præfatis imploravit & requiſivit inſtanter, ut eidem ſuper hoc providere de convenienti remedio dignaremur: & taliter etiam, quod *per jus ſive ſententiam noſtram licitè poſſit à ſupra dicto Johanne jam vocato marito ſive conjuge ſuo, de matrimonio ſeparari*, propter caſum ſive impedimentum prædictum, & ab eodem Johanne totaliter ſic abſolvi, ut eidem de cætero ad nullum matrimonii debitum teneretur, ſed poſſet de ſeipſa, & ſuis omnibus ordinare, ſecundum quod ſibi expediens videretur.

§. 2. Nos vero, cujus debitum eſt omnibus ac ſingulis reddere juſtum, ex officio & auctoritate, qua fungimur, præfatam Margaretham cum præfatis ſuis omnibus juſtitiam inſtantiſſime requirentibus & ſupplicantibus, nobis dignum duximus exaudire: & nihilominus absque offenſa juris præfati Johannis jam vocati conjugis ſui, ſi jus aliquod in contrarium habuiſſet, ad expeditionem ſeu terminationem litis præmiſſæ inter vocatos conjuges præfatos proceſſimus, in hac forma, videlicet: quod vocatos conjuges præfatos citari fecimus atque vocavimus in judicio coram nobis, aſſignantes eisdem ſecundum formam juris debitum atque tutum locum, & temporis ſpatium, infra quod poſſent & deberent in judicio coram comparere, ad agendum & defenſandum, & cætera faciendum, quæ neceſſaria forent, pro inquirenda veritate ſuper lite præfata. Verum Margaretha jam dicta per ſe ſeu per ſuos certos nuntios ſive procuratores ſufficienter comparuit in judicio coram nobis per omnes terminos ſibi aſſignatos, & cum omnibus probationibus & teſtimoniis ſufficientibus, ad convincendum ſæpe dictum Joannem impotentem eſſe atque privatum naturali potentia ipſam carnaliter cognoſcendi, aut quamvis aliam mulierem: *ſe ipſam quoque virginem eſſe usque in tempus & diem dati præſentis reſcripti per ſufficientia teſtimonia demonſtravit.* Supra dictus verò Johannes in præfatum judicium coram nobis, impoſiti ſibi defectus per Margaretham veriſimiliter conſcius, nec per ſe, nec per aliquem legitimum nuntium ſive Procuratorem, comparuit tempore debito ſive ſtatuto: nec quicquam in contrarium impoſiti ſibi defectus per præfatam Margaretham per ſe vel per alium allegavit: ſed contumax ex natura ſe convictum reddidit atque confeſſum de his omnibus, quæ ſibi per prædictam Margaretham fuerant tam impoſita, quam probata, ſufficientia quidem ad matrimonii divortium inter ipſam & præfatum Johannem per ſententiam conſummandum. Nec poteſt, nec unquam cum veritate poterit ſæpe dictus Johannes, aut quivis alter pro ipſo, judicem vel locum comparendi per nos ſibi aſſignatum allegare ſuſpectum. Nam hactenus retroactis temporibus tam *Johanni Regi Bohemiæ patri ſuo, quam etiam Carolo de Bohemia fratri ſuo*, pluries & locis pluribus noſtræ coactivæ poteſtati ſubjectis, fidum ac tutum placitandi nobiſcum aſſignavimus locum, in quo perſonaliter affuerunt, & cum omni tranquillitate manſerunt, ac inde absque moleſtia qualibet ſecundum ipſorum beneplacitum receſſerunt. Quod & antedicto Johanni benignè offerri fecimus, & acceptare contemſit, ut ſupra jam diximus.

§. 3. Per auctoritatem ergo nobis rite debitam & conceſſam, & legi divinæ conformiter, ſicuti certum eſt, & aſſerunt ſacræ ſcripturæ ſive leges

Digitized by Google

divinæ atque civiles ſententiæ ſufficientes, ac *comprobati Doctores*, ad divortium ſive ſeparationem matrimonii faciendam inter vocatos conjuges Johannem & Margaretam prædictos procedere volentes atque debentes, infra ſcriptam *ſententiam* tulimus in hæc verba.

§. 4. Nos Ludovicus quartus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, pro tribunali judices ſedentes, in cauſa ſive lite divortii ſeu ſeparationis matrimonii, quæ vertebatur inter illuſtres perſonas Johannem Regis Bohemiæ filium, requiſitum parte ex una, & Margaretham Duciſſam Karinthiæ & Tyrolis Comitiſſam, ex altera parte, tanquam actricem, ac requirentem à dicto Johanne jam vocato conjuge ſuo de matrimonio ſeparari: Viſis & intellectis tam per nos quam præfatos *Doctores* juribus, rationibus, probationibus & teſtimoniis Margaretæ præfatæ, nec non contumacia dicti Johannis; dicimus, diffinimus, & determinamus, præfatam Margaretam ſeparari debere ſeu poſſe de matrimonio à ſæpe dicto Joanne, eque converſo, cùm iisdem vel ipſorum alteri id videbitur expedire; ipſam quoque Margaretham hoc requirentem inſtanter, ut ſupra, ſeparamus, abſolvimus & ſeparatam eſſe judicamus in matrimonio à jam dicto Johanne per hanc noſtram ſententiam diffinitivam. Simili quoque modo ſupra dictum Joannem à præfata Margareta in matrimonio per auctoritatem & hanc noſtram ſententiam diffinitivam ſeparantes: ita videlicet quod de cætero præfatus Joannes ſupra dictæ Margaretæ in nullo matrimonii debito teneatur: neque ſimiliter præfata Margareta ſupra dicto Joanni. Sed *liberum ſit utrique de corpore proprio ſive perſona, & omnibus bonis propriis, juribus ac rebus tam mobilibus quam immobilibus facere vel diſponere*, & quodlibet ordinare pro ſuæ propriæ libito voluntatis.

LXXXIII. *Forma Diſpenſationis ſuper affinitate conſanguinitatis inter illuſtrem* Ludevicum Marchionem Brandenburg. & Margaretham Duciſſam Karinthiæ: *Nec non legitimationis liberorum eorundem procreandorum, factæ per Dom.* Ludovicum Quartum *Dei gratia Rom. Imp.*

NOs Ludovicus quartus Dei gratia Rom. Imperator Auguſtus, univerſis Chriſti fidelibus, quorum intereſt aut poterit intereſſe, notum eſſe volumus & facimus per ſeriem infra ſcriptam. Quod in noſtra præſentia perſonaliter conſtituti illuſtres Ludevicus Marchio Brandenburgenſis, & Margareta Duciſſa Karinthiæ ac Tyrolis Comitiſſa, poſt habitum ipſorum maturum ac deliberatum conſilium, animum atque actualem voluntatem habentes ſe invicem in matrimonio legitimè copulandi: dubitante tamen præfato Ludevico & Margareta, ne gradu aliquo affinitatis ſanguinis tale conjugium ſive matrimonium *humanarum legum aut Romanorum Principum ſtatuto*, decreto vel ordinatione alia, quomodolibet appellata, impedimentum aliquod pateretur: ſupplicarunt ac petiverunt inſtanter, tale impedimentum conſanguinitatis, ſi quod inter ipſos affuerit vel adeſſet, per diſpenſationem noſtram relaxari, ac per noſtram auctoritatem atque ſententiam totaliter amoveri.

§. 2. Nos verò propter communem & evidentem Reip. utilitatem manifeſtè viſam ſequi, ad conjugium ſupra dictum, præfatum impedimentum affinitatis ſanguinis, ſi quod inter ipſos adeſſet, judicamus eſſe tollendum, & ſimpliciter amovendum. *Cum gradus affinitatis ſanguinis, præſertim infra ſorores & fratres, matrimonium non impediat divinæ ſeu Chriſtianæ legis ſtatuto aliquo vel præcepto, quemadmodum certitudinaliter novimus tam per nos, quam per ſupra dictæ legis divinæ idoneos ac probatos Doctores.* Idque etiam aſſerente

Digitized by Google

rente beato Augustino lib. xv. de civit. Dei, cap. xvi. dum de talibus affinitatis sanguinis gradibus tractans inquit, quod hoc videtur matrimonium licitum fieri inter affines consanguineos, nec lex divina prohibuit, & nondum prohibuerat lex humana. Quibus siquidem verbis duas sententias expressit Augustinus, unam videlicet supra dictam, quod lege divina legitimum matrimonium fieri non est prohibitum inter personas sanguinitatis affinitate conjunctas. Secundam verò sententiam scire fecit: videlicet, quod talis prohibitio matrimonii inter consanguineos fieri habeat auctoritate legislatoris humani aut ejus principantis supremi principis Romanorum. Idem quoque concedere atque fateri convenit *Romanum Episcopum, Papam vocatum cum suorum Clericorum cœtu, quos Cardinales appellant*, veritate cogente. Nam præfatus Papa Romanus super impedimento affinitatis sanguinis per dispensationem tollendo à sanguinis affinitate conjunctis, invicemque matrimonium contrahentibus ad suam auctoritatem asserit pertinere: ac in talibus matrimoniis plurics dispensaverunt de facto præteriti quidam Pontifices Romanorum. Quod si talis gradus affinitatis sanguinis matrimonium legitimum impediret legis divinæ seu Christianæ præcepto, non posset aliquis hominum, quinimo neque angelus de cœlo dictum impedimentum per dispensationem aliquo modo amovere: Hoc Christo testante: facilius est cœlum & terram transire, quam unum apicem à lege cadere. Rursusque idem Dominus dixit: Cœlum & terra transibunt, verba autem mea permanebunt in æternum. Ex quibus quidem manifestè apparet, ac fateri cogitur Romanus Episcopus, & per factum confirmatur ipsius, quod gradus affinitatis sanguinis non impediet matrimonium fieri legis divinæ seu Christianæ præcepto: & quod si gradus affinitatis sanguinis, quamquam licitum matrimonium impediat fieri, hoc tantum factum esse præcepto sive *statuto legis humanæ: De cujus siquidem legis præceptis sive statutis dispensare solummodo pertinet ad auctoritatem Imperatoris seu Principis Romanorum.* Nec obstat dicere, præfata matrimonia esse prohibita lege divina, eo quod mali moris sunt, & propterea etiam sub peccato mortali fore prohibita, ac proinde obligantia contrahentes ad damnationem æternam: & contrariam dispensationem in his ad ministrum solummodo Ecclesiasticum, Episcopum sive Presbyterum pertinere. Hic enim sermo Rhetoricus sive apparens, sophisticus est: falsum namque recipit, quoniam præfata matrimonia non sunt mali moris, præsertim in aliquo casu. Nam & ipsa tanquam in casu licita fieri concedit Romanus Episcopus. Nec etiam rursus mali moris sunt absolutè loquendo: quoniam non sunt cum malitia convoluta confestim, veluti furtum & crimina reliqua: & propterea nec sunt lege divina prohibita, quemadmodum dixit beatus Augustinus; non syllogisatur autem neque concluditur propterea, dispensationem de talibus ad Episcopum quendam sive presbyterum pertinere, esto quod sint absolute prohibita lege divina, & sub pœna damnationis æternæ: quoniam de his prohibitis nullus hominum, quinimo nec angelus de cœlo dispensare posset vel ordinare, sive concedere quod licitè fierent ut deductum est supra. Unde etiam juxta prædicta de præceptis sacræ scripturæ sive mandatis loquens Apostolus inquit: Et si angelus de cœlo evangelisaret vobis aliud præter id, id est contra id, quod evangelisatum est à nobis, anathema sit. Nec propter aliud, nisi quod evangelisata erant per Apostolum * divina prohibita vel præcepta. Rursus quoniam præfata matrimonia non fuerunt mali moris, neque prohibita secundum veterem legem, quamvis aliquando peccata fiant sive fuerunt in antiqua lege, non quod sunt absolute sive confestim cum malitia convoluta, neque mali moris; sed solummodo, quod lege prohibita fuerant, veluti carnes porcinas, & bestias non ruminantes comedere, quod ideo peccatum effectum est, quia prohibitum fuerat in lege Mosaica; non tamen

Digitized by Google

propter malum aut mali moris ex se, quemadmodum furtum, homicidium falsum testimonium & hujusmodi aliqua, quæ prohibita sunt legibus divinis & humanis, eo quod ex se mala sunt, & mali moris, confestim cum malitia convoluta.

§. 3. Ex his igitur omnibus prædictis manifestè apparet, cuilibet non corrupto ignorantia vel malitia, vel utraque, auctoritatem dispensandi atque tollendi à matrimonio impedimentum inter personas & à personis sanguinis affinitate conjunctis, ad Romanum Principem pertinere. Propter quod nos Ludovicus quartus, Romanorum Imperator Augustus, præfatum affinitatis sanguinis impedimentum, si quod esset inter præfatos Ludovicum & Margaretam, quo minus possent aut prohiberentur per humanæ legis aut Romanorum Principum statuta, sive decreta vel alias ordinationes quomodolibet appellatas in matrimonio copulari, tollimus; & per nostram auctoritatem atque sententiam tenore præsentium totaliter amovemus. Concedentes eisdem ac cuilibet ipsorum, ut absque offensa cujuslibet juris humani, statuti vel ordinationis alterius quomodolibet nominato licitè se possint ac valeant in matrimonio copulare. Absolutos etiam * eosdem, ipsorumque legitimos filios & filias, ac hæredes nunc & in perpetuum à pœna qualibet reali personali & infamiæ, & alia quavis quomodolibet nominata, si qua foret imposita contrahentibus matrimonium infra consanguinitatis gradus aliquos nominatos, per quemquam Principem Romanum etiam, vel per leges aut communitatem aliquam, collegium vel singularem personam, cujuscunque auctoritatis vel dignitatis existant. Quibus omnibus & singulis, & à quibus excipimus casum prædictum, de præfatis videlicet personis, Ludovicum & Margaretham jam dictos, & in quantum nostro rescripto sive dispositioni, vel concessioni nostræ contradicunt totaliter aut in parte, per hoc ipsum præsens nostrum rescriptum derogamus & volumus derogari, eodem nihilominus semper in suo robore duraturo.

* deest: *pronunciamus* vel simile quiddam.

LXXXIV. *Translatio Delphinatus in Domum Regiam & Coronam Galliæ per Humbertum Delphinum Viennæ, facta Viennæ die ultima mensis Julii* 1343.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi, Amen. Noverint universi, quod anno ejusdem millesimo trecentesimo quadragesimo tertio, indictione undecima, die ultima mensis Julii, in præsentia nostrorum testium infra scriptorum existentibus, *illustri Principe Domino Humberto Delphino Viennensi:* & cum eo Reverendis in Christo Patribus, dominis Bertrando de Capella *Viennensi*, Henrico de Villariis *Lugdunensi Archiepiscopis*, Joanne de Chissiaco Episcopo Gratianopolitano; & magnificis & potentibus Viris, dominis *Ludovico de Pictavia*, Valentiensi & Diensi Comite, *Eymaro domino Rossilionis*, Joanne de Villariis: Hugone Domino de Gey, Hugone Domino Virmille, Girardo Domino de Anione, Henrico Domino Casenatici, Aynardo Domino Vignaici, Odoberto Domino Castrinovi, Joanne Pagani Domino de Memy, Joffredo Domino Cast, Arthaudo Domino Clavesonis, Aynardo Domino Salerie, & montis Britonis, Humberto de Chulay Domino Linlini, Amblardo Domino Bellimontis, Amedæo de Rossilione Domino Buscagii, Francisco de Toysio Domino Torradie, Rudolpho de Comeriis Domino Nansi, Girardo Condomino de Torniaco, & Guillelmo de Compeysio Domino de Thorent, & pluribus aliis Baronibus, & aliis fidelibus nobilibus, & *Vasallibus* dicti Domini Delphini infra scriptis, ibidem congregatis & convocatis per eum ex una parte; & Reverendo in Christo patre Petro Episcopo Claremontis, magistris, Domino *Guillelmo Flotte*, *Domino de Renello* Cancellario Franciæ,

Digitized by Google

§, 45. Et etiam magnificus Vir Dominus *Ludovicus de Pictavia Comes Valentiensis & Diensis* prædictus de mandato expresso dicti Domini Delphini promisit & juravit sacrosanctis Dei Evangeliis ab ipso corporaliter tactis, prædictas pactiones, conventiones & declarationes, & omnia contenta in eis, quantum in eo est, toto posse suo tenere & attendere perpetuò inviolabiliter observare, & contra ea, vel eorum aliquod nullo tempore facere vel venire vel alicui contravenienti vel contravenire volenti aliqualiter consentire. Item magnifici, potentes & nobiles Viri Domini Aymarus Dominus Rossilionis, Joannes de Villariis, Hugo Dominus de Gey, Hugo Dominus Virmille, Girardus Dominus de Anione, Henricus Dominus Cassenatici, Eynardus Dominus Vigniaci, Odobertus Dominus Castri novi, Joannes Pagani Dominus de Memi, Joffredus Dominus Caste, Arthaudus Dominus Clavesonis, Humbertus de Choulay, Dominus Lullini, Amblardus Dominus Bellimontis, Amedæus de Rossilione Condominus Boscagii, Franciscus de Teyssio Dominus Torave, Girardus Dominus de Terniaco, Guillelmus de Compeysio, Dominus de Thorento, Bepardus de Leniaco, Dominus Yseronis, Joannes Birengarii Dominus de Morgiis, Reynaudus Alamandi, Dominus Sancti Georgii, Arthaudus de Bellemonte Dominus Fraite, Guillelmus de Royno senior, Amblardus de Briordo Dominus Serrate, Joffredus de Raynaudis, Fallanelli, Guiotus, Ferlais; Joannes Bastardus Domini Guionis Delphini bonæ memoriæ, Franciscus de Renello, Nicodus de Fernay, Guido de Palainso, Ægidius Darco, Jacobus de Compeysio, Petrus de Loyes, Guillelmus de Senriaco, *milites*; Amardus de Rossilione Dominus Salerie & montis Britonis, Guichardus Dominus de Grolea, Petrus de Analone, Hugo de Analone Dominus Bastidæ, Joannes Buener, Petrus de Serveus, Anselmus de Monteforti, Aymonet de Chisiaco, Joffredus Balonis, Joannes Thiobardi, Rossetus de Arbrella, Perretus de Chisiaco, Aynardus de Bellacomba, Aymonetus de Sellanova, Petrus Vimani, Humbertus de Chaponay Dominus Ponssenat, Aymaronus Allemandi

Digitized by Google

de Belleviſu, Joannes de Saxo, Petrus Verdeti, Petrus Baſtardus de Lucingio, Guillelmus Richardi, Joannes de Clara, *domicelli*, & Dominus Franciſcus de Cagnio *Juriſperitus*, montis leonis Dominus; promiſerunt & juraverunt de mandato expreſſo dicti Domini Delphini, tactis per eos & eorum quemlibet Evangeliis ſacroſanctis, prædictas pactiones, conventiones & declarationes, & omnia & ſingula in eisdem contenta, quilibet eorum, quantum in eo eſt & erit, toto poſſe ſuo tenere, attendere, perpetuo & inviolabiliter obſervare, & contra ea vel eorum aliqua nullo tempore facere vel venire, vel alicui contravenire volenti aliqualiter conſentire.

§. 46. De quibus omnibus & ſingulis prædicti Domini Delphinus, Epiſcopus Claromontenſis & Cancellarius, aliique Procuratores & Conſiliarii Regii, pro ipſis Domino Delphino, Domino Rege & filiis ipſius Domini Regis, nec non & nominati Prælati, Barones & Nobiles quilibet pro ſe voluerunt & petierunt per nos Guillelmum de Saugniaco, Petrum Pellicerii, Humbertum Pilati, & Guigonem Frumenti & Joannem Amandrini publicos Notarios, & quemlibet noſtrum, fieri tot, quot habere voluerunt publica inſtrumenta. Acta fuerunt hæc apud Viennam in refectorio Monaſterii Sancti Petri foris portam; præſentibus Reverendo in Chriſto, Patre Domino *Hugone Archiepiſcopo Veſontino*, venerabilibus & nobilibus Viris Dominis, Petro de Hoeriis Camerario ſancti Petri, Joanne de Noſes, *& Domino Guillelmo, qui non ridet*, Curato Eccleſiæ Benevillæ Gebenenſis diœceſis, Hugone de Chapelle *milite;* Petro de Ambianis, Petro de Besliaco, & Joanne & Odonis de Virmilla *domicellis*, vocatis & rogatis teſtibus ad præmiſſa.

§. 9. (*) a donner & ordonner à noſtre volonté ſoit en Egliſes ou autrement, reſervés toutes fois les fiefs & ſouverainetés au dict Dauphiné.

LXXXVI. *Tractatus cum inſertis mandatis initus inter* Philippum Regem Franciæ & Alphonſum Regem Caſtellæ & Legionis, *quo antiqui Tractatus de mutuo auxilio renovantur, & donationum liberis Regis Caſtellæ & matri eorum Eleonoræ factarum obſervatio promittitur, ubi & mentio fit matrimonii Blancæ Navarrenæ cum Petro Principe Caſtellæ. Dat. in Civitate Legionenſi* 1. *Jul.* 1345. *juratus apud* Majoritum, *(Madrit)* 23. *Decembr.* 1345. *& ratificatus à Rege Caſtellæ* 2. *Jan.* 1345.

ALphonſus, Dei gratia Caſtellæ, Legionis, Toleti, Galliciæ, Sibiliæ, Cordubæ, Murciæ & Jahenni, Algarbii & Algeſiræ Rex, & Comitatus Molinæ Dominus. Notum facimus præſentibus & futuris, nos litteras patentes vidiſſe infra ſcriptas ſigillis noſtrorum & Sereniſſimi Principis Regis Francorum illuſtris, conſanguinei noſtri chariſſimi procuratorum & nuntiorum ſpecialium, in ipſis litteris denominatorum, ſpecialiter deputatorum ad contenta in eisdem, munitas, & nominum ſuorum ſubſcriptionibus roboratas; tenorem qui ſequitur expoſitum continentes:

§. 2. In nomine Domini Amen. Noverint univerſi, quod cum inter *tractatores* & nuntios Sereniſſimorum Principum & Dominorum, Dominorum Franciæ & Caſtellæ Regum fuerit nuper certus tractatus habitus ſuper confirmatione, approbatione, *laudatione & corroboratione antiquarum confœderationum* jam dudum inter eos initarum, eisdem etiam antiquis confœderationibus aliqua addendo & augmentando, tenorem qui ſequitur continentes:

§. 3. Pro-

Digitized by Google

§. 3. Procuratores, nuntii & tractatores Sereniſſimorum Principum, & Dominorum, Regum Franciæ & Caſtellæ, ſcilicet Joannes de Viana, Archiepiſcopus Rhemenſis, Joannes de Timaro Abbas Beatæ Mariæ de Columbis, Savarinus de *Vivona* Dominus de Tortio, & Reginaldus de Viana Theſaurarius Rhemenſis Procuratores & nuntii Domini Regis Franciæ & Gondiſalvus Epiſcopus Segontinus, & Ferrandus Sancii de Valleoleti, miles, *major Notarius in Caſtella*, tractatores nomine Regis Caſtellæ: non recedendo in aliquo à confœderationibus, pactionibus & amicitiarum ligaminibus factis & initis inter dictos Dominos Reges, hæredes & ſucceſſores eorum in toto vel in parte, ſed eisdem firmiter inhærendo, easdem laudando, approbando, confirmando, fortificando, addendo & augmentando; absque eo quod in aliqua ſui parte prædictæ confœderationes per eam quæ ſequitur aliquo modo infringantur: faciunt & promittunt pactiones, confœderationes & amicitiarum ligamina perpetuis temporibus duratura inter ipſos Dominos Reges, hæredes & ſucceſſores ſuos Reges Franciæ & Caſtellæ præſtito corporaliter juramento.

§. 4. Videlicet quod dictus Rex Caſtellæ, qui nunc eſt, hæredes & ſucceſſores Regni ſui Caſtellæ, regna ſua & Dominia, terræ & ſubjecti, juvabunt & confortabunt perpetuis futuris temporibus Dominum Philippum Regem Franciæ, qui nunc eſt, hæredes & ſucceſſores ſuos Reges Franciæ, & Regnum Franciæ, contra omnem hominem viventem & victurum ad defenſionem & tuitionem dicti Domini Regis Franciæ, hæredum & ſucceſſorum ſuorum, honores & ſtatus ſui Regni & coronæ Franciæ.

§. 5. Et modo ſimili Dominus Rex Franciæ hæredes & ſucceſſores ſui Reges Franciæ, Regnum, terræ, dominia & ſubjecti ſui juvabunt & confortabunt perpetuis futuris temporibus Dominum Alphonſum Regem Caſtellæ & Legionis, qui nunc eſt, hæredes & ſucceſſores ſuos Reges Caſtellæ & Legionis, & regna ſua contra omnem hominem viventem & victurum; ad defenſionem & tuitionem dicti Domini Regis Caſtellæ & Legionis, hæredum & ſucceſſorum ſuorum, honoris & ſtatus ſui & regnorum ſuorum, Coronæ, Domini ſui; prout in ultimo articulo priorum confœderationum & amicitiarum, ligationum inter dictos Reges, hæredes & ſucceſſores dudum initarum plenius continetur; cujus quidem articuli tenor ſequitur in hæc verba:

§. 6. Sanè ſi unus dictorum Regum & Principum habeat guerram, ſive ſit veriſimiliter habiturus eandem, requirat alterum de gentibus armorum per mare ſeu per terram, & de navigiis, navibus & galeis ſuis, ſeu ſubditorum ſuorum; & ille *qui ſic requiretur non habeat guerram tunc*, vel ſi habeat, ſit talis vel adeo modica, quod non obſtante impedimento guerræ quam haberet, poſſet ſufficere ad guerram ſuſtinendam hujusmodi, & ad faciendam id, quod requireretur, volet & promittet quod requirens prædictus poſſit habere de gentibus armorum dicti requiſiti & ſubditorum ſuorum per mare ſeu per terram, & de navigiis, navibus & galeis, de voluntate & conſenſu dicti Regis ſic requiſiti, & dictarum gentium, armorum & dictorum navigiorum, navium & galearum hujusmodi, cum miſſionibus & expenſis dicti requirentis, proviſo tamen ſtatui, tuitioni & defenſioni Regni ſeu Regnorum Regis, qui ſic fuerit requiſitus.

§. 7. Et inſuper jurant & promittunt prædicti nuntii & Procuratores & tractatores utriusque Regum, quod uterque Rex, hæredes & ſucceſſores ſui, Reges Franciæ & Caſtellæ & Legionis prohibebunt expreſſè, videlicet quilibet Rex ſubditis ſuis, quoties opus fuerit & alter ab altero fuerit requiſitus; quod non dant nec ſint in auxilium aut juvamen, cujuscunque perſonæ viventis clam vel palam, directè vel indirectè, volentis & attemptantis damnum vel læſionem inferre in Regno, terris & dominiis,

Digitized by Google

alterius duorum dictorum Regum per mare vel per terram. Et si aliquis subditorum alterius Regum, hæredum & successorum suorum, quod absit, faciat contrarium, Dominus facientis seu facientium contrarium, taliter illum vel illos puniret in corpore & in bonis, quod alteri Regi clarè patebit, quod alter Rex nec gratum nec ratum habuit, quod contra præsentes pactiones, confœderationes & amicitiarum ligamina per suum subditum fuerit factum.

§. 8. Et nihilominus si aliquis subditorum duorum Regum vel ipsorum alterius, quod absit, faceret contrarium in aliquo præmissorum: hoc non obstante prædictæ præsentes confœderationes, promissiones & amicitiarum ligamina & aliæ jam dudum initæ, ratæ & integræ in sui omnimoda parte stabunt, & habebunt perpetuam roboris firmitatem. Puniet tamen quilibet dictorum duorum Regum subditum suum contrarium facientem, prout superius est expressum.

§. 9. Item si contigerit, quod Rex Castellæ, qui nunc est, hæredes & successores sui Reges Castellæ & Legionis, qui pro tempore fuerint, haberent guerram cum quocunque Regum, vel quibuscunque Regibus Christianis vel eorum Regnis, non poterit inire treugam, sufferentiam vel abstinentiam guerræ facere, quin *in treugis, sufferentia & abstinentia contineatur & nominetur expressè Rex Franciæ*, qui nunc est, hæredes & successores sui Reges Franciæ.

§. 10. Et si contingeret Regem Franciæ, qui nunc est, hæredes & successores suos Reges Franciæ guerram habere *cum Rege Angliæ*, hæredibus & successoribus suis Angliæ Regibus vel Anglicis, vel cum aliis quibuscunque Regibus Christianis, & cum eis inire treugas, sufferentiam & abstinentiam guerræ, Rex Castellæ & Legionis, qui nunc est, hæredes & successores sui Regis Castellæ & Legionis, qui pro tempore fuerint, continebuntur & nominabuntur in treugis, sufferentia & abstinentia guerræ cum regnis & eorum Dominiis; nec aliter possint tales treugæ, sufferentiæ vel abstinentiæ guerræ quovis modo fieri.

§. 11. Item si aliquis prædictorum Dominorum Regum iniret amicitiam cum aliquo Rege Christiano, quod teneatur iniens tractare & inire ipsam pro alio Rege *tanquam* pro se ipso & aliter non possit.

§. 12. Item quod observentur omnes *donationes, quas Rex Castellæ fecit filiis suis & Dominæ Eleonoræ Matri eorumdem.* Et si aliquis dictorum Reges hæredes sui & successores, vel aliquis eorundem, veniret contra istud aliquo tempore in toto vel in parte, * quod requisitus ex parte dictæ Dominæ Heleonoris vel filiorum suorum vel alterius ipsorum, de illo ex eisdem Regibus, hæredibus vel successoribus ipsorum, qui in contrarium faceret vel veniret, & in ipsius defectum altero ipsorum Regum, hæredum & successorum ipsius, & non cessante ab impedimento, vel non amovente illud & non satisfaciente, quod *propter hoc fracta sint ista pacta* supra dicta, sicut essent pro quolibet alio supradictorum non observatorum.

§. 13. Item omnia & singula præmissa jurabunt procuratores, nuntii & tractatores nominibus procuratoriis, quilibet in animam Domini sui, fideliter & inviolabiliter observare, & juramenta Procuratorum, nuntiorum & tractatorum ratificabunt Domini Reges prædicti & quilibet ipsorum.

§. 14. Item *Archiepiscopi & Episcopi exemti*, decem *Barones de majoribus* habentes ætatem legitimam, & *communitates* decem civitatum de majoribus utriusque Regni, omnia & singula præmissa, & in quolibet articulorum præmissorum contenta jurabunt tenere, observare, & de puncto in punctum inviolabiliter adimplere. Idem fiet *in contractu matrimonii filiæ Dominæ Reginæ Navarræ, de Regno & subditis Navarræ* per Dominam Reginam Navarræ.

Et

Digitized by Google

Et est sciendum quod de præmissis litteræ factæ fuerunt duplicatæ ejusdem tenoris, quarum alias procuratores & nuntii prædicti Domini Regis Franciæ portarunt, & aliæ præfatis tractatoribus dicti Domini Castellæ & Legionis Regis remanserunt.

§. 15. In quorum præmissorum omnium & singulorum fidem & testimonium nos supra dicti Archiepiscopus, Abbas & Thesaurarius, & nihilominus nos Archiepiscopus, *vice prænominati Domini de Tors litteras ignorantis* ad ejus instantiam, nuntii Domini nostri Regis Franciæ & Procuratores; Et nos Gondisalvus Segontinus Episcopus, *Legionis major Notarius*, & Ferrandus Sancii de Valleoleti miles, Notarius major Castellæ, tractatores pro dicto Domino Rege Castellæ, ad prædicta specialiter deputati, nomina nostra; nec non nos dictus Archiepiscopus nomine dicti Domini de Tors præsentibus subscripsimus litteris, & nihilominus omnes insimul & nostrum quilibet etiam nos dictus Savarinus, nominibus, quibus supra sigilla nostra duximus eisdem litteris apponenda. Actum in Civitate Legionensi, & datum die prima Julii, Anno Domini millesimo trecentesimo, quadragesimo quinto, & *secundum modum Hispanicum* æra mil. trecent. octuagesima tertia. Joannes de Viana Archiepiscopus Rhemensis, Gondisalvus Episcopus Segontinus, Joannes de Timaro Abbas de Columbis, Savarinus de Vivona miles, Ferrandus Sancii miles, Reginaldus de Viana Thesaurarius Rhemensis.

§. 16. Nos Joannes Archiepiscopus Rhemensis & Reginaldus Thesaurarius Rhemensis dicti Archiepiscopi frater, Procuratores & nuntii dicti Domini Regis Franciæ ad hoc specialiter deputati, prout ex ejusdem procuratoriis apparet, cujus tenor dignoscitur esse talis:

§. 17. *Philippus Dei gratia Francorum Rex* universis præsentes litteras inspecturis, salutem; Omnibus quippe Regnis desiderabilis debet esse tranquillitas, qua & populi proficiunt & utilitas Reipublicæ conservatur; hæc autem decora mater universitatum regulatæ Politicæ dictante Thalamo mortalium genus lætè multiplicans sedet cruentæ tyrannidis jacula perhorrescens, tanto fervidius vigere prohibetur, quanto solidius regnorum Principes affinitatis seu consangvinitatis fœderibus & pactis uniuntur, & indissolubili unitatis vinculo connectuntur.

§. 18. Sanè nos hanc hujusmodi tranquillitatem perseverare posse cupientes, terris videlicet & regionibus, quibus Serenissimus Rex Castellæ & Legionis, carissimus consanguineus noster, *nosque Dei gratia Illustres* pariter præsidemus: Notum facimus, quod præmeditatis accommodis & honorabilibus subventionibus mutuis & eventibus, qui & quæ tam modernis quam futuris temporibus, hospitiis, regnis & subditis Franciæ & Castellæ poterunt favente Domino verisimiliter evenire; ex tractatibus tam super iteratione & confirmatione confœderationum & amicitiarum ligaminum inter dictum consanguineum nostrum, & nos pro nobis & ipso, ac ipsius & nostris hæredibus & successoribus, dudum invicem initarum & contractarum, augmentatione, perpetuaque roboratione earundem; atque *ex matrimonio inter dilectum nostrum Petrum primogenitum & hæredem dicti consanguinei nostri, & dilectam proneptem Blancham, carissimorum nostrorum consanguinei & neptis Philippi quondam Regis & Joannæ ejus relictæ Reginæ Navarræ filiam, invicem auctore Domino contrahendo*; contentarum in tribus patribus litterarum sub dato primæ diei mensis Julii Anno Domini quo infra confectarum, sigillis dilectorum Consiliariorum & Procuratorum nostrorum inferius nominatorum, atque venerabilis Patris in Christo Gondisalvi Episcopi Segontini, & Ferrandi Sancii de Valleoleti militis, majoris Notarii Castellæ, Consiliariorum dicti consangvinei nostri, & per eum in hac parte deputatorum, sigillatarum, oblatarum & expositarum nobis.

§. 19. Igitur

Digitized by Google

§. 19. Igitur cum ipsa tractata & concordata velut honesta & accommoda de ipsius Castellæ Regis atque nostro speciali mandato processerint & assenserint, hinc est quod tenoribus & formis litterarum hujusmodi contractus continentium, prædictis attentis & intellectis, volentes quod omnia & singula in ipsis litteris contenta debitum & concordatum sortiantur effectum, & quæ circa illa agenda sunt tractatos & accordatos fines & effectus in prædictis litteris declaratos consequantur, & compleantur bona fide; ex nostra certa scientia facimus, constituimus & ordinamus nostros veros & certos Procuratores speciales & generales præfatos Consiliarios nostros: videlicet venerabilem Patrem Joannem Archiepiscopum Rhemensem, Joannem de Timaro Abbatem Beatæ Mariæ de Columbis, Reginaldum de Viana fratrem dicti Archiepiscopi Thesaurarium Ecclesiæ Rhemensis, nobilem Savarinum de Vivona militem Dominum de Tors, & duos ipsorum in solidum, ita ut occupantis aut occupantium melior conditio non existat.

§. 20. Dantes ipsis Procuratoribus nostris & ipsorum duobus in solidum in & super præmissis omnibus & singulis & ea tangentibus plenariam potestatem & speciale mandatum, illa ex contentis in prædictis litteris tractatuum, quæ illis declaranda, supplenda & complenda videbantur, resumendi, declarandi, supplendi & complendi, & cætera omnia præmissa tangentia & ex eis dependentia agendi, quæ & prout eis, seu duobus ipsorum pro nobis visum fuerit faciendum; Etiam novos, si opus fuerit, tractatus ineundi, perficiendi & complendi, cum Procuratoribus seu tractatoribus prædicti Regis Castellæ & Legionis & dicti primogeniti, seu pro ipsis & suis, & omnia & singula præmissa tractata & concordata & quæcunque alia præmissa tangentia, quæ ipsis Procuratoribus & nuntiis nostris & duobus ipsorum pro nobis, videbuntur; in animam nostram & pro nobis, quantum in nobis est, & ad nos & hæredes & successores nostros pertinet & pertinere poterit in futurum, promittendi & etiam jurandi tenere, observare, facere & complere sine infractione quacunque; nosque & nostros atque omnia bona nostra & nostrorum obligandi; aliaque universa omnia & singula, quæ in præmissis & circa ea necessaria sunt, opportuna fuerint, & quæ & prout ipsis nuntiis & procuratoribus nostris & duobus ipsorum in solidum videbuntur expedire, nostro nomine procuratorio, & pro nobis faciendi, procurandi, concordandi, promittendi & jurandi; etiam illa, quæ exigunt mandatum speciale, & quæ nos faceremus & facere possemus, si præsentes ad illa agenda adessemus.

§. 21. Vices nostras eisdem Procuratoribus & duobus ipsorum in & super præmissis & ea tangentibus insuper committentes, rata habentes & grata perpetuo habituri omnia & singula quæ in & super præmissis & ea tangentibus per prædictos Procuratores nostros & Nuntios & duos ipsorum acta, tractata, concordata, promissa, jurata & formata fuerint, aut alio modo quolibet procurata; *ipsos Procuratores & nuntios nostros* in & super præmissis omnibus & singulis & ipsa tangentibus expresse *relevantes ab ipso onere satisdandi.* Et hæc omnia præmissa significamus omnibus & singulis, quorum interest & intererit, per præsentes litteras sigilli nostri munimine in præmissorum fidem & testimonium roboratas. Datum apud Royam undecima die mensis Septembris, Anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto. Per Regem.

§. 22. Et nos Ægidius *Archiepiscopus Toletanus, Hispaniæ Primas, & Regni Castellæ* Cancellarius & Alfonsus Ferrandus Coronel miles, ac Ferrandus Sancii de Valleoleti, major Notarius in Regno Castellæ, Procuratores & Nuntii speciales dicti Domini Regis Castellæ ad hoc specialiter constituti, sicut supra procuratorio nomine apparet, cujus tenor de verbo ad verbum talis est:

§. 23. Al-

Digitized by Google

§. 23. *Alphonſus* Dei gratia Caſtellæ, Legionis, Toleti, Galliciæ, Murciæ, Sibiliæ, Cordubæ, Jahenni, Algarbii & Algeziræ Rex, ac Comitatus Molinæ Dominus. Univerſis has præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Ut cœleſtis altitudo potentiæ ſuper cuncta tenens imperium exaltetur, noſtræ poſſibilitatis manum apponimus ac operam, quam opportunam in terris non minus ſperamus fore placitam in excelſis cœleſtibus. Namque providentia terrarum orbem diſpoſuit ſub diſtinctione regnorum, quæ ſalubri regimine voluit gubernari: ne humanæ creaturæ ſtatum quælibet tempeſtuoſæ fluctuationes mundi confunderent, ſed tam proximitatis & conſanguinitatis, quam matrimoniorum fœdere in ſolita caritatis & unitatis fraternæ ſoliditate perſiſtentes, unionem individuam ſortirentur.

§. 24. Nos itaque hujusmodi fraternam unionem in terris & regionibus, quibus Sereniſſimus Rex Francorum cariſſimus conſanguineus noſter, & nos Dei gratia illuſtres pariter præſidemus, roborari cupientes; Notum facimus &c. *ut ſupra in mandato Regis Franciæ, uſque* onere ſatisdandi. Et hæc omnia præmiſſa ſignificamus omnibus & ſingulis, quorum intereſt & intererit, per præſentes litteras ſigilli noſtri plumbei munimine in præmiſſorum fidem & teſtimonium roboratas. Datum apud Majoritum die decima Decembris, Anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo quinto.

§. 25. Omnes ſimul utriusque partis ſupra nominati procuratores & ſpeciales nuntii congregati, volentes nobis commiſſa perducere ad effectum, ſupra dictum tractatum in toto & in qualibet ſui parte, vigore poteſtatum nobis pro dicta procuratoria traditarum, nominibus quibus ſupra, & unusquisque nomine Domini ſui & Dominorum ſuorum, laudamus, approbamus, ratificamus, corroboramus ac etiam confirmamus, & in animas dictorum Dominorum noſtrorum, unusquisque videlicet in animam Domini ſui, juramus ad ſancta Dei Evangelia manibus noſtris tacta, quod prædicti Domini noſtri & eorum quilibet hæredes & ſucceſſores ſui omnia & ſingula tractata, approbata & confirmata prout ſuperius ſunt expreſſa firmiter cuſtodient, & in perpetuum inviolabiliter obſervabunt. In quorum omnium teſtimonium atque fidem, nos Procuratores & Nuntii ſupra nominati, præſentibus litteris ſubſcripſimus, unusquisque ſcilicet nomen ſuum, & easdem fecimus ſigillis noſtris appendiciis communiri. Datum apud Majoritum die vigeſima tertia Decembris, Anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo quinto. Joannes de Viana Rhemenſis Archiepiſcopus, Reginaldus de Viana Theſaurarius Rhemenſis, Ægidius Archiepiſcopus Toletanus, Alfonſus Ferrandi Coronel, Ferrandus Sancii miles.

§. 26. Nos autem præmiſſa omnia & ſingula in præſcriptis litteris contenta per dictos Procuratores & nuntios noſtros, vice, nomine & auctoritate noſtra pro nobis & noſtris tractata & concordata, procurata, acta & compoſita, atque approbata, laudata & confirmata in vim juramenti per ipſos Procuratores & Nuntios noſtros in animam noſtram præſtiti, ut ſuperius eſt expoſitum, rata habentes & grata, ea omnia & ſingula per nos plene intellecta, præhabita ſuper hac deliberatione conſilii noſtri, concedimus per præſentes, volumusque, laudamus, approbamus, ratificamus, & auctoritate noſtra Regia ex certa ſcientia confirmamus, & ad eorundem omnium & ſingulorum perpetuam obſervantiam, nos hæredes & ſucceſſores atque Regna omnia & ſubditos noſtros præſentes & futuros obligamus ſpecialiter & expreſſe, promittimus & juramus ad ſancta Dei Evangelia corporaliter tacta pro nobis, noſtris hæredibus, ſucceſſoribus, ſubditis, regnis & dominiis univerſis, quod prædicta omnia & ſingula teriebimus, faciemus, obſervabimus & complebimus, fierique teneri obſervari & compleri

Digitized by Google

compleri faciemus inviolabiliter, bonâ fide. Quæ ut firma & ſtabilia maneant perpetuo in futurum, præſentes litteras ſigilli noſtri *plumbei* appenſione fecimus communiri. Actum & datum apud Majoritum, die ſecunda menſis Januarii, Anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo quinto. Ego Matthæus Ferrandi Notarius Sereniſſimi Principis Domini Regis Caſtellæ & Legionis feci iſta ſcribi de ejus mandato in Conſilio ſuo. Et ſont les dictes lettres ſcellées en lacqs de ſoye de couleur bleue, jaune & rouge d'un ſcel de plomb.

LXXXVI. *Articuli ſecreti* Tractatus Legionenſis, *de auxilio contra Regem Angliæ & contra Regem* Bellimarini, 1. *Jul.* 1345.

NOverint univerſi, quod cum inter Sereniſſimos Principes Dominos Franciæ & Caſtellæ Reges per nuntios & tractatores ex parte utriusque dictorum Dominorum Regum & Principum ad hoc ſpecialiter deputatos, certus tractatus confœderationum, amicitiæ ligaminum & pactorum initus nuper fuerit, ſecundum formam quarundam litterarum patentium ſuper hoc confectarum, quarum tenor talis eſt.

§. 2. Procuratores nuntii & tractatores Sereniſſimorum Principum Dominorum Regum Franciæ & Caſtellæ, ſcilicet Joannes de Viana Archiepiſcopus Rhemenſis, Joannes de Timaro Abbas beatæ Mariæ de Columbis, Savarinus de Vivona Dominus de Tors, & Reginaldus de Viana Theſaurarius Rhemenſis, Procuratores & nuntii Domini Regis Franciæ, & Gondiſalvus Epiſcopus Seguntinus, ac Ferdinandus Sancii de Valleoleti miles, major Notarius in Caſtella, tractatores nomine Domini Regis Caſtellæ, faciunt, conveniunt & juramento una pars alteri viciſſim, nominibus quibus ſupra promittunt pactiones, conventiones & amicitiarum alligationes inter dictos Dominos Reges pro ſe & ſuis valituras, quæ ſequuntur.

§. 3. Videlicet *quod ſi contingat Regem Bellimarini cum ſua poteſtate vel ejus poteſtatem affretare vel tranſire ad invadendum Regna vel Dominium Caſtellæ* dicto Rege Franciæ per Regem Caſtellæ vel ejus certum nuntium vel litteras ſuas requiſito Rex Franciæ faciet ſibi *ſuccurſum ad expenſas dicti Regis Caſtellæ*, proviſo ſtatui Regni ſui & guerræ ſuæ, ſi tunc guerram habet, vel veriſimiliter habiturus eſſet: tamen prima vice dictus Rex Franciæ propter ſervitium Dei & augmentationem Chriſtianitatis, nec non contemplatione dicti Regis Caſtellæ & intuitu, & in relevationem expenſarum ab ipſo in guerris *Sarracenorum* huc uſque factarum * quod videbit ipſi Regi Caſtellæ de tali ſuccurſu ad ejusdem Regis Franciæ expenſam, quod dictus Rex Caſtellæ debebit merito contentari.

§. 4. Et ſi *Rex Angliæ* cum ſua poteſtate, aut ejus poteſtas *affretaret vel tranſiret citra mare* ad invadendum Regnum Franciæ, dicto Rege Caſtellæ per Regem Franciæ vel ejus certum nuntium, vel per ſuas litteras requiſito, dictus Rex Caſtellæ faciet præfato Regi Franciæ, ſuccurſum ad expenſas Regis Franciæ, taliter quod debebit meritò contentari proviſo ſtatui Regni ſui & guerræ ſuæ, ſi tunc guerram habet, vel veriſimiliter habiturus eſſet.

§. 5. Hoc vero pacto duraturo ſic duntaxat inter perſonas Domini Alphonſi Regis Caſtellæ, qui nunc eſt, & perſonam Domini Philippi Regis Franciæ nunc regnantis. Et eſt actum expreſſè, quod non obſtante iſto articulo *perſonalitatem* Dominorum Regum Franciæ & Caſtellæ ſolùm tangente, omnes confœderationes, pax & amicitiarum ligamina facta & inita de novo & jampridem, inter dictos Dominos Reges, pro ſe hæredibus & ſucceſſoribus eorum, prout continetur in quolibet articulo earundem,

Digitized by Google

dem, & ſpecialiter in articulo, qui incipit: Sanè, durabunt perpetuò inter dictos Dominos Reges & hæredes & ſucceſſores eorum, & contra omnem hominem viventem vel victurum, habebunt perpetuam roboris firmitatem, prout in certis aliis confœderationibus & amicitiarum ligaminibus de novo, & in aliis jam pridem inter dictos Dominos Reges pro ſe & hæredibus & ſucceſſoribus ſuis factis & initis, latius continetur.

§. 6. Præterea ſi aliquis vel aliqui de Regno Franciæ vellent venire in ſervitio Dei ad guerram Sarracenorum in auxilium Domini Regis Caſtellæ, Rege Franciæ tunc non habente guerram publicam ſeu apertam vel veriſimiliter habituro, placebit ei, quod ipſi veniant, & eos non impediet, nec præcipiet, vel mandabit eorum impedire adventum: & etiam ſi haberet guerram, proviſo ſtatui ipſius guerræ & Regni ſui, volentes ad dictum ſervitium venire, non impediet, nec mandabit impedire venire.

§. 7. Similique modo Rege Caſtellæ guerram publicam vel apertam non habente, illos de Regno vel Regnis ſuis, qui accedere voluerint in Regno Franciæ ad ſervitium Regis Franciæ in guerris ſuis, non impediet, vel mandabit aut faciet impedire, ſed placebit ei, quod accedant ad dicti Regis Franciæ ſervitium, & etiamſi guerram haberet, proviſo ſtatui guerræ ſuæ & Regni ſui, prout ſupra.

§. 8. Et eſt ſciendum &c. (*quæ ſequuntur una cum procurationibus Regum uſque ad finem mandati Regis Caſtellæ jam extant verbotenus in tractatu ipſo præcedente.*

§. 9. Omnes prænominati nuntii & Procuratores dictorum Dominorum Regum & Principum inſimul convenientes, intellecto plenè tractatu ſupra ſcripto, & ſuper ipſo conſideratione habita diligenti, diſcuſſoque inter eos, quibus ſupra nominibus tenore verborum compoſitorum, in ultimo articulo dicti tractatus incipiente, *Præterea*, conſiderantes *quod in ipſius ſerie & tenore eſt inter dictos Reges æqualitas ſeu paritas obſervanda*, quia patenter repertum fuit in ſecundo ipſius articuli capite, cum legitur: ſimilique modo, *per errorem ſcribæ*, omiſſa fuiſſe hæc verba, *vel veriſimiliter habituro*, quæ immediatè poſt dictionem, *habente*, ſcribi debuiſſent, prout ſuperius in eodem articulo & pacto ſimili ſcripta ſunt, pro parte dicti Domini Franciæ Regis. Igitur nos Procuratores & nuntii prænominati *dicta verba ſupplentes*, errorem corrigendo prædictum, ipſas *tres dictiones ſubaudiendas*, intelligendas, & in quocunque hujus eventu ſumendas eſſe, & debere pro parte dicti Domini Caſtellæ & Legionis, ita prout pro parte dicti Domini Regis Franciæ in eodem articulo ſcriptæ ſunt. Concedimus concorditer, & etiam declaramus cæterum, auctoritate nobis & noſtrum cuilibet, per procuratoria prædicta attributa, pacta, conventiones, promiſſiones, alligantias, fœdera, & omnia alia & ſingula in ſupra ſcriptis litteris tractatus contenta, una cum correctione, ſupplemento & declaratione prædicta, vice, auctoritate & nominibus dictorum Dominorum Regum & Principum; rata habentes & grata omnia & ſingula, volumus, & una pars alteri, ut eam tangit, viciſſim concedimus, laudamus, approbamus & etiam confirmamus, nihilominusque juramus in animas dictorum Dominorum noſtrorum, & ipſorum cujuslibet, ad ſancta Dei Evangelia corporaliter tacta: quod dicti Domini Reges & Principes tenebunt & obſervabunt, facient & complebunt omnia & ſingula univerſa, de quibus inter ipſos acta & ſuperius ſunt expreſſa.

§. 10. In quorum præmiſſorum omnium & ſingulorum teſtimonium & fidem nos prænominati nuntii & Procuratores dictorum Dominorum Regum has præſentes, & aliis iſtis conſimiles litteras fieri fecimus, noſtrorum nominum ſubſcriptionibus, noſtrorumque ſigillorum appendicii mu-

nimine roboratas. Datum apud Majoritum, vigesima tertia die Decembris, Anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto. Et sont les dictes lettres scellées de cinq sceaux ou sachets de cire rouge en lacs ou cordons de fil blanc, bleu & rouge, & sur le reply au dessus des sceaux est escrit, sçavoir sur le premier, Joannes de Viana Rhemensis Archiepiscopus; sur le second, Reginaldus de Viana Thesaurarius Rhemensis, sur le troisiesme, Ægidius Archiepiscopus Toleti; sur le quatriesme, Alphonsus Ferrandi Coronel, & sur le cinquiesme, Ferdinandus Sancii miles.

LXXXVII. Johannis Regis Bohemiæ *Epistola de morte Henrici VII. Imp. Patris sui*, 17. *Maji*, 1346.

Johannes Dei gratia, Bohemiæ Rex. Lucemburgensis Comes, universis præsentes litteras inspecturis salutem in eo, qui custodit veritatem in secula & facit judicium omnibus, qui injuriam patiuntur. Quia Salvator noster in hunc mundum venit, ut perhiberet testimoniom veritati, & nos secundum modulum nostrum debemus ipsum, quantum possumus, imitari, & maximè quando per vanitates & insanias falsas veritas corruit in plateis & salus populi gravius impeditur ex eo, quod aliqui diminuant bonam famam illorum, qui pro veritate fidei mittuntur, ut sint in lucem gentium, & loquendo & exhortando usque ad extremum terræ proficiant cuilibet ad salutem. Quicunque enim sic cogitant infamia vel procurant contra Dei nuntios seu ministros, restat procul dubio, quod contra populum Dei consilium malignantur. Unde ait Propheta Psalm 82: *Super populum tuum malignaverunt consilium;* & causa illico subinfertur: *quia cogitaverunt adversus sanctos tuos*, & sequitur, *ut non memoretur nomen illorum ultra.* Nuper autem retulit coram nobis religiosus Vir frater *Petrus de Castro Reginaldi ordinis fratrum Prædicatorum*, quod in magnum ipsius ordinis dedecus & contemptum facti sunt *romancii, chronicæ, & moteti, in quibus continetur, quod claræ memoriæ Dominum & Genitorem nostrum Imperatorem Henricum frater quidam Bernardus de Montepeluciano ordinis supra dicti, administrando ei sacramentum Eucharistiæ venenavit;* & propter hoc ad defensionem veritatis prædictus frater Petrus de Castro Reginaldi habere super hoc litteram testimonialem humiliter supplicavit. Et nos ipsius supplicationi prout possumus inclinantes, notum facimus universis, quod à principio, quando rumores audivimus de prædictis, nos & amici nostri de his inquisivimus diligenter, & contra dictum fratrem Bernardum de Montepeluciano nihil invenimus fide dignum. Idcirco ipsum credimus prædictum facinus nullatenus commisisse, quia prædictum Genitorem in sua firmitate ultima ipse frater Bernardus diligenti obsequio custodivit & pacificè in sua religione inter fideles Imperii commorando, ubi à familiaribus prædicti Domini Genitoris nostri * longo tempore supervixit; & hoc fuit non modicum ipsius innocentiæ argumentum. Duæ etiam amitæ nostræ *sorores prædicti Domini Genitoris nostri habitum prædicti ordinis susceperunt* quarum una fuit Priorissa in quodam monasterio, & sic professæ in dicto ordine usque ad mortem permanserunt. Postea etiam Domina *Maria soror nostra germana susceptit habitum ordinis memorati.* Tamen *antequam esset professa, inclytæ recordationis Carolus Rex Francorum eam sibi in uxorem petiit copulari; & sic facta Regina Francorum*, quamdiu vixit, habuit Confessorem de ordine supra dicto; & post mortem, sicut elegerat, habuit inter sorores ipsius ordinis sepulturam. Et similiter *avia nostra Domina Beatrix mater dicti Domini Genitoris nostri*, quæ post eum aliquo tempore supervixit, fecit se inter sorores prædicti ordinis sepeliri. Nos etiam & carissima consors nostra habuimus postea de prædicto ordine Confessores. Et si nobis & amicis nostris apparuisset,

Digitized by Google

ruisset, quòd aliquis de fratribus ordinis supra dicti in Dominum Genitorem nostrum tam dolorosum & nefandum flagitium perpetrasset, nunquam voluissemus tot & tantas familiaritates fratribus ipsius Ordinis exhibere. Ideo rogamus, quantum possumus, universos, ut, sicut docet Apostolus, deponentes mendacium, loquatur unusquisque cum proximo suo veritatem, quod non credat narrationem ignorantium & romancii in quibus contra veritatem plurima continentur, quin hoc esset salutis eorum & præjudicium animæ Patris nostri. Rogamus etiam quemlibet, qui super hoc à fratribus prædicti ordinis fuerit requisitus, ut procuret sicut poterit, quod adversarii à prædictis æmulationibus arceantur, ita quod totus prædictus ordo fratrum prædicatorum possit Deo sine cordis molestia liberius deservire & populum ad viam salutis efficacius revocare. Quod ut perpetuæ firmitatis robur obtineat, præsentibus nostris litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Datum in castro nostro de Magduno super Euram Bituricensis diœcesis XVII. mensis Maji, anno 1346.

LXXXVIII. *Fœdus amicitiæ & auxilii mutui inter* Carolum IV. Imp. *& Johannem Ducem Normanniæ filium primogenitum Philippi Regis Galliæ (factum postea Regem) ejusque fratres. Tridenti* 1347. *Non. Maji.*

Carolus Dei gratia *Rex Romanorum* semper Augustus *& Bohemiæ Rex.* Universis præsentes inspecturis gratiam suam cum plenitudine omnis boni. Notum facimus, quod nos consideratis & diligenter attentis amicitia, affinitate & consanguinitate inter nos & carissimum fratrem nostrum Dominum *Johannem Ducem Normanniæ primogenitum Regis Francorum* illustris, & etiam inter nos & carissimos *nepotes nostros Carolum videlicet Ludovicum. Johannem & Philippum dicti Ducis filios* existentibus, volentes quod perpetuus & verus amor sit inter nos: promittimus bona fide & *juramus* supra sancta Dei Evangelia: quod honorem, utilitatem & commodum *fratris nostri* & filiorum suorum prædictorum, quamdiu vixerimus, & ad quemcunque statum nos pervenire contigerit, procurabimus, & nemini, qui eis vel eorum inimicus seu hostis publicus sit vel fuerit seu verisimiliter debeat esse suspectus, dabimus quoquo modo consilium, auxilium vel favorem contra eos vel aliquem eorum publicè vel occultè. Et si acciderit, quod Deus avertat, quod dictus frater noster vel alter ipsorum Nepotum nostrorum in *successione regni Franciæ*, velut avi, quovis modo in personis aut rebus ipsorum impedirentur; Nos modis omnibus, quibus poterimus ipsos juvabimus toto posse prædictos impedientes, quando in corpore & in bonis. In quorum omnium testimonium & ad certitudinem pleniorem præsentes fieri jussimus & sigilli nostræ Regiæ Majestatis appensione muniri. Datum Tridenti anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo Nonas Maji, regnorum nostrorum anno primo, sic signatum per Dominum Regem ad veram relationem, Domino Joanne de Pistoire præsente.

LXXXIX. *L'Alliance & Confederation perpetuelle de* Zurich, *avec les quatre Cantons de* Lucerne d'Ury, Schuitz & Underwalden, *dicts les quatres villes des Bois; A Zurich* 1. *May.* 1351.

AU Nom de Dieu Amen. Nous les Bourguemaistres Conseillers & les Bourgeois generallement de la Ville de *Zurich, l'Advoyer, Conseil & Bourgeois* generallement des païs de *Lucerne, d'Ury, Schuitz & d'Underualden*; faisons

faisons sçavoir à tous ceux, qui verront & orront lire ces presentes, que nous, par bon advis saine & meure deliberation, par bonne paix, deffense & protection de nos personnes, de nos biens & de nos gens, & pour le bien & utilité de nos pays avons accordé une perpetuelle alliance & amitié, laquelle pour nous & nos perpetuels successeurs, qu' en ce enjoignons & voulons estre perpetuellement comprins avec nous avons promis corporellement, & publiquement juré & faict serment à Dieu & aux saincts, la garder & entretenir perpetuellement & fidellement à jamais & irrevocablement: & d' autant que les choses transitoires se mettent en oubly le cours de ce monde s'en va & se consomme, & que par le long temps des années toutes choses se changent; pour ces causes nous des dictes villes & pays nous baillons les uns les autres de cette amiable association & perpetuelle alliance un tesmoingnage publicq & manifeste par lettres & escritures nommement, que serons tenus nous aider & favoriser les uns les autres tant que nos corps & biens se pourront estendre (tous dolz exceptez) contre tous ceux qui par force & contre raison nous nos personnes & nos biens, nos honneurs & libertez voldroient fascher, molester ou assaillir, tant nous, que tous ceux qui sont compris en cette confederation, presentement ou par cy apres dedans *les limites* & circuitz y aprés specifiés.

§. 2. Premierement depuis le lieu de la source de la riviere nommée *Ara* au lieu dict Grunsten, & tirant en bas le long de la dicte riviere par *Basle* (*) *par Berne* & tousjours le long de la dicte riviere d'Ara en bas jusques au lieu ou elle entre dedans le Rhin, & de là contremont du Rhin jusques au lieu, ou une autre riviere nommé *le Thur* entre dedans le Rhin & de la tousjours le contremont de la dicte riviere du Thur, jusques au lieu de sa source, & de cette source tirant droict jusques au lieu, & par le païs des Grisons le contremont jusques au fort de Riveremberg, & du dict Riveremberg tout outre de là le mont sainct Goudart jusques à la montaigne de la *Platiner*, & de là jusques dessus le mont de *Thoysel*, & du dict Thoysel jusques au dessus nommé Granslen le lieu de la source de la dicte riviere d' Ara: & si dedans les dictes limites & circuits aucuns de ceux, qui sont comprins en cette alliance fust contre droict & equité assailly ou endommagé de quelqu' un en sa personne ou en son bien; en ce cas le conseil & la Communauté de la ville, ou païs, ou tel dommage auroit esté faict, jugera par son serment & connoistra de tel dommage auroit esté faict, & ce que le dict conseil ou la Communauté, ou la plus grand part de la ville ou du pays, qui auroit esté endommagé par son serment cognoistra ou jugera, soit pour assister, ou assaillir actuellement selon la necessité; tel conseil ou Communauté de la dicte ville ou païs, qui seroit, comme dit est endommagé, debvra & pourra admonester les autres villes & païs, qui sont en cette alliance, & se fera telle admonition par messagers seurs, ou par lettres du conseil ou Communauté de la dicte ville ou pays, à sçavoir au conseil des villes aux Ammandes, aux Communautés, aux Eglises des dictes trois pays. A lors telles villes & pais, qui auront esté admonestez seront tenus par leurs sermens, ayder, favoriser & assister sans delay en toute diligence, & en toutes choses, quà la necessité requerra à ceux, qui les auront requis & admonesté de secours.

§. 3. Nul de nous des dictes villes & païs ne pourra & debvra par paroles, ny par effect reculer, se retirer, on excuser envers les autres de cette alliance, admonition & ayde an maniere que ce soit, ny rechercher ny procurer aucuns moyens, au moyen desquels telle ayde, qui auroit esté demandé fust refusé, ains chascune ville & un chascun païs sera tenu *faire tel ayde à ses propres despens.*

§. 4. Le cas advenant, que nous ou aucuns de ceux, qui sont en cette confe-

(*) Bâle ne convient point à cet endroit.

confederation, fussent si soudainement invahis & endommagez, qu'il fust necessaire d'un prompt & subit secours, en ce cas debvrons de toutes parties sans attendre de secours l'admonition ains promptement & sans delay envoyer & tellement y donner ordre, que tels dommages soient vengez, & qu'il y soit obvié sans aucun retardement. Et si le faict estoit tel & de si grande importance, qu'il fust necessaire de marcher où assieger, en ce cas estans l'une de nos dictes villes ou païs d'entre nous par aucuns autres des comprins en cette alliance par Messagers ou par lettres admonestez, nous serons tenus envoyer sans nulle dilation à l'abbaye des * *Hermites*, & illec tenir jornée adviser & consulter, ce qui sera le plus utile & le plus expedient, tellement que celuy ou ceux, qui auront demandé secours le cas advenant, que l'un vint assieger quelqu'un, alors la ville ou le pays à qui le faict touche, & qui auroit admonesté, supportera seul *le fraix*, *qui à l'occasion du siege auroient esté encourus* * *ouvriers* tous dolz exceptez. (*) Einsidel.

§. 5. Si aucun quel qui pourroit estre vouluſt faire dommage, ou assaillir personne de ceux, qui sont comprins en cette alliance, & qu'il fust resident dehors les dictes limites & circuits tel cas advenant, & que tel ou telz, qui auroient faict le dommage se trouvassent *riere* la souverainité de nous des dictes ligues, celuy ou ceux la ensemble tous leurs adherens & serviteurs seront arrestez, apprehendez & induicts à restituer tel dommage, sans delay, tous dolz exceptez.

§. 6. Le cas advenant, que nous de Zurich euſſions differends ou questions generalement avec nos dicts alliez de Lucerne, Ury, Schwiz & Underwalden, ou avec aucun d'eux particulierement (ce que Dieu ne veuille) nous par tel effect envoierons aux journées à la dicte Abbaye des Hermites & debvra à la dicte ville de Lucerne ou les trois païs tous en general ou aucuns d'eux particulierement, qui auroient differends avec nous de Zurich *eslire deux hommes de bien*, & nous aussi deux autres; lesquels seront tenus de jurer aux saincts Evangiles, & incontinent sans delay vuider le differend par voye amiable ou par la justice, & ainsi que les quatre ou la plus part d'entre eux recognoistront, nous les deux parties le debvrons tenir inviolablement (tous dolz exceptez.) Et s'il advenoit, que les quatre ne fussent d'accord, ains *partis en leurs opinions*; en ce cas par le serment qu'ils ont juré, *seront tenus de choisir dedans nostre pays des ligues un superarbitre*, qu'ils cognoistront estre propre & capable pour tel effect, & celuy qu'ainsi ils ordonneront sera induict & prié par la ville ou pais ou il est resident, de entreprendre la cause avec les dicts quatre, & par son serment contrainct d'incontinent & sans delay vuider la cause; le tout sans tromperie.

§. 7. Nul de ceux qui sont en cette presente alliance *ne feront convenir par devant les justices spirituelles pour debtes d'argent*, car un chacun se doit contenter de la justice du lieu, ou le deffenseur faict sa residence, là ou elle se doit faire aussi promptement par le serment sans delay. Et si justice luy estoit refusée & que cela fust manifesté, alors, il pourra chercher son bon droict ailleurs, ainsi que la necessité le requerra.

§. 8. Nul de ceux qui sont comprins en cette presente alliance ne debvront & *ne pourront se aire arrester les uns les autres, que pour les vrays debteurs pleiges*, qui luy en auroient faict promesse.

§. 9. Nous avons aussi unanimement conclud & arresté, que *nul de nous* les dicts alliez comprins en cette confederation pour quelque cause ce soit, *ne se pourra engaiger pour gaige pour un autre*.

§. 10. Le cas advenant que aucun des comprins en cette alliance auroit *merité la mort*, & que par la justice du lieu ou il feroit sa residence, il *fust pour tel descrié*; les autres justices ausquelles tel cas sera manifesté par lettres patentes & scellées du sceau de la ville ou du païs, la descrieroient semblablement,

Digitized by Google

ment, comme il avoit esté descrié par son juge; & celuy qui puis apres le logera, retirera, nourrira, & entretiendra, *iceluy sera mis en sa coulpe* (*sa vie toutes fois saufve*) tous dolz exceptez.

§. 11. En outre avons tous en general reservé, advisé & conclud, que par cy apres nous generalement, ou aucune ville ou païs particulierement d'entre nous, si aurions desliberé s'asseurer ou se allier avec Sieurs ou villes; que nous le pourrons bien faire, par telle condition toutes fois que *cette presente alliance & confederation avant toutes autres*, que par cy apres nous pourrions accepter, debvrions perpetuellement, fermement & irrevocablement en toutes les choses y contenues & escrites garder & observer les uns envers les autres, tous dolz exceptez.

§. 12. Il a esté aussi expressement advisé, s'il advenoit, que par aucun *le Sieur Rudolf Brun chevalier à present Bourguemestre de Zurich*, ou ceux que par cy apres parviendroient en l'office de Bourguemestre, les Conseillers, Compagnies & les Bourgeois generalement de la dicte ville fussent faschez ou molestez, en leurs justices compagnies, & en leurs droits & statuts, qu'ilz ont faicts & dressez, & qui sont comprins en cette alliance; en estans nous les dicts de Lucerne, Ury, Schwiz & Underwalden, admonestez ou advertis par le Bourguemestre seulement ou par le Conseil de Zurich, par lettres scellées de Bourguemestres ou au conseil du dict Zurich, nous serons par le serment tenus leur incontinent assister & ayder à ce que le Bourguemestre, le Conseil & les Compagnies demeurent en leur auctorité, justices droicts & statuts; ainsi que comprins sont en cette presente confederation, (tous dolz exceptez.)

§. 13. Il est aussi tout notoire, que nous avons expressement arresté & conclud envers tous ceux, qui sont comprins en cette alliance, que une chascune ville, païs & village de quelque ressort qu'ils soient comprins en cette alliance, doivent demeurer au contenu de leurs justices, preeminences, droicts, statuts & de leurs bonnes coustumes, ainsi que du passé ils ont tousjours esté jusques à present; tellement qu'ils ne pourront, & ne debvront les uns les autres se donner ou faire empeschement à l'occasion de ce, tous dolz exceptez.

§. 14. Il a aussi esté singulierement advisé, affin que tant les vieils, que les jeunes soient tant mieux informez *de cette alliance*, & tous ceux, à qui elle touche; *que de dix ans en dix ans & tousjours au commencement du Mois de May ou environ*, ainsi que par nous des dictes villes & pays sera ordonné, ou que chascun de nous le requerra des autres, *par nos sermens elle soit renouvellée* & reconfermée par paroles, escritures, par serment & autres choses, qui seront requises & necessaires, *les hommes & enfans masles, qui en ce temps outrepasseront* l'aage *de seize ans jureront aussi* de perpetuellement & fermement tenir & observer cette confederation, tous ses poincts & articles comme contenu est en ces presentes lettres. Et si tel renouvellement ne se faisoit aux dessus dicts termes, & qu'il ne fust retardé ou empesché par faicts actuels, ce la toutes fois ne prejudiciera en rien à cette presente confederation. Car elle doit perpetuellement demeurer ferme & stable en tous ses poincts & articles cy dessus specifiez & escrits.

§. 16. Nous avons aussi tous d'une voix & par bonne deliberation reservé, que si par cy apres pour nostre bien & proffict publicq nous fussions d'advis de diminuer ou augmenter quelque chose en cette presente confederation; que nous tous ensemble le pourrons & aurons bien pouvoir de ce faire, quant nous tous, qui sommes comprins en cette alliance en serons d'un mesme accord & consentement, de ce que estimerons & cognoistrons nous estre utile & necessaire, tous dolz exceptez.

§. 17. Et pour confirmation & corroboration publicque, affin que toutes

Digitized by Google

§. 5. Et avec ce voulons & conſentons, que par noſtre Sainct Pere le Pape, pour ce que plus fermement ſoit tenu & gardée la ditte paix à perpetuité, toutes pactions, confederations, alliances & convenances comme quelles puiſſent eſtre nommées, qui pourront eſtre prejudiciables ou obvier par quelque voye à la dicte paix au temps de preſent ou advenir, ſuppoſé qu' elles fuſſent fermes & vallables par peine & par ſerment ou confermées de l'auctorité de noſtre ſainct Pere le Pape ou d'autres; ſoient caſſées, irritées, & miſes au neant comme contraires au bien commun, & au bien de la paix commune & proffitable à toute Chreſtienté, & desplaiſante à Dieu; & tous ſerments faicts en tel cas ſoient relaſchez, & ſoit decerné par lettres de noſtre Sainct Pere le Pape, que nul ne ſoit tenu à tels ſermens, alliances ou convenances tenir & garder; & deffendra que au temps advenir, ne ſoient faictes telles & ſemblables; & ſe de faict aucun attenteroit ou faiſoit le contraire, que des maintenant les caſſe & irrite & rende nuls & de nulle valeur: & neantmoins nous les punirons comme violateurs de la paix, par peine de corps & biens, ſi comme le cas le requerra, & que raiſon voudra. Et ſe nous faiſions, procurions ou ſouffrions eſtre faict le contraire, que Dieu ne vueille, *nous voulons eſtre tenuz & reputez pour des loyal & parjure*, voulons encourir *tel blaſme & diffame comme Roy ſacré doibt encourir en tel cas*, & les choſes deſſus dictes ferons jurer & tenir & garder par noſtre tres cher *aiſne fils* le Prince de Galles, & *nos fils puiſnez*, Leonel Comte de Liceſtre, Eſmond de Languelaye; & *nos Couſins* Monſieur Philippes de *Navarre*; & les *Ducs de Lencaſtre, de Bretagne*; *le Comte* (*) Eſcaffort, Sallebris; *le Sire* de Mauny, Guy de Brian, Regnauld de Cobeham; le *Capital de Buſchk*, le Sire de Montferrat, James d'Andely, Rochier de Beauchamps, Bauf de Verres Capitaine de Calais, Euſtache de Ruchecourt, Frault de Halle, Jean de Montbray, Henry de Percy, Nicolle de Tamwort, le Sire de Governy, Richard de Scafort, William de Gamiſon, Beauf Spignol, Gaſton de Greilly & Willam de Bourtons Chevalliers; & feront auſſi jurer ſemblablement & au pluſtoſt que faire pourront bonnement nos autres enfans, & la plus grande partie des Egliſes, Comtes, Barons & autres Nobles de noſtre Royaume, donné en teſmoignage de noſtre grand ſeel en noſtre ville de Calais le vingt quatrieſme jour d'Octobre, l'an de grace mil trois cens ſoixante.

(*) forte: Straffort, Salisbury.

Digitized by Google

XCVII. Johannes Rex Franciæ *concedit* Philippo *filio suo quarto-genito* Ducatum Burgundiæ, *eumque creat primum Franciæ Parem.* 6. *Decemb.* 1363.

JOannes Dei gratia Francorum Rex, ad subditorum quietem & pacem, curam gerentes sollicitam, facti didicimus experientia, non modicum prodesse fideles & strenuos habere vasallos. Ipsorum enim meritis, propulsis invidiis & æmulis, pacis tranquillitas acquiritur, & justicia, regnorum omnium fundamentum pacificè ministratur, ad regnantium gloriam & honorem: unde fervor oritur dilectionis ad Dominum cujus etiam reficit vigor subjectionis in eodem. Novimus insuper Coronam stabiliri Regiæ Majestatis, dum personæ præclari generis, moribus utique honestè vernantes, dignitatibus inclitis præficiuntur. ** Laudabilis igitur prædecessorum nostrorum moris, quo solita munificentia dignis consueverunt digna rependere, sequentes vestigia; & si singulos juxta eorum exigentiam meritorum desideremus prosequi favoribus gratiosis, digniores tamen censemus debere dignioribus insigniri. Attendentes quod & si naturaliter nostris teneamus liberis assignare, unde statum juxta suæ *perspicuitatem prosapiæ* honorifice continuent, ad hoc tamen impendendum eo liberalius inducimur, quò instantius eorum continuata merita id exposcunt.

§. 2. Et desiderantes affectuosius, grassamina & oppressiones irruentibus hostibus illatas subjectis nostri Ducatus Burgundiæ, qui *ex successione bonæ memoriæ Philippi Ultimi Ducis* ejusdem ad nos, ut propinquiorem in genere, noviter est delatus, amputare & ipsorum providere quieti; & ad memoriam reducentes gratia & laude digna servitia, quæ charissimus *Philippus filius noster quarto genitus*, qui sponte expositus mortis periculo nobiscum imperterritus & impavidus stetit *in acie prope Pictaviam vulneratus*, *captus* & detentus in hostium potestate, exhibuit indefesse, vero amore filiali ductus; ex quibus suam merito cupientes honorare personam, perpetuo præmio quo fulciri * sibi paterno correspondente amore, spem & fiduciam gerentes in Domino nostri subditi Ducatus ejusdem à suis oppressionibus releventur.

§. 3. Notum itaque facimus omnibus præsentibus pariter & futuris, quod nos iis & aliis justis considerationibus excitati, & ad humilem supplicationem subditorum dicti Ducatus, prædictum *Ducatum Burgundiæ* cum Pariatu juris possessionis & proprietatis, quod habemus & habere possumus & debemus in eodem, nec non & in *Comitatu Burgundiæ* & in quacunque parte ipsius ex successione prædicta; cum universis & singulis honoribus, juribus, redditibus & proventibus, hominibus, homagiis, feudis, retrofeudis, jurisdictionibus altis, mediis, & bassis, mero & mixto imperio, civitatibus, villis, Castris, & *Castellaniis*, domibus, *maneriis*, stagnis, fluviis, seu rippariis, nemoribus, forestis, vineis, terris, pratis, censibus & aliis ex causa prædicta in Comitatu prædicto, quocumque nomine nuncupentur, & cujuscunque valoris existant, dicto filio nostro concessimus, donamusque & concedimus tenore præsentium; de nostris speciali gratiâ, certâ scientia, auctoritate Regia & nostræ Regiæ potestatis plenitudine præmissa, quæ in eum transferimus, tenenda & possidenda per eum & hæredes suos in legitimo matrimonio procreando perpetuo, hæreditariè, pacificè & quietè; ponentes ex tunc dictum Ducatum Burgundiæ & Jus quod ex successione prædicta habemus in Comitatu prædicto cum suis prædictis pertinentiis extra nostrum *Domanium*, & separantes omnino, cui si quidem domanio præmissa duximus abjungenda; non obstante si voluerimus & ordinaverimus (sub quibuscumque modo, obligatione forma verborum hujusmodi ordinatio processerit,) vel si habitatoribus dicto-

Digitized by Google

dictorum Ducatus & Comitatus, seu Communitatibus villarum, castrorum, vel locorum aliorum eorundem vel personis singularibus concesserimus, præmissa in toto vel in parte à nostro & Coronæ nostræ Domanio nullatenus extunc in antea separari. Quorum dictum filium nostrum Ducem, *Primumque Parem Franciæ* facimus & creamus; volentes & concedentes eidem, ut ipse suique hæredes ex proprio corpore in legitimo, ut prædicitur, matrimonio procreandi qui ei succedent in Ducatu prædicto, utantur & fruantur perpetuò & pacificè, universis & singulis privilegiis, franchisiis, juribus, libertatibus & prærogativis, quibus usi sunt hactenus & utuntur, cæteri Pares Franciæ & omni modo & forma quibus tenebant dictum Ducatum & dictis privilegiis usi fuerunt hactenus Duces Burgundiæ, & utebatur dictus defunctus ultimo Dux Philippus dum vivebat.

§. 4. Salvis tamen donationibus & concessionibus si quas fecimus, postquam dictus Ducatus devenit ad manum nostram ut prædicitur, quas nolumus effectu frustrari. Salvis insuper & retentis nobis & successoribus nostris Regibus Franciæ *superioritate & ressorto* dictorum donatorum Duci, & homagio Ducis præstando, modo debito & consueto fieri & præstari, per Duces Burgundiæ temporibus anteactis; regalibusque & juribus aliis Regis ad nos pertinentibus ad causam nostræ Coronæ, & quæ habebamus vivente ultimo defuncto Duce in Ducatu prædicto.

§. 5. Pro quibus donatis omnibus supradictus filius noster fecit nobis homagium tamquam Dux & primus Par Franciæ prædictus, & eo modo quo defuncti Duces Burgundiæ tenebantur & consueverunt facere nobis & nostris prædecessoribus, ad quod hommagium admisimus eumdem, quem propter hoc *emancipavimus, & extra potestatem nostram Patriam* posuimus & ponimus *per præsentes*. Salvo insuper & retento, quod si dictus filius noster vel sua posteritas ut prædicitur procreanda decesserint, quod absit, absque hærede ex proprio corpore succedente in dicto Ducatu; præmissa universa & singula sic donata pleno jure integraliter revertentur ad nos & successores nostros Reges qui pro tempore fuerint nostræ Coronæ Domanio applicanda. Per hanc tamen concessionem nostram præsentem *Ducatum Turoniæ*, quem cum suis pertinentiis dicto filio nostro alias donavimus ad manum nostram suponimus & retinemus, ordinaturi de eodem ad nostræ beneplacitum voluntatis.

§. 6. Quapropter damus præsentibus in mandatis universis Prælatis & aliis personis Ecclesiasticis, ac universis Ducibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus & aliis, Clericis & laicis ad quos pertinuerit; quatenus homagia, deveria, honores, servitia & obedientias in quibus nobis tenebantur ante donationem præsentem ratione Ducatus & aliorum donatorum prædictorum præstent & faciant indilatè, & de cætero dilecto filio nostro suisque hæredibus antedictis de legitimo matrimonio procreandis, modo & forma, quibus ipsa fecerant & facere debuerant dicto ultimo defuncto Duci; per quorum præstationem nos inde absolvimus penitus & quitamus eosdem, ut obediant dicto filio nostro tamquam Duci dicti Ducatus & Pari Franciæ primo plenariè & absque difficultate quacumque.

§. 7. Mandamus insuper dilectis & fidelibus Consiliariis nostris Parlamenti nostri Parisiensis, universis insuper Justiciariis & officiariis nostri Regni præsentibus & futuris: quatenus dictum filium nostrum & hæredes suos prædictos Duces Burgundiæ & Pares Franciæ recipiant & admittant, ipsosque faciant & permittant uti & gaudere pacificè prærogativis, *franchisiis*, libertatibus, honoribus & Juribus *Ducatus & Pariatus*; & nostram ordinationem præsentem teneri perpetuò, & inviolabiliter observari; nihil facientes vel attentantes in contrarium quoquo modo, non obstantibus consuetudinibus statis usibus & privilegiis contrariis quibuscumque donisque

Digitized by Google

& gratiis dicto filio noſtro factis alias, & quod in præſentibus non fuerint expreſſata. Quod ut firmum & ſtabile permaneat in futurum, noſtrum præſentibus litteris fecimus apponi ſigillum. Datum Germ. ſupra Maternam die ſexta Decembris anno Dominicæ Incarnationis 1363. Signatum per Regem.

XCVIII. Caroli IV. Imp. *Executoria ad laicum ſuper primarias preces.*

NObili, D. noſtro & Imperio ſacro fideli dilecto, gratiam. Cum ante pro dilecto nobis honorabili, Canonicis & Capitulo Eccleſiæ primarias direxerimus preces noſtras, requirentes & hortantes eosdem, ut ex antiquæ & approbatæ conſuetudinis obſervantia, & ſicut de jure potius debitum, in eorum Canonicum recipiant & confratrem, ſtallo ſibi in choro, & loco in Capitulo, cum plenitudine juris canonici aut præbendæ, ſi qua ſibi vacabat, vel cum eam vacare contigerit, cum juribus & pertinentiis univerſis, conferre & aſſignare curarent: Fidelitati tuæ tenore præſentium ſerioſe committimus & mandamus, quatenus, ſi quidem Canonici & Capitulum Eccleſiæ, audacia forſitan rebellionis aſſumta, hujusmodi noſtris precibus & mandatis contumaciter obedire differrent, Canonicos, ſeu alios, per invaſionem temporalium rerum ſuarum ſtudeas firmiter coartare, donec ipſi precibus & mandatis noſtris prædictis curaverint omnimode obedire.

XCIX. *Compromiſſum* Henrici Regis Caſtellæ *ſuper omnibus controverſis, quas habebat cum Rege Arragoniæ. Datum in Obſidione Toleti*, 20. *Novemb.* 1368.

HEnricus Dei gratia Rex Caſtellæ & Legionis; Univerſis & ſingulis præſentes litteras inſpecturis ſalutem. Cum quicunque verus Catholicus, maximè mundi Principes, amorem, amicitiam, pacem & dilectionem cum cæteris Principibus fidelibus habere, ponere & nutrire pro ſuis poſſe & viribus teneantur, ut ex hinc ipſi cum ſuis ſubditis in ſincera tranquillitate pacis vivant. Notum facimus quod nos amicitiam & dilectionem Sereniſſimi Principis & Regis Arragonum deſiderantes intimè; de debito, diſſenſione & diſcordia quæ ſunt aut poſſe *ſperantur* oriri, inter dictum Regem Arragonum ex parte una, & nos ex altera, in *arbitrium*, voluntatem, ordinationem atque *dictum* illuſtris & magnifici Principis *Caroli* eadem gratia *Regis Franciæ* fratris noſtri chariſſimi, *compromiſimus* & compromittimus; & *juramus verbo Regis, nec non ſuper imaginem & memoriam Domini noſtri Jeſu Chriſti crucifixi, Evangeliaque ſua ſancta corporaliter tactam & tacta*, ordinationi voluntatis & dicto dicti Regis Franciæ fratris noſtri cariſſimi, penitus ſtare, ipſasque inviolabiliter obſervare * rata & grata ea nunc habemus & habebimus perpetuo, quicquid per dictum Regem Franciæ fratrem noſtrum chariſſimum ordinatum ſuper dicto debato fuerit ſive dictum.

§. 2. Et hoc ſub obligatione omnium Regnorum, bonorum, hæredum & ſucceſſorum, & inſuper ſub *pœnis* per dictum Regem Franciæ fratrem noſtrum chariſſimum & ejus arbitrio declarandis & etiam applicandis; dum tamen idem Rex Arragonum in dictum Regem Franciæ fratrem noſtrum chariſſimum, infra feſtum purificationis beatæ Mariæ proximè inſtantis, de facto per ſuas litteras modo ſimili compromittat. Qui quidem Rex Franciæ, frater noſter chariſſimus, infra unum annum, à die purifi-

Digitized by Google

purificationis beatæ Mariæ proximè venientis computandum, ut arbiter de iſtis prædictis tenebitur ordinare, dicere & pronuntiare. Volumus tamen & conſentimus quod idem Rex Franciæ frater noſter chariſſimus dictum *tempus pro arbitrio prorogare poſſit* & valeat, ut pro ambarum partium utilitate & commodo ſibi videbitur melius expedire.

§. 3. Quod ſi idem Rex Arragonum conceſſerit in præmiſſis, volumus & conſentimus per præſentes, quod inter ipſum Regem Arragonum & filium ſuum primogenitum, regna, terras & ſubditos ſuos ex parte una, nosque, filium noſtrum primogenitum Regna & ſubditos noſtros ex parte altera; ex nunc amicitiæ & fraternitates, & plenius fiant ligæ & confœderationes contra quascunque perſonas, quæ poſſunt vivere ſive mori, excepto prædicto Rege Franciæ fratre noſtro chariſſimo, & ſucceſſoribus ejus Franciæ Regibus; ſic quod idem Rex Arragonum, aut ſuus primogenitus, contra dictum Regem Franciæ fratrem noſtrum chariſſimum, filium, natum aut naſciturum, primogenitum, ſive Regni primum hæredem, Regnum, terras & ſubditos ſuos, nosque filium noſtrum primogenitum, natum aut naſciturum, Regna, terras & ſubditos noſtros, guerram, damnum, detrimentum, vituperium aut dedecus non faciant, inferant aut procurent; faciat, inferat aut procuret; ſive fieri, inferri aut procurari faciant, aut faciat per alium, quovis modo.

§. 4. Quod ſi idem Rex Arragonum, aut filius ejus primogenitus, contra faciant, (quod abſit) aut faciat, ceſſabit prædicta exceptio ſive expectatio, & nos, primogenitus noſter, unà cum Rege Franciæ fratre noſtro chariſſimo, ejusque primogenito nato aut naſcituro, ſive primo Regni ſui hærede, erimus, prout ſumus, unanimiter confœderati contra dictum Regem Arragonum & ſuum primogenitum prædictos.

§. 5. In quorum omnium teſtimonium præſentes iſtas litteras ſigilli noſtri majoris, una cum ſigno propriæ manus noſtræ, & ſubſcriptione Notarii infra ſcripti, juſſimus appenſione muniri. *Datum in Palatio noſtro, in obſidione noſtra ſupra civitate Toletana*, die vigeſima menſis Novembris, Anno Domini 1368. *ſecundum computationem Romanam*, Regni verò noſtri anno tertio. Ainſy ſigné, *Nos el Rey. Et plus bas eſt eſcrit.*

§. 6. Et ego Theobaldus Royers Dioceſis Antiſſiodorenſis publicus atque auctoritate Apoſtolica Notarius, compromiſſo, juramenti præſtationi ac omnibus & ſingulis ſupra dictis, dum ſic agerentur & fierent per dictum Dominum Regem Caſtellæ, anno, die, menſe & loco prædictis præſens interfui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi; & ad Requiſitionem dicti Domini Regis Caſtellæ in hanc publicam formam redegi, ſignum manu conſuetum ibidem apponens. Et fuerant ad præmiſſa ſic facienda teſtes: *Dominus Infans Arragonum Archiepiſcopus Toletanus*, & alii ſubſcripti. Ainſy ſigné Royers. Et ſur le reply eſt eſcrit, per Regem in ſuo Conſilio, *Dominus Petrus ordinis Fratrum minorum infans Arragonum compromiſſus Archiepiſcopus Toletanus*, Petrus Ferdinandus de Velaſco Camerarius major, Fernandus Gomezius Murciæ Theſaurarius major, Petrus *Loyol*, Fernand Petrus de Ayala, Didacus Gomezius de Toleto, Gundiſalvus Meſſiæ de Miengna Decanus Burgenſis, Petrus de Cevorio Archidiaconus de Tauro, Joannes Ferdinandus de Padolla Conſiliarii. Ainſy ſigné Royers & ſcellé ſur lacs de ſoye jaune & rouge d'un grand ſeel ſur cire jaune & rouge.

C. *Contract de Mariage de* Philippes Duc de Bourgongne, *avec la fille du Comte de Flandres Veufve d'un Duc de Bourgongne. A Gand le* 12. *Avril*, 1369.

Traictié

TRaictié & accordé eſt par nous Pierre Evesque d'Auſſerre, Gauchier Seigneur de Chaſtillon & Arnauld de Corbie, ou nom & pour le Roy noſtre Sire, qui eſtions envoyez de par luy pour traictier du *mariage de Monſieur le Duc de Bourgongne, & de Madame Marguerite fille de Monſieur le Comte de Flandres Ducheſſe de Bourgongne,* par vertu de certaine commiſſion & pouvoir à nous ſur ce baillié de par le Roy d'une part, & de par le Conſeil de Monſieur le Comte de Flandres, ou nom & pour le dict Comte d'autre, en la maniere qui s'enſuit.

§. 2. Premierement pour ſatisfier & faire raiſon à *Monſieur de Flandres* tant de *dix mil livres de terre à heritage, qu' il demandoit* au Roy noſtre Seigneur par lettres du Roy Jean de bonne memoire ſon Pere derrain treſpaſſé, que *Diex* abſoive, & les ſiennes ſur ce faictes & des arrerages d'icelles par pluſieurs années, comme de *cent mil deniers d'or à l'eſcu* pour la recompenſation de ſa *monnoye de Clamecy*, & pour le payement de certaine quantité de gens d'armes tenus par long temps à *Gravelingues.*

§. 3. Nous au nom du Roy pour faire raiſon au dict Monſieur de Flandres de ſa dicte demande, & pour le Roy en acquitter vers luy avons accordé, que *le Roy noſtre Sire donnera* & baillera pour les dictes dix mil livres de terre en heritage perpetuel au dict Monſieur de Flandres, & à ſes hoirs & ſucceſſeurs Comtes ou Comteſſes de Flandres, *les villes, chaſteaux, chaſtellenies de l' Isle, de Douay & Dorchies,* & toutes leurs appartenances, baillies, patronages, nobleſſes & appendances quelconques, que les Predeceſſeurs du dict Monſieur de Flandres Comtes de Flandres tenoient ou temps, qu'elles furent tranſportées ez Predeceſſeurs du Roy noſtre Sire par la maniere & conditions, qui enſuivent.

§. 4. C' eſt à ſçavoir, que ou cas que le dict Monſieur de Flandres n'auroit hoir masle de ſon corps en loyal mariage, les dictes villes, chaſteaux, chaſtellenies, appartenances & appendances quelconques ſeront heritage de Madame la Ducheſſe de Bourgongne ſa fille, ſes hoirs masles procreez de Monſieur de Bourgongne, & auſſy les hoirs masles procreez & deſcendans en droicte ligne & en loyal mariage de leurs dicts hoirs masles.

§. 5. Et que ou cas que le dit Monſieur de Flandres en loyal mariage n'auroit hoir masle, ne la dicte Madame la Ducheſſe de Bourgongne ſa fille auſſy n'auroit hoir masle procreé du corps du dict Monſieur de Bourgongne, comme deſſus eſt dict, & que la droicte ligne en deſcendant des hoirs masles du dict Monſieur de Flandres & de la dicte Madame de Bourgongne procreez du corps du dict Monſieur de Bourgongne, comme dict eſt, faudroit, parquoy en aucun temps à tenir *le Comte de Flandres eſcheiſt à fille,* ou à autres hoirs masles ou femelles; le Roy & ſes ſucceſſeurs Roys de France pourront en ce cas ravoir les dictes villes, chaſtellenies, appartenances & appendances, en baillant dix mil livres de terre à heritage par *monnoye de Flandres*, courant le ſixieſme jour du mois de Novembre, l'an mil trois cens cinquante cinq, c' eſt à ſçavoir *le marc d'argent au marc de Troyes pour cent dix huict ſolz,* aux hoirs de Monſieur de Flandres aſſiſes en franc demaine bien & ſouffiſamment, c' eſt à ſçavoir les cinq mil livres dedans le Royaume de France entre la riviere de Seine & Flandres, en deſcendant juſques à la mer; & les autres cinq mil livres de terre prés des Comtés de Nevers ou de Rethel.

§. 5. Et ou cas qu' il plaira au Comte ou Comteſſe de Flandres, qui ſera au temps du rachapt, il aura pour les cinq mil livres de terre deſſus dictes, qui ſe debvront aſſeoir prés des Comtez de Nevers ou de Rethel, comme dict eſt, argent. C' eſt à ſçavoir *pour le denier de rente quinze deniers payez à une fois monnoye de France, ou vingt deniers payez tout à une fois de la dicte monnoye de Flan-*

Digitized by Google

de Flandres, lequel qu' il plaira mieulx au Comte ou Comteſſe de Flandres, qui ſera au temps du dict rachapt; lequel rachapt, ſe le Duc de Bourgongne alloit de vie à treſpaſſement ſans laiſſier hoirs masles procreez de ſon corps & du corps de la dicte Ducheſſe, que *Diex* ne vueille, le Roy ne ſes ſucceſſeurs ne pourront tant faire durant la vie de la dicte Ducheſſe de Bourgongne, tant qu' elle ſe tendra de remarier, ou *qu' elle ſe marie de la volenté & aſſentement du Roy* noſtre Seigneur ou de ſes ſucceſſeurs Roys de France.

§. 7. Et tendront les ſucceſſeurs du dict Comte de Flandres Comtes ou Comteſſes de Flandres, les dittes cinq mil livrés de terre, qui ſeront aſſiſes entre la riviere de Seine, la Comté de Flandres & la mer, comme deſſus eſt dict, en un hommage avecques la Comté de Flandres, & *en Pairrie* auſſy noblement comme la dicte Comté de Flandres eſt & doibt eſtre tenue de la Couronne de France. Et avecques ce ils tendront les autres cinq mil livres de terres, qui ſeront aſſiſes, comme dict eſt, prés des dictes Comtez de Nevers ou de Rethel à une foy, & à un hommage a par luy, auſſy noblement, comme celles des dictes Comtez, dont elles ſeront plus pres aſſis, ont a eſtre tenues de la Couronne de France.

§. 8. Et les dictes villes, chaſtels, chaſtellenies de l'Isle, de Douay, d' Orchies, & toutes les appartenances & appendances d' icelles tendront le dict Monſieur de Flandres, ſes hoirs masles, la dicte Ducheſſe de Bourgongne, ſa fille, ſes hoirs masles, leurs hoirs & ſucceſſeurs Comtes & Comteſſes de Flandres en un hommage & en Pairrie avecques la Comté de Flandres, & auſſy noblement, que le dict Monſieur de Flandres tient & doibt tenir la dicte Comté; *reſervé* au Roy & à ſes dictz ſucceſſeurs Roys de France *le fié, reſſort & ſouveraineté* des dictes villes, chaſteaus, chaſtellenies de l' Isle de Douay & d' Orchies & des appartenances & appendances d' icelles, & les droictz royaux, que les predeceſſeurs du Roy y avoient ou temps qu' elles eſtoient ez mains des Comtes de Flandres predeceſſeurs du dict Monſieur de Flandres. Et auſſy reſervé au Roy & à ſes ſucceſſeurs deſſus dictz Roys de France le rachapt des dictes villes, chaſteaux, chaſtellenies, appartenances, ou cas & par la maniere & conditions deſſus dictes.

§. 9. Et ne ſeront tenus les hoirs du dict Monſieur de Flandres Comtes ou Comteſſes de Flandres de baillier & rendre iceux chaſteaux, villes, chaſtellenies, appartenances & appendances ez mains du Roy ou de ſes ſucceſſeurs Roys de France juſques à ce que les dittes dix mil livres de terre paiées monnoye de Flandres deſſus dicte leur ſeront aſſiſes plainement en franc demaine & delivrées par la maniere deſſus declarée, & qu' ils ayent la paiſible poſſeſſion realment & de faict.

§. 10. Leſquelles villes, chaſteaux, chaſtellenies, appartenances & appendances quelconques de Lisle, de Douay & d' Orchies le Roy & ſes ſucceſſeurs Roys de France ſeront tenus de deſchargier de toutes charges & aſſignations faictes ſur icelles à heritage, à vie, à termes, ou autrement, depuis qu' elles furent bailliées à ſes predeceſſeurs Roys de France, & en prendra le Roy noſtre Sire dés maintenant la charge ſur luy & en acquittant & ſera garant au dict Monſieur de Flandres; ſes hoirs & ſes ſucceſſeurs vers tous ceulx, qui aucune choſe luy en pourroient ou voudroient, demander, ſauf que ſe aucunes rentes en ſont alienées en heritage à Egliſes depuis le dict temps, le Roy ſera tenu d' en faire recompenſation au dict Monſieur de Flandres en autre terre aſſiſe bien & ſouffiſamment entre la riviere de Seine & la dicte Comté de Flandres en franc demainé, prés des dictes villes, chaſteaux & chaſtellenies; à tenir avec icelles villes, chaſteaux, chaſtellenies, appartenances & appendances quelconques tout en un hommage avecques la dicte Comté de Flandres; ou le Roy payera au dict Monſieur

Digitized by Google

de Flandres *pour mil livres parisis de terre par an, se tant y a, vingt mil florins d'or franc de France* pour une fois, & se plus ou moins y a, à l'advenant.

§. 11. Laquelle assiette en payement, le Roy fera faire & accomplir, comme dict est, au dict Monsieur de Flandres dedans le jour de la feste sainct Remy en Octobre prouchain venant au plus tard, & de ce asseurra bien & souffisamment le dict Monsieur de Flandres par bons pleiges, souffisans & agreables au dict Comte, & qui s'en feront debteurs principaux avant le dict mariage.

§. 12. Et pour ce que depuis, que les dictes villes, chasteaux, chastellenies, appartenances & appendances vindrent ez mains de ses dicts predecesseurs Roys de France, iceux predecesseurs ont acquis *la terre & le chastel de l'Escluse emprés Douay*, qui meuvent & sont d'ancienneté du fié du ressort du chastel de Douay, le Roy voudra, promettra & consentira que le dict Comte de Flandres & ses hoirs par la maniere dessus dicte, en ayent l'hommage d'un homme heritier de la terre dessus dicte & tout autre droict, ressort & Souveraineté sur les dicts chastel & terre de l'Eglise, comme ses predecesseurs Comtes de Flandres y avoient, quand les dictes villes, chasteaux, chastellenies, appartenances & appendances de Lisle, de Douay & d'Orchies estoient en leurs mains, non obstant, que les predecesseurs du Roy ayent acquis le demaine.

§. 13. Et sera tenu le dict Comte de Flandres de faire derechief hommage au Roy de la Comté de Flandres & des dictes appartenances & appendances d'icelles adjoinctes à icelle Comté à tenir en un hommage & en Parrie comme dict est, en la maniere, que derrenierement il feit hommage au Roy de la Comté de Flandres. Et si asseurra le dict Monsieur de Flandres le Roy, & obligera luy, ses hoirs & successeurs & tous les biens & terres quelconques presens & à venir de luy, de ses hoirs & successeurs, quelque part qu'ils soient ou dict royaulme, de rendre & baillier au Roy & ses successeurs Roys de France les dicts chasteaux, villes, chastellenies, appartenances & appendances de Lisle, de Douay, & d'Orchies, ou cas que les conditions dessus dictes avendroient, que *Diex* ne vieulle, & que on les racheteroit par la maniere dessus dicte. Et quant à ce soubzmettra le dict Comte soy, ses hoirs & successeurs sus dictz & les biens & terres de luy & d'eux à la jurisdiction & contrainct du Roy & de ses successeurs Roys de France & de sa Court; Par lesquelles ses dictz hoirs & successeurs seroient contrainctz à ce & non autrement, le dict rachapt premierement faict par la maniere que dessus est dict.

§. 14. Et les hoirs & successeurs du dict Comte ayans premierement reaulment & de faict la possession paisible de la dicte recompensation deuement faicte & sans fraude, & par especial; voudra le dict Monsieur de Flandres, se ses hoirs estoient defaillans de rendre & de baillier les dictes villes, chasteaux, chastellenies & appartenances de Lisle, Douay & Orchies & des appendances quelconques; que adonc le Roy & ses successeurs Roys de France puissent s'il leur plaisoit, faisir & arrester toutes leurs terres dessus dictes & contraindre les hoirs du dict Comte par toutes voyes raisonnables *par la jurisdiction temporelle & non autrement*, afin que les dictes villes, chasteaux, chastellenies, appartenances & appendances d'icelles luy fussent rendues. Et icelles rendues le Roy sera tenus de tantost rendre & mettre au neant les arrests & saisines & tous empeschemens mis aux terres, biens & possessions dessus dictes sans nul contredict; & en baillera le dict Comte ses lettres.

§. 15. Et en outre baillera le Roy au dict Comte de Flandres pour plusieurs grands

Digitized by Google

grands ſommes d'argent, en quoy il eſt tenus à luy pour les demandes deſſus dictes, deux cens mille deniers d'or frans, desquelz le Roy luy payera cent mille frans huict jours avant le dict mariage. Et les autres cent mille frans luy fera le Roy payer en ſa ville de Bruges dedans deux ans aprés le dict mariage faict à quatre termes & à quatre fois, c'eſt à ſçavoir vingt cinq mille francz dedans demy an apres le dict mariage, & aprés de demy an en demy an à chacun terme vingt cinq mille.

§. 16. Et de celuy donnera le Roy ſes lettres obligatoires & bons pleiges ſouffiſans & agreables au dict Comte de Flandres, qui de ce s'obligeront au dict Comte bien & ſouffiſamment en leurs propres & privez noms, & chacun pour le tout, s'aucune difficulté avoit ou payement des dicts cent mille frans aux termes deſſus declarez, & de ce donneront bonnes lettres & ſouffiſans, telles qu'ilz ſouffiſent au dict Monſieur de Flandres.

§. 17. Et parmy baillant reaulment & de faict au dict Comte de Flandres les dictes villes, chaſteaux, chaſtellenies, appartenances & appendances & la poſſeſſion d'icelles, comme deſſus eſt dict; le Roy & ſes ſucceſſeurs Roys de France & autres pour ce obligez ſont & ſeront quittes envers luy, ſes hoirs & ſucceſſeurs des dix mille livres de terre deſſus dictes. Et auſſy par luy payant, comme dict eſt, les deux cens mille francs, ſera le Roy quitte envers luy & ſes dicts ſucceſſeurs de tous les arrerages d'icelles dix mille livres de rente, & des deſſus dictz cent mille eſcus pour les gens d'armes qu'il tint à Gravelingues & pour le reſtant de ſa dite monnoye de Clamecy. Et ſera tenu le dict Monſieur de Flandres rendre au Roy toutes les lettres, qu'il a ſur ces choſes du Roy Jehan Pere du Roy à preſent & de luy ou d'autres pour ce obligez, & dés maintenant veult, qu'elles ſoient nulles; & jamais n'en pourront le dict Comte ne ſes ſucceſſeurs aucune choſe demander au Roy ne à ſes ſucceſſeurs ou autres pour luy obligiez, comme dict eſt.

§. 18. Et avec ce promettra le Roy au dict Monſieur de Flandres, que la poſſeſſion des dictes villes, chaſteaux, chaſtellenies, appartenances & appendances quelconques de Liſle, Douay & d'Orchies, il luy fera baillier & delivrer reaulment & de faict & luy payer pleinement les premiers cent mille francs deſſus dicts, avant que le mariage ſe face en ſaincte Egliſe.

§. 19. Et iceluy mariage faict en ſaincte Egliſe, comme dict eſt, la dicte Ducheſſe de Bourgongne demourra ou païs de Flandres par un an aprés le dit mariage faict, ou partant de temps d'iceluy an, comme il plaira au dit Monſieur de Flandres.

§. 20. Et vouldra & conſentira le Roy pour luy ſes hoirs & ſucceſſeurs Roys de France, que toutes lettres & munimens, qu'il a ou puet avoir ou autres de par luy du dict Monſieur de Flandres, ou de ſes predeceſſeurs, ou dict pays de Flandres touchans, en quelque maniere que ſe puiſt eſtre, le tranſport faict par le dict Comte ou ſes predeceſſeurs aux predeceſſeurs du Roy des dictz chaſteaux, villes, chaſtellenies, de Liſle, de Douay & d'Orchies, des appartenances & appendances quelconques; ſoient nulles & de nulle valeur, & des maintenant les adnullera & caſſera & cognoiſtra & vouldra eſtre de nul effect, force ou vertu ſoubz quelconques teneurs qu'elles ſoient en tant comme elles puent ou pourroient eſtre au temps à venir contraires ou prejudiciables; & que d'icelles le Roy & ſes ſucceſſeurs, ne autres pour luy ne pour les ditz hoirs & ſucceſſeurs ne ſe pourra aydier par quelque maniere que ce ſoit à l'encontre des dictes choſes ou d'aucunes d'icelles.

§. 21. Toutes les quelles choſes deſſus dictes & chacune d'icelles en la maniere que deſſus elles ſont declarées de poinct en poinct, eue ſur ce meure

Digitized by Google

deliberation avecques plusieurs de son sang & autres de son conseil, le Roy promettra pour luy & ses successeurs, & aussy pour *le dict Duc de Bourgongne son frere, dont il sera fort*, en bonne foy & loyauté & parole de Roy tenir, garder & accomplir de poinct en poinct sans enfraindre, & que il ne ses dictes hoirs & successeurs, ne aussy son dict frere le Duc de Bourgongne ne vendront par eulx ne par autre en aucun temps à venir à l'encontre. Et à ce obligera ses dictz hoirs & successeurs Roys de France loyaulment & en bonne foy sans fraude: Non obstant que les dictz chasteaux, villes & chastellenies de Lisle, de Douay & d'Orchies, les appartenances & appendances quelconques d'icelles fussent appliquées au *demaine de la Couronne de France*, & en iceluy demaine ayent esté & demouré par long temps; quelconques revocations generales ou especiales, que le Roy ou ses predecesseurs ayent faict, & que il ou ses dictz hoirs & successeurs facent, ou puissent faire ou temps à venir, par droict royal ou autrement, des dons ou alienations faictes ou à faire du demaine de la dicte Couronne de France, ou de quelconques autres dons ou graces faictz au dict Comte de Flandres ou ses dictz predecesseurs par les predecesseurs du dict Roy de France ou luy mesmes, que iceux autres dons ou graces ne soient specifiez & esclaircis ez lettres qu'il en donera; & quelconques constitutions, edits ou ordenances, coustumes, stiles ou usages de la Court de France ou autre choses quelconques contraires à ce: lesquelz revocations, constitutions, edictz, ordenances, coustumes, stiles ou usages & toutes autres choses, en tant comme ils sont ou pourroient estre contraires ou prejudiciables aux choses dessus dictes ou aucune d'icelles, le Roy cassera, rappellera & mettra du tout au neant pour luy ses hoirs & successeurs par la teneur de ces lettres.

§. 22. Et pour les choses dessus dictes faire & accomplir au dict Monsieur de Flandres par la maniere dessus declarée, & pour bailler toutes lettres & seurtez à ce appartenans d'un costé & d'autre, seront les gens du Roy à Lisle au dimenche prouchain avant la Pentecouste prouchain venant. Et toutes ces dictes choses parfaictes entierement au dict Monsieur de Flandres, il veult & consent dés maintenant en ce cas le mariage des dessus dictz Monsieur le Duc de Bourgongne & de sa fille, & que dés lors en avant on procede à la solemnisation du dict mariage à tel jour, qu'il plaira au Roy, & le plus brief, qu'il se pourra faire bonnement.

§. 23. En tesmoing de ce nous Pierre Evesque d'Ausserre, Gauchier Seigneur de Chastellion, & Arnauld de Corbie pour la partie du Roy, pour lequel nous faisons fortz. Et nous Henry de Benie Chastellain de Diquemne, Baudouins Sire de Praet & Rouland Sires de Poulies Conseillers, de Monsieur de Flandres pour sa partie & pour lequel nous faisons forts, ce qu'il promettra pour luy & pour ma dicte Dame de Bourgongne, de tenir & accomplir toutes les choses dessus dictes & chacune d'icelles, en tant comme elles touchent à eux & à chacun d'eux avons plaquiez nos seaulx à ce present traictié, lequel fut faict à Gand *le Juedy* douziesme jour du mois d'Avril aprés Pasques, l'an de grace mil trois cens soixante neuf.

CI. *Declaratio confiscationis Ducatus Aquitaniæ contra* Regem Eduardum, *& Eduardum principem Walliæ ejus filium primogenitum, data in castro Vincennarum 7. Maji* 1370.

CArolus &c. Universis &c cum dudum ad nostrum pervenisset auditum: quod licet nonnulli Prælati, Barones, Nobiles, Consules & habitantantes, & certi alii singulares de Ducatu nostro Aquitaniæ, ac de terris & partibus quondam traditis & assignatis per inclitæ recordationis Dominum Genito-

Digitized by Google

Genitorem noſtrum, dum viveret, & nos, *Edovardo de Anglia & Edovardo ejus primogenito* in tractatu pacis noviſſimè factæ & inttæ inter dictum Genitorem noſtrum & nos ex una parte, & dictos de Anglia ex altera; ad nos, & noſtram ſuperiorem Parlamenti Curiam, à dictis de Anglia ac certis loca eorum tenentibus & aliis officiariis in dictis Ducatu & terris quem ſeu quas *in puro domanio ſub noſtra ſuperioritate & reſſorto* tunc tenebant & tenere debebant, appellaſſent, ratione plurimorum gravaminum, oppreſſionum & exceſſuum eisdem & eorum ſingulis *tortionariè* & indebitè contra Jus & Juſtitiam per dictos de Anglia & eorum officiarios antedictos factorum & illatorum; nosque pro debito Juſticiæ eisdem appellantibus *adjornamentum* requirentibus in cauſis appellationum prædictarum tamquam ſuperior Dominus, ut moris eſt, conceſſimus, ut facere poteramus, & ſecundum juſtitiam tenebamur; cum per dictum tractatum pacis *ſuperioritas & reſſortum* totius Ducatus prædicti & aliarum terrarum per prædictum tractatum eisdem de Anglia traditarum & aſſignatarum dicto genitori & nobis ac ſucceſſoribus noſtris ſalvi eſſent & fuiſſent, ſintque & fuerint ſpecialiter & expreſſe reſervati, & ad nos ſpectarent & pertinerent ac ſpectent & pertineant; tota illa integritate cum qua ad nos & coronam noſtram temporibus retroactis pertinuerunt ante tractatum ſupradictum.

§. 2. Nihilominus tamen dicti Edouardus Pater, & Edouardus filius & eorum officiarii prædicti; quamquam *de conſuetudine*, uſu, ſtilo & communi ac generali obſervantia curiæ noſtræ antedictæ ac totius Regni noſtri, *appellantes antedicti ac eorum gentes, ſubditi & officiarii quicumque, appellationibus antedictis pendentibus, in omnibus caſibus eſſent, & eſſe deberent exempti* à dictis de Anglia & eorum officiariis ſupradictis; *nec cuiquam niſi nobis & dictæ Curiæ noſtræ dumtaxat obedire tenentur poſt & contra dictas appellationes interpoſitas*; noſtram ſuperioritatem uſurpare volentes, eosdem appellantes, & alios appellare ſeu appellantibus adhærere volentes, ac alias gentes dictorum Ducatus & Terrarum ad obediendum ſibi, & ad reſiſtendum nobis minis & muneribus commoverunt contra nos & etiam concitaverunt, publicè edicentes quod nobis & gentibus noſtris in nullo pareretur.

§. 3. Nonnulli etiam ex dictis appellantibus, ſimplicitate vel ignorantia aut aliàs ſua temeritate ducti, eisdem obediebant & noſtris Juſticiariis & Officiariis obedire formidabant & recuſabant; & quod erat & eſt deterius, poſt appellationes multas à dictis de Anglia & eorum officiariis antedictis ad dictam curiam noſtram interpoſitas, occaſione & in odium appellationum ipſarum, in magnum & grave præjudicium ſuperioritatis, & juriſdictionis noſtræ contemptum & læſionem Regiæ Majeſtatis, appellantes ipſos à jurisdictione ſua propter easdem appellationes exemptos, ut præmittitur, dicti de Anglia & gentes ac officiarii ipſorum irrationabiliter & crudeliter ac ſpreta reverentia nobis debita tractaverunt & tractabant, & multos in eisdem appellantibus inhumaniter mortem ſubire fecerant, *nuncios etiam noſtros ſolemnes*, quod ad dictum Edouardum filium deſtinaveramus noſtras parentes litteras defferentes, per quas dictum Edouardum & ejus officiarios à quibus fuerat appellatum, ad inſtantiam dictorum appellantium adjornabamus & adjornari mandabamus coram nobis ſeu in dicta noſtra Curia ſuperiori in cauſis appellationum prædictarum proceſſuros, & ulterius facturos ut eſſet rationis, ipſe Edouardus filius *priſonarios* detinuerat & adhuc detinebat ſeu detineri faciebat. Licet etiam per alias litteras noſtras in villis & locis publicis convicinis partibus in quibus dictus Edovardus filius ac ſui & genitoris ejusdem loca tenentes & officiarii converſari dicebantur, publicato noſtræ citationis edicto certam diem ſeu certos dies eidem Edovardo filio ac ejus officiariis à quibus, ut præmittitur, extiterat appellatum, in cauſis appellationum prædictarum aſſignari feciſſemus

Digitized by Google

coram nobis seu in Curia nostra superiori prædicta, ad diem tamen seu dies eisdem assignatos per se, vel per alium comparere contemserant nec comparuerant, ut debebant; quare ipsos exigentes justicia contumaces reputavimus, & posuimus in defectu. Et præterea dicti Pater & filius ac alii de domo sua & adhærentes eisdem, ad deteriora prorumpentes, dictum tractatum & pacem eorundem propriis juramentis solemniter præstitis, firmatam violantes, & contra eadem temere & de facto venientes, elata obstinatione ac obstinata elatione, superioritatis & ressorti nostrorum usurpatione antedicta non contenti, contra nos & Coronam nostram prædictam evidenter & manifeste rebelles & inimicos nostros se reddiderant, nobisque & regno nostro guerram notorie ac permanenter & aperte indixerant & fecerant, sicut adhuc faciebant, ac per diversas Regni nostri partes, tam in dicto Ducatu quam alibi, multos hostiles insultus fecerant & fieri mandaverant & adhuc faciebant, dictasque partes totis suis viribus nequiter invadere nisi fuerant, incendia & alia innumerabilia facinora & damna gravissima inferendo.

§. 4. Propter quæ & alia multa scelera per eosdem de Anglia & eorum adhærentes & coadjutores notorie perpetrata & commissa, nos cum nostro consilio & pluribus peritissimis ac magnæ scientiæ viris, deliberatione super hoc præhabita diligenti, per nostras alias litteras in mense Novembris novissimè præterito confectas, diximus & declaravimus dictum *Ducatum Aquitaniæ & alias terras, quas dicti de Anglia in dicto Regno nostro & sub nostra superioritate & ressorto ante rebelliones ante dictas tenere & possidere dicebantur*, & quas de facto occupabant, nobis causa *forefacturæ confiscatas* & applicatas fuisse & esse, & eosdem Ducatum & terras qui seu quæ ad nos per dictam confiscationem ut præmittitur devenerunt & *ceciderunt in commissum* nostro domanio applicavimus; decernentes, omnes & singulos Vasallos homines & subditos dictorum Ducatus & terrarum & qui eisdem Patri & filio Juramento fidelitatis ante rebellionem antedictam tenebantur, quittos esse & liberatos perpetuo.

§. 5. Et quia ut intelleximus nonnulli de dicto Ducatu & aliis terris supradictis in commissum deventis ac nobis confiscatis & applicatis, & ad domanium nostrum uniris ut est dictum, quibusdam coloribus exquisitis, licet de prædictis tam notorie & manifeste ignorantiam non possent aut debeant prætendere qualemcunque, cum talia sint quæ nulla tergiversatione celari possunt, aut non notoria vel manifesta dici vel fieri nequeunt; prædictis de Anglia, vel eorum gentibus vel officiariis quamquam in suis rebellionibus guerris & inimicitiis evidenter & notorie contra nos perseverantibus ad hæc obedire, & eorum partem fovere præsumant; quidam vero ex ipsis, licet nos verum superiorem ac directum & immediatum Dominum dictorum Ducatus & terrarum recognoscunt, nondum tamen *fidelitatis homagia & alia deveria* ad quæ nobis tamquam vero & *immediato Domino* pro suis feudis, possessionibus & terris tenentur, præstiterunt vel fecerunt; & eisdem inimicis nostris notorie guerram facere & pro suis viribus nocere distulerunt, ex quibus damna quam plurima & scandala ac irreparabilia pericula nobis & toti reipublicæ regni nostri ulterius contingere possent, & sequi, nisi eisdem celeriter obviatur.

§. 6. Notum igitur facimus, nos urgente Justicia pro jure & honore Coronæ nostræ ac totius Reipublicæ & subditorum dicti Regni nostri utilitate ac privilegiorum omnium in dictis Ducatu & terris habitarum conservatione; præmissa ulterius absque competenti remedio tolerare nolentes cum dicto Consilio nostro & aliis litteratis & prudentibus viris super hoc deliberatione habita, Ducatum prædictum & omnes alias terras antedictas ex causis & factis & rationibus antedictis & aliis manifestis & notoriis, ac nos

Digitized by Google

ac nos & dictum consilium nostrum in hac parte rationabiliter & juste moventibus, ex abundanti decernimus & declaramus ut antedictum est in commissum nobis cecidisse, & erga nos confiscatos fuisse & esse, eosdemque nostro Domanio Regio applicamus: decernentes tenore præsentium prout alias decernimus ut est dictum, omnes & singulos vasallos, homines & subditos dictorum Ducatus & Terrarum à quibuscumque Juramentis fidelitatis & subjectionibus quibus antedictam rebellionem & confirmationem eisdem de Angliæ & sibi adhærentibus tenebantur, fuisse & esse quittos & in perpetuum liberatos & ** injungentes omnibus & singulis dictorum Ducatus & terrarum subditis, cujuscumque status, præeminentiæ, dignitatis aut conditionis existant, ut & ipsi nobis tanquam superiori & immediato ac vero Domino dictarum Ducatus & terrarum, ac gentibus & officiariis nostris in omnibus casibus de cætero obediant, expressius inhibentes eisdem sub pœnis amissionis omnium bonorum suorum quorumcumque,& aliis quas erga nos incurrere possunt, ne deinceps prædictis de Anglia, & eorum officiariis in casibus quibuscumque obedientiam præbeant aliqualem, nec consilium, auxilium vel favorem eisdem quomodolibet præstare præsumant; eisdemque & eorum singulis expressius injungimus, ut ipsi de cætero dictos de Anglia & omnes & singulos eisdem adhærentes & eorum partem foventes & tenentes, erga nos rebelles ac nostros & Regni nostri ac suos teneant ac reputent notorios inimicos. Qui verò contrarium fecerint ipsos ex nunc nostros & coronæ nostræ inobedientes & rebelles reputamus & tenemus.

§. 7. Et ut deinceps nullus de prædictis ignorantiam possit prætendere aliqualem, omnibus Senescallis, Baillivis, cæterisque Justitiariis & officiariis nostris dictarum Ducatus & terrarum ubicumque constitutis, aut eorum *Locatenentibus* & ipsorum cuilibet ad quem pertinuerit districtè præcipimus & mandamus: quatenus ipsi & eorum singuli in villis & locis insignibus dicti Ducatus & aliis eorum Jurisdictionibus, subditis declarationes, confiscationes injunctiones & inhibitiones nostras supradictas ac omnia & singula, prout superius sunt prætacta, publicent & publicari solemniter faciant; acomnibus & singulis Prælatis, Baronibus, militibus, Consulibus & aliis ubilibet in Ducatu & terris antedictis constitutis significent, *interinent*, eisdemque & eorum singulis ex parte nostra inhibeant sub omni pœna, quam erga nos incurrere possent; ne quisquam eorum de cætero dictis de Anglia vel eorum officiariis in casibus quibuscumque pareant aliqualiter vel intendant; prædictisque Prælatis ac Baronibus, militibus, Consulibus, & omnibus aliis quibus interierit ex parte nostra præcipiatur, ut ipsi absque morosa dilatione quacumque, ad nos seu charissimum *nostrum Germanum* Ducem Andegavensem, nostrum Locumtenentem in dicto Ducatu & partibus occitanicis, seu ad alios Locumtenentes & officiarios nostros in terris prædictis ad quos spectabit personaliter accedant, pro fide & homagio & Juramentis fidelitatis, cæterisve juribus & deveriis nobis per ipsos debitis, pro suis temporalitatibus, feudis, terris & possessionibus ante dictis faciendis & præstandis aut ad sufferentiam requirendum si sit opus. Quæ sic fieri & executioni effectualiter demandari volumus, jubemus & etiam ordinamus per præsentes. In cujus rei testimonium &c. Datum in Castro nostro Vicennarum XIII. die Maji anno Dom. MCCC LXX. & Regni nostri septimo. Sic signatum per Regem in magno Consilio suo, Villemer.

CII. *Edictum* Caroli V. Galliæ Regis, *quo constituitur Reges Galliæ anno ætatis quatuordecimo majorennes fore.* 1374.

KArolus Dei gratia Francorum Rex ad perpetuam rei memoriam. Filios Regum

Regum per parentes educari & erudiri debere, ut Deum timeant virtutem & virium profectum celeriter attingant; ſincerè diligi, & primos genitos maximè magnis donis & altis honoribus decorari Reipublicæ commodum.** Bona enim terra dilligenter colitur, ut fructus optimus reportetur, multo magis ſunt Filii Regum per patres ſtudioſius nutriendi & docendi, ut virtutibus imbuantur, fortificentur & creſcant, & cum in adultam ætatem pervenerint pueritiæ, redoleant bonos mores, qui ad majoris honoris culmen ſunt in populis erigendi. Altius nempe præcepta ſumunt, quæ teneris imprimuntur ætatibus, illa vero utilis cenſetur doctrina ac prudentia, quæ ab ætatis initiis, atque ab infantiæ ipſius exordiis inchoatur. Unde ſapiens ait: Fili à juventute tua excipe doctrinam & ad canos invenies ſapientiam. Cæterum æquum cenſetur Reges filios ſuos ut ſe ipſos diligere tamquam ſuæ ſenectutis Paſtores & Cuſtodes domus ſuæ, cum naturâ eadem perſona reputentur cum ipſis, & filii ſi non bene vivant ad interitum patris eſſent. Sane filios Regum generaliter magnificandos & honorandos plusquam alios, jura clamant, in quibus Parentes cæteris munificentiores eſſe debent, nam ipſis ſolis remanentibus poſt mortem memoria & ſpe ducti quodammodo *immortalitatem* participant. Unde non magnificando vel honorando eosdem, donum Dei ſibi in filiis præſtitum negligere viderentur. Rurſus quod in honoribus ſint aliis fratribus *primogeniti* præferendi paterna benedictione pinguiori, ſatis patet ex benedictione, quam dedit Iſaac ipſi Jacob, ſic inquiens, det tibi de rore cœli & de pinguedine terræ abundantiam frumenti & vini & olei, ſerviant tibi populi & adorent, * eſto, dominus fratrum tuorum & incurventur ante te filii matris tuæ. Porrò ſummè debent Reges attendere, quod beneficia filiis ſuis præcipue primogenitis impenſa cum publica utilitate concurrant, cum hæc duo poſt Deum ſibi debeant exiſtere chariora; confidentes in filiis conſervari. In ipſis negotiis peragendis ſic intendentes ſolerter ea quæ periculoſiora ſunt, nequaquam ſine remedio reformationis accommode relinquant, ſic reſpiciant oculatè, quod populus ab opprimentium protectus incurſibus exuberantia virtutum quieſcat in pulcritudine pacis in Tabernaculis fiduciæ & reginæ temporalium opulentiæ; res quoque publica ſit ſuis temporibus in bona proſperitate. Poſtremo ſuper regimine regni debemus prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inſiſtere; & inter bonos meliores & inter meliores optimi ſunt ſpectandi.

§. 2. Hinc eſt quod nos conſiderantes attente ætatem quatuordecim annorum ferre, & minorem nullatenus repugnare regiæ dignitati vel adminiſtrationi nanciſcendæ vel ſuſcipiendæ Regnorum. Joas enim unctus fuit & regnavit ætatis ſuæ anno ſeptimo, Joſias annorum octo erat, quando regnare cœpit, David parvulus in Regem unctus eſt, & Salomonem elegit Deus adhuc puerum & tenellum, & iſti Reges fecerunt placitum coram Domino; Hieremias Puer ſuper gentes conſtitutus eſt: conſiderantes, quod annus decimus quartus diſcretionis exiſtit & in ipſo * plures actus legitimos exercendi & abſtinendi; ſint habiles ad labores militares & opera bellicoſa; & quod nonnulli reges tam prædeceſſores noſtri quam alii hac ætate ſeu paulo ante vel poſt regnorum gubernacula aſſecuti magnifice & utiliter regnaverunt, & quod filii regum Franciæ ſolent cura pervigili inſtrui & educari in bonis moribus virtutibus & honore. Quapropter ipſos, veriſimiliter traditur plus illo tempore profeciſſe quam alios minoris ſtatus ætate longè majori, juxta illud quod ſcribitur *Cæſaribus virtus contigit ante dies*; atque in corde noſtro indelebiliter eſt ſcriptum, qualiter ſanctiſſimus Atavus & prædeceſſor noſter, Patronus, deffenſor & Dominus ſingularis *beatus Ludovicus*, flos, decus, lumen & ſpeculum, nedum regalis proſapiæ ſed omnium Gallicorum, cujus memoria in benedictione & non relinquetur in ſecula,

Digitized by Google

ſecula, ac divina protegente gratia nullius mortalis culpæ contagium (contraxiſſe) perhibetur, regnumque & rempublicam ſic laudabiliter gubernavit, quod geſta ipſius præclara, quæ mundus mirabitur, quamdiu ſol permicabit, per nos ac ſucceſſores noſtros merito ad conſequentiam trahi debent, ſic quod ſua actio noſtra inſtructio videatur; de ipſo enim legitur, quod Reges maximi & potentes inimici, agente Deo, ipſius pueri Regis viribus ſunt repulſi; *ætatis ſuæ quarto decimo anno Regni Regimen aſſumſit*, recepit homagia ſeu fidelitatis juramenta Prælatorum, Parium & aliorum Vaſſallorum, fuitque facta regali unctione inunctus & coronatus.

§. 3. Videntes & dierum creſcente malitia, mundum jugiter in deteriora prolabi; & non ex divinæ providentiæ defectu ſeu debitæ rerum ordinis, ſed ex propriis demeritis in hominum mentes aſſueta depravante nequitia in illis malorum paſſim cumulum ſuperaddi; atque quaſi damna infinita per adminiſtratores alienos minoribus illata & irrogata fuerunt temporibus retroactis, nec ceſſant proh dolor inceſſanter inferri; exactique temporis conſideratio edocet & penſata evidenter diſcrimina manifeſtant, quod & quantis aliena, longinqua, & peregrina regimina plena periculis extiterunt. Quibus de cauſis & aliis ut minorum indempnitatibus ſuccurratur, & ipſi frequenter *veniam ætatis* impetrant, & nos & prædeceſſores noſtri in concedendo eandem conſuevimus nos exhibere petentibus liberales; quòdque Rex & Dominus naturalis ac legitimus, plus diligitur à ſubditis quam quicumque Regens pro eo; videturque libentius, & ſibi ab eisdem promptius obeditur, retrahunturque à facinoribus & delictis, ſolum Dominum videndo frequenter. Et per puerum, juvenem vel infantem ad bonum obedientiæ & ſervitiorum promtitudinem excitantur, audaces & magnanimi fiunt ac magis in omnibus virtuoſi. Macedones enim pulſi, Rege ſuo Regis defuncti filio exiſtente in cunis in aciem poſito, acrius recepere certamen & victores fuerunt propter præſentiam ejuſdem; oſtendentes priori bello, Regem non virtutem Macedonibus defuiſſe. Et Galli Chilpericum Regem Franciæ, cujus auctoritate & nomine regi voluerunt, intuentes per Reginam matrem ſuam ad exercitum inter brachia portari, ita ſtrenuè bellaverunt, quod dictus Chilpericus glorioſiſſimum habuit & obtinuit triumphum.

§. 4. Pacifico ſtatui Regni noſtri nedum pro noſtris, ſed perpetuis temporibus cupientes ſinceris affectibus providere ad vitandas diſcordias, removenda ſcandala, & alia inconvenientia & detrimenta maxima, quæ niſi provideretur, timerentur veriſimiliter evenire; præmiſſis omnibus & ſingulis quantum nobis ex alto permittitur meditatis prudenter, & ut agere conſideratè poſſimus, ad omnem dubitationis materiam ſubmovendam, habita ſuper hoc deliberatione matura & conſilio pleniori ex Prælatis perſonisque notabilibus Clericis & Laicis; declaramus, decernimus, ordinamus, & hac edictali lege noſtra irrefragabili & in perpetuum decernimus, conſtituimus & ſancimus de noſtra certa ſcientia ac Regia plenitudine Poteſtatis, ut ſi nos vel ſucceſſores noſtros nutu divino decedere vel ab hac luce migrare contigerit filio noſtro maſculo primogenito, ſeu primogenitis Regum ſucceſſorum noſtrorum pro tunc exiſtentibus, minoribus quatuor decem annis, eo ipſo quod dictus primogenitus noſter ſeu primogeniti prædictorum ſucceſſorum noſtrorum, quartum decimum annum ſuæ ætatis attigerint; vel eisdem decedentibus ſine filiis maſculis, fratris ſui ab eodem Patre procreati naturales & legitimi ſecundum debitum ordinem originis eorundem, dictum decimum quartum attingentes, quos ex nunc prout ex tunc quoad infra ſcripta puberes ſtatuimus & decernimus reputari; habeant & habere debeant regi-

Digitized by Google

men & administrationem Regni; homagia & juramenta fidelitatis per Prælatos, fratres, Pares, Principes seu quascunque personas alias Ecclesiasticas vel seculares præstandæ & faciendæ, etiamsi Archiepiscopali, Episcopali, Regia vel alia quacumque præfulgeant dignitate, recipiant & admittant; illi vero qui ad eadem præstanda vel facienda erunt quomodolibet adstricti, illa dicto tempore sibi facere & præstare necessario teneantur donum munificum Sacræ unctionis regalis, sceptrum, *Coronam, diadema*, vestimenta vel alia insignia regalia, universa & singula pro suæ libito voluntatis ad plenum sortiantur effectum; juramenta tam in sacra unctione vel Coronatione quam alias, tum per eosdem præstita nec non gratiæ, pacta, conventiones & promissiones factæ suis subditis & vasallis seu aliis personis Ecclesiasticis vel secularibus quibuscumque *ac si essent majores XXI. annis* valeant; ac faciant & disponant in omnibus & per omnia, prout bonus Rex Francorum facere potest & eidem competit ratione sui præcelsi culminis ac dignitatis supremæ suæ Regiæ Majestatis consuetudinibus non obstantibus quibuscumque: cum enim sint ac fuerint ab antiquo pro Domanio Regni regendo & conservando; actibus bellicis ad laudem bonorum & vindictam malorum, si opus fuerit exercendis; & ad Provinciarum Regimen ac pro debita justicia, quæ huc usque (laus Deo) in Regno nostro discitur floruisse absque acceptione personarum omnibus & singulis ministranda; officio ordinato, viri spectabiles Illustres & superIllustres, Litterati, Prudentes & scientifici quorum opinionibus & & operationibus floret orbis, commissi & deputati ad hujusmodi officia gubernanda, impendenda obsequia ac administranda Consilia Majestatis Regiæ, in omnibus quæ *jus publicum* concernunt; & super adeptione vel administratione Regni non reperiatur ætas constituta vel *præfinita à jure* in *Rege*, qui *solutus est legibus;* cum jura, dicentia ætatem exigi in minoribus loquantur in Jurisdictioni subjectis: Dignum prorsus & congruum arbitramur tam ex his quam ex supra dictis in dicto anno quarto decimo supra scripto, filios nostros vel successorum nostrorum in casibus superius declaratis, Regimen & administrationem Regni nanciscì, susciperе & habere; ac omnia facere, quæ ad verum Regem pertinent, ut superius est præmissum.

§. 5. Si quis autem in tantam proruperit humanæ præsumptionis audaciam, quod præmissa, vel aliquod præmissorum per se vel per alium publicè vel occultè, nixus fuerit impedire, seu super eisdem se inobedientem reddiderit, vel rebellem, omni jure successionis & Regni Regiminis vel administrationis ejusdem, quod pro tunc & futuro tempore sibi competere posset, nec non dignitatibus, terris, feudis & Domaniis quæ in Regno nostro tenebit; & etiam mandantes, consulentes, agentes & consentientes seu ratum habentes eo ipso noverint, se privatos; nec hoc deinceps in disputationis materiam deducatur, sed ejus quæ super ipsa prætenderetur *ignorantia*, causa dicì debeat *supina* * volumus & decernimus eandem solemniter publicandam & in Archivo Chartarum nostrarum ad perpetuam memoriam redigendam. Datum in Castro novo Nemoris Vincennarum, mense Augusto, Anno Domini Millesimo trecentesimo septuagesimo quarto; Regni vero nostri undecimo. Per Regem in Consilio suo. Sic signatum P. Blanchet.

§. 6. Cette Loy ou constitution Royalle fut publiée au Parlement du Roy en sa presence de par luy tenant sa justice en son dict Parlement, en sa magnificence ou Majesté Royalle le vingtiesme jour de May en l'an de grace, mil trois cens soixante quinze, & est cette loy ou Constitution Royalle enregistrée au Parlement, & l' original mis au Tresor des Chartres du Roy, & la Copie d'icelle, par maniere d' original soubs le grand seel

Royal

Digitized by Google

royal baillée aux religieux de sainct Denis en France pour la mettre & garder en leur tresor, & tout afin de perpetuer la memoire d'icelle Loy ou constitution royalle; ainsy qu'il est contenu en une cedulle attachée par le greffier de Parlement, & à ce furent presens.

§. 7. Monsieur le Dauphin de Viennois fils aisné, Monsieur le Duc d'Anjou frere du Roy nostre Sire. Le Patriarche d'Alexandrie, L'Archevesque de Rheims, L'Archevesque de Thoulouze, L'Evesque de Laon, L'Evesque de Meaux, l'Evesque de Paris, l'Evesque de Cornouailles, l'Evesque d'Auxerres, l'Evesque de Nevers, l'Evesque d'Eureux; L'Abbé de sainct Denis en France, l'Abbé de Lestoure, l'Abbé de sainct Vaast. L'Abbé de saincte Colombe, l'Abbé de Lens, l'Abbé de sainct Ciprian, l'Abbé de Vendosme Chancelier du Duc d'Anjou; *Le Recteur*, & plusieurs Maistres Docteurs en Theologie, Docteurs en decret, & autres sages Clercs, *en l'université de Paris*. Le Doyen & Archediacre de Brye; Le Chancelier, le Penitencier; Et plusieurs autres notables personnes de l'Eglise de Paris; Monsieur le Chancelier de France, Monsieur le Comte d'Alençon, Monsieur le Comte d'Eu; Monsieur le Comte de la Marche; Messire Robert d'Artois, le Comte de Brienne, le Comte de l'Isle, Messire Raymond d'Beaufoir, le Prevost des Marchands, & Messieurs les Eschevins de la ville de Paris; Et plusieurs autres gens sages & notables tant Clercs comme Laïcs en grand nombre.

CIII. *Tractatus de matrimonio ineundo inter* Catharinam filiam Caroli V. Regis Franciæ & Rupertum filium Ruperti, *nati ex Ruperto, stipulante cum suo patruo Ruperto seniore Electore. Francofurti*, 20. *Febr.* 1379.

UNiversis præsentes litteras inspecturis *Rupertus senior Comes Palatinus, Dux Bavariæ, Elector sacri Imperii, Rupertus junior ipsius, Domini Ruperti nepos Comes Palatinus, Dux Bavariæ; & Fridericus Burggravius Nurembergensis;* & nos Aimericus permissione divina Parisiensis Episcopus, & Carolus de Boivilla Gubernator Delphinatus Viennensis, nuntii & *Procuratores illustrissimi & serenissimi Principis Domini Caroli Regis Francorum*, salutem in Domino sempiternam.

§. 2. Notum facimus universis, quod nos considerantes & intra cordis nostri præcordia recensentes singularem internæ caritatis ardorem sanguinisque propinquitatem, unionem & connexionem, quas illustrissimi Principes Reges Francorum & domus regalis Franciæ, ac magnifici & præpotentes Principes Domini Comites Palatini, Duces Bavariæ hactenus continuo habuerunt; volentes insuper, & quantum possimus affectantes. quod verus amor & perpetuus sit inter Reges Francorum & Comites Palatinos, & unio & connexio sanguinis & generis domorum Franciæ & Comitum Palatinorum propagine firmissima renoventur & roborentur, ac visceratius & attentius perpetuis temporibus observentur.

§ 3. Nos Rupertus Senior Comes Palatinus, Rupertus junior ejus nepos, & Fridericus ex una parte; & nos Aimericus & Carolus Procuratores & nuntii prædicti nomine dicti Regis Franciæ, & pro ipso ex altera parte; tractatum, conventiones matrimoniales & pactiones fecimus ad invicem inivimus promisimusque & juramus, quæ sequentur: Videlicet, *quod infans Rupertus, filius Domini Ruperti, filii nostri Ruperti, nepotis* (*) *nostri Ruperti senioris, Comitis Palatini;* habebit in sponsam & uxorem Dominam *Catharinam filiam dicti Domini Regis Franciæ.* Quo mediante nos Rupertus senior, Comes Palatinus, Rupertus ejus nepos, & Fridericus volumus & accordamus; vultque & accordat nostrum quilibet, quod dictus Infans Rupertus sit unicus hæres & universalis successor nostri Ruperti Senioris Comitis Palatini.

(*) ex fratre.

Digitized by Google

§. 4. Et promittimus & juramus tactis per nos sacrosanctis Evangeliis videlicet nos Aimericus & Carolus nuntii & Procuratores prædicti, pro & nomine dicti Domini Regis Franciæ, quod procurabimus viis omnibus & modis quibus poterimus, quod matrimonium inter ipsos Infantem Rupertum & Dominam Catharinam perficiatur & consummetur, & quod dictus Dominus Rex Franciæ per nos Duces Bavariæ & Burggravium prædictos seu alterum nostrum requisitus, absque contradictione promittet & jurabit promissa tenere, facere & complere, & matrimonium hujusmodi inter ipsos Infantem Rupertum & Dominam Catharinam ejus filiam *lapso septennio* facere & conservare, & per ejus filiam perfici, impleri & conservari facere absque difficultate seu contradictione quibuscumque, aut impedimento aliquo in hoc directè vel indirectè, seu aliàs quovis modo interponendo; dictusque Dominus Rex suas super iis omnibus litteras concedet, & fieri faciet suo sigillo regio roboratas, nobisque præfatis Ducibus Bavariæ easdem tradi faciet & expedire. Quodque dictam Dominam Catharinam ejus filiam dotabit secundum statum & dementiam filiæ Regis Franciæ ornatam & munitam *jocalibus* & aliis suis necessariis, prout consuetum & decens est filiabus Regis Franciæ, cum in matrimoniis collocantur, per Reges Francorum elargiri.

§. 5. Et nos Rupertus senior, Comes Palatinus & Rupertus ejus nepos, & Fridericus prænominati vice versa juramus & promittimus per nostra juramenta ad sancta Dei Evangelia super hæc præstita, quod matrimonium hujusmodi inter ipsos, Infantem Rupertum & Dominam Catharinam septennio, ut præmittitur, elapso, absque difficultate vel contradictione quibuscumque seu impedimento in hoc directè vel *indirectè* aliqualiter interponendo consummabitur, perficietur & penitus complebitur; & quod dictæ Dominæ Catharinæ *donationem propter nuptias ac dotalitium æquivalens & in valore consimili doti*, per dictum Dominum Regem Franciæ dictæ Dominæ Catharinæ ejus filiæ dandæ & assignandæ dabimus & assignabimus, in castris, villis, domaniis, redditibus, nobilitatibus, justitiis, & etiam in terris.

§. 6. Et quia dictus Dominus *Rupertus Pater dicti Infantis Ruperti est de præsenti absens* ex partibus istis, nos Rupertus senior Comes Palatinus, Rupertus nepos ipsius, & Fridericus prænominati, juramus & promittimus, in vim præstiti à nobis juramenti, quod propè infra mensem à data præsentium computandum, præmissa omnia & singula ratificabit & approbabit, eaque tenere, facere & complere, & adimpleri facere & consummari promittet & jurabit, & suas super hæc litteras concedet & fieri faciet suo sigillo roboratas.

§. 7. In quorum omnium & singulorum testimonium præsentes litteras per Notarios publicos infra scriptos fieri, & eorum signis & subscriptionibus signari mandavimus ac sigillorum nostrorum impressionibus communiri. Actum & datum in Franckenfordio, in domo Religiosorum & honestorum virorum fratrum sancti Johannis, Hierosolymitani, anno à nativitate Domini 1379. Indictione secunda, mensis verò Februarii die 20. Circa horam sextam; præsentibus spectabilibus & potentibus viris Dominis Friderico de Lingen, (*) Willelmo de Bathemi lu Rogem, Henrico de Spanheim Comitibus; ac venerandæ discretionis viris Dominis Nicolai de Vuissbades Canonico Ecclesiæ Wormatien. nostri Ruperti Senioris *Protho-notarii*, Joanne de Bozavello Decretorum Doctore, Priore Prioratus sancti Martini in valle Carnoten. Hugone Lenvoisie in sacra pagina Professore, & nonnullis aliis testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

CIV. *Ad-*

(*) legì debet: *Friderico de Liningen.* Quod sequitur, ita corruptum est, ut facile restitui non possit.

Digitized by Google

CIV. *Adoptio* Ludovici Ducis Andegavenſis *facta à* Joanna I. *Regina Siciliæ; In caſtro Ovi prope Neapolim.* 29. *Jun.* 1380.

JOhanna Dei gratia Hieruſalem & Siciliæ Regina; Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ, Provinciæ & Forcalquerii, ac Pedemontis Comitiſſa, &c. Sanè præfatum Dominum *Ludovicum Ducem Andegavenſem* in noſtrum legitimum filium adoptavimus, recepimus, admiſimus, inſtituimus, & etiam ordinavimus; *adoptamus*, recipimus, admittimus, inſtituimus & etiam ordinamus per præſentes: ſtatuentes & ordinantes, quod ipſe Dominus Ludovicus noſter legitimus filius omnibus & ſingulis privilegiis, libertatibus, juribus, immunitatibus, juſtitiis, dominationibus, nobilitatibus, dignitatibus, honoribus, præeminentiis & prærogativis gaudeat & utatur, quibus filii legitimi adoptivi uti & gaudere poſſunt & debent quomodocumque & qualitercumque, tam de jure communi quam de quocumque jure alio ſpeciali.

§. 2. Quem dictum legitimum filium uberibus maternis & intimis proſequi cupientes affectibus, quem inter noſtra præcordia prærogativa dilectionis internæ meritò debemus amplecti, ex cauſis ſuperius deſignatis & aliis, utilitatem, defenſionem & tranquillitatem Romanæ Eccleſiæ prælibatæ, noſtri Status Regii, Regni, terrarum & ſubditorum noſtrorm pacifici manutentionem ac protectionem, & aliàs Rempubl. concernentibus, quas in noſtro rectæ conſiderationis examine veras, evidentes, neceſſarias atque juſtas ſcimus, habemus, tenemus & reputamus, ipſum eumdem Dominum Ludovicum Ducem legitimum filium noſtrum adoptivum, licet abſentem, tanquam præſentem, petentem & requirentem per Procuratores & Nuntios ſupra dictos Procuratorio nomine & pro parte ipſius Domini Ludovici legitimimi filii noſtri de auctoritateque & beneplacito præfati Domini noſtri *Papæ Clementis*, & vigore ſuarum litterarum præſcriptarum, noſtræque Reginalis plenitudine poteſtatis; etiam de conſilio & conſenſu prædictis, deliberationeque diligenti, provida & matura, cum perſonis ſupra dictis & aliis multis fidelibus noſtris præhabita & præmiſſa, pro evidenti & communi utilitate Regni, terrarum, Vaſallorum & ſubditorum noſtrorum, ac proviſione ſupraſcriptorum, ex noſtra certa ſcientia, libero propoſito, prævisæ & certioratæ, non inductæ per aliquem vel aliquos fraude, deceptione, dolo, circumventione, vi vel metu, ſed de mera, libera ac ſpontanea voluntate, ac proprio motu, noſtris illisque melioribus, modo ac forma, quibus tàm de jure. quàm conſuetudine ac alias poſſumus & valemus in futurum Regem Siciliæ *hæredem & ſucceſſorem noſtrum* (poſt obitum tamen noſtrum) & eo deficiente, Ludovicum ipſius Domini Ludovici noſtri legitimi filii natum, & eodem Ludovico nato ſublato de medio, quemcunque alium legitimum filium & naturalem dicti Domini Ludovici Ducis legitimi filii noſtri, inter eos ordine genituræ ſervato, in Regno, terris, locis, & dominiis citra Farum, ac in Comitatibus Provinciæ Forcalquerii & Pedemontis, nec non in omnibus & ſingulis terris, locis & dominiis eorundem ad nos & anteceſſores noſtros pertinentibus & ſpectantibus, pertinereque & ſpectare debentibus, & valentibus quomodocumque & qualitercumque, tenore præſentium nominamus, pronuntiamus, declaramus, facimus, inſtituimus & ordinamus, ac pro futuro Rege, ſucceſſore & hærede noſtro poſt deceſſum noſtrum in Regno, Comitatibus, terris, locis & dominiis noſtris omnibus & ſingulis ſupraſcriptis ordinamus, habemus, tractamus, tenemus & reputamus; habebimus, tenebimus, tractabimus & reputabimus, & ac ſi noſter eſſet legitimus filius naturalis, haberi, teneri omnibus Vaſallis, ſubditis noſtris & quibuscumque

Digitized by Google

aliis perſonis cujuscunque ſtatus ſeu conditionis exiſtant, tractari ac reputari volumus & mandamus.

§. 3. Et amplius præſentium tenore fatemur, atteſtamur, & ad notitiam univerſorum deducimus, quod præfatus ſanctiſſimus in Chriſto Pater & Dominus noſter Dominus Clemens Papa VII. clauſulam de ſucceſſione Regni Siciliæ loquentem in *infeudatione facta claræ memoriæ Domino Carolo I.* ipſius Regni Regi, qua cavetur, *quod nullus in dicto Regno ſuccedere poſſit, niſi ſit de deſcendentibus à dicto Domino Carolo* (omnibus aliis in dicta infeudatione contentis in ſua firmitate manentibus) de noſtro pleno aſſenſu pariter & conſenſu, expreſsè per ſuas Apoſtolicas litteras ſuperius deſcriptas *revocavit*, & viribus vacuavit, ipſamque dictæ clauſulæ revocationem, & ejusdem jurium vacuationem factas, ſic & prout in ipſis Apoſtolicis litteris continetur ex nunc etiam, quantum in nobis eſt, approbamus, ratificamus, & ratas & gratas habemus, ipſisque aſſentimur, eisdem præſtantes noſtrum beneplacitum, voluntatem pariter & conſenſum, ut ex cauſis ſuperius expreſſatis prædicta omnia & ſingula poſt noſtrum obitum, uti prædictum eſt, ſuum plenum ſortiantur effectum.

§. 4. Dantes nihilominus, & etiam transferentes tenore præſentium in eumdem Dominum Ludovicum legitimum filium noſtrum & ejus poſteros ac prædictos ſuos Procuratores, & Nuntios, præſentes recipientes & ſtipulantes nomine dicti Domini Ludovici, & pro ipſo ac ſuis poſteris ex nunc in caſu obitus noſtri prædicti, Regnum, Comitatus, terras, loca & Dominia prædicta, ac omnia & ſingula jura competentia quomodolibet in Regno, Comitatibus, terris, locis & dominiis antefatis; inſuper declaramus, ordinamus & volumus, de auctoritate & beneplacito præfati Domini noſtri Papæ, ac etiam noſtra Reginali auctoritate ad eundem Dominum Ludovicum noſtrum legitimum filium, ſeu Ludovicum, ejusdem Domini Ludovici filii noſtri natum, ac eorum poſteros, Regnum, terras, loca & dominia citra Farum; Comitatus Provinciæ, Forcalquerii & Pedemontis, terras, loca & dominia eorumdem ad nos, & prædeceſſores noſtros quomodocunque pertinentia & ſpectantia, & pertinere ac ſpectare valentia & debentia ſpectare, & pertinere debere, poſt obitum tamen noſtrum &c.

§. 5. Datum & actum in Caſtro noſtro Ovi propè Neapolim, anno à Nativitate Domini milleſimo trecenteſimo octuageſimo, indictione tertia, die penultima menſis Junii, Pontificatus ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ prædicti anno ſecundo; præſentibus viris magnificis, Jacobo Magno Regni noſtri Siciliæ Camerario Minerbini, & Antonio Caſertano Comitibus; nec non Ludovico de Conſtantio Milite Neapolitano, Locumtenente ejusdem Magni Camerarii, Conſiliariis, & Magiſtro Angelucio de Furno de Ravello, fidelibus noſtris dilectis, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

CV. *Confirmatio* Clementis VII. *quoad Regnum autoritate Apoſtolica, quoad Comitatum Provinciæ &c. ex pretenſa ſuperioritate ad Imperium, & pretenſo jure ſuccedendi in locum Imperatoris Imperio vacante. Avenione* II. *Kalend. Aug. Anno Pontificatus.* 2.

CLemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, cariſſimo filio Ludovico Duci Andegavenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem &c. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut cum Regnum & terra citra Farum prædicta jure directi Dominii ad præfatam Romanam Eccleſiam, ſpectare

Digitized by Google

ſpectare noſcantur, dictique Comitatus Provinciæ, Forcalquerii & Pedimontis ab Imperio teneantur in feudum, ipſumque Imperium vacet ad præſens, nominationi, pronuntiationi, declarationi, factioni, inſtitutioni, ordinationibus, translationi & donationi prædictis, ac omnibus & ſingulis aliis in eodem Inſtrumento contentis, quoad Regnum & terram, auctoritate Apoſtolica, & quoad Comitatus Provinciæ, Forcalquerii & Pedimontis, prædicta tàm *ſuperioritate, quam ad ipſum Imperium habere dignoſcimur, quem ex poteſtate, qua eodem vacante Imperio, imperatori ſuccedimus*, ac etiam eadum auctoritate Apoſtolica robur confirmationis adjicere cum ſuppletione defectuum, ſi qui forſan intervenerint in præmiſſis, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. 2. Nos itaque, qui adoptationem prædictam per alias noſtras litteras confirmavimus, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, nominationem, pronuntiationem, declarationem, iuſtitutionem, ordinationes, translationem & donationem prædictas, ac omnia & ſingula alia in prædicto inſtrumento contenta, eas quomodolibet concernentia, rata & grata habentes, illa, quoad Regnum auctoritate Apoſtolica, ac quoad Comitatus ex ſuperioritate & poteſtate prædictis, nec non illius plenitudine poteſtatis, quam Chriſtus Rex Regum & Dominus Dominantium nobis licet immeritis, in perſonam Beati Petri conceſſit, de fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu, ex certa ſcientia confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes quemcunque defectum, ſi quis forſan intervenerit in eisdem &c.

CVI. *Litteræ bullatæ, quibus* Clemens Papa VII. Regnum Adriæ inſtituit, *comprehendens partem terrarum Eccleſiæ Romanæ in Italia, ac Ludovico Duci Andegavenſi tribuit.* 15. *Kal. Maji*, 1382.

CLemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ludovico Regi Adriæ, Duci Andegavenſi & Turonenſi, ac chariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli Regis Francorum illuſtris germano, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Conſtituti in ſuprema militantis Eccleſiæ ſtatione ab eo, per quem Reges regnant, & Principes imperant, & qui ſolus habet ſuper univerſam Creaturam plenitudinem poteſtatis, neceſſe habemus, interdum de Regnis & terris ipſis, & ſpecialiter, quæ Romanæ Eccleſiæ juris & proprietatis exiſtunt, cum fratribus noſtris ad pacem & juſtitiam populorum perpetua ſtabilitate diſponere, terras ipſas dignitate decorare Regiâ, & in earum ſoliis ad regimen gentium ſubjectarum, quos dignos credimus ſublimare; ut evulſis ſpinoſis vepribus plantas inſeramus proficuas, fructus uberes ſuo tempore in domo Domini allaturas; inſtructi cœleſtis Regis exemplo, qui terrenis Regibus poteſtatem tribuit, ut aſſumto officio dominandi in æquitate judicent populos, & dirigant in terris ſibi ſubditis gentium nationes, ſitque eorum voluntas in executione juſticiæ, & meditatio in lege rectitudinis & obſervantia ſanctæ pacis.

§. 2. Ea propter *terras noſtras & Eccleſiæ Romanæ, quas habemus in Italia* reſpicientes oculo pietatis, & conſpicientes eas ſeu habitatores earum retrò jam lapſis temporibus adeo eſſe laceſſitas, & dominantium in éis jure & auctoritate ſedis Apoſtolicæ crebra mutatione effecta, multitudine Tyrannorum tàm circa, quàm infra eas ipſas occupare conantium ſic eſſe afflictas, quod penè ad exinanitionem clerus & populus eſt deductus in eis; nosque utpote orbis regimine occupati ad debitam earum reformationem intendere nequeamus.

§. 3. His & aliis juſtis conſiderationibus moti, de Fratrum noſtrorum con-

Digitized by Google

consilio & assensu, *terras ipsas videlicet Provincias Marchiæ Anconitanæ, Romandiolæ, Ducatus Spoletani, Massæ Trabari, nec non Civitates Banoniam, Ferrariam, Ravennam, Perusium, Tudertum, cum earum omnibus Comitatibus, territoriis & districtibus, & omnes alias & singulas terras, quas ad præsens nos & Ecclesia Romana in Italia extra Regnum Siciliæ habemus & habere debemus,* per quoscunqve & quacunqve auctoritate possideantur seu detineantur ad præsens, *exceptis duntaxat urbe Romana cum ejus districtu & provinciis Patrimonii sancti Petri in Tuscia, Campania & maritima ac Sabina seu Rectoratibus dictarum provinciarum** regi solitis *quæ terræ specialium commissionum vocantur,* nostrisque successoribus & Romanæ Ecclesiæ expresè & specialiter retinemus; *in unum Regnum erigimus,* ipsas Provincias & civitates cum earum Comitatibus, districtibus seu territoriis, dignitate Regia decoramus, ac *Regnum Adriæ* ordinamus, statuimus & decernimus perpetuò nuncupari.

* per Rectores.

§. 4. Et considerantes, quod personam tuam, qui de illa præclarissima domo Franciæ, quam benedixit Dominus, traxisti originem, strenuitate, magnanimitate ac prudentia, aliarumque virtutum donis multiplicibus Dominus dignatus est adornare, prout judex veritatis, experientia ac præclaræ famæ præconium lucè clarius manifestant: & propterea ipsam personam tuam honorare & sublimare volentes, ad honorem Dei Omnipotentis Patris & Filii & Spiritus Sancti, beatæ & gloriosæ semper Virginis Mariæ, beatorumque Apostolorum Petri & Pauli, & sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, nec non ad utilitatem Regni seu terrarum ipsarum, pacificumque ac tranquillum statum incolarum seu habitantium in Regno seu terris prædictis, Regnum Adriæ prædictum, & omnes terras, quas extra Regnum Siciliæ nos & Romana Ecclesia in Italia habemus seu habere debemus, per quoscumque, & quacumque ac cujuscumque autoritate possideantur seu detineantur ad præsens; exceptis urbe Romana cum suo territorio & districtu, ac provincia patrimonii beati Petri in Tuscia Sabina, Campania & maritima, cum earum Rectoratibus & terris specialium commissionum per Rectores dictarum Provinciarum gubernari hactenus solitis; cum dignitate, honore, prærogativis, præeminentiis, privilegiis, immunitatibus & libertatibus quibuscumque Regiis, & sub Regni titulo *in feudum* perpetuum, seu perpetuò habendum, tenendum & possidendum tibi tuisque hæredibus ex te legitime, sicut infra dicitur, descendentibus, sub infra scriptis modis & conditionibus auctoritate Apostolica, ac de Apostolicæ plenitudine potestatis, de Fratrum nostrorum consilio & consensu conferimus, concedimus & donamus, teque Regem Regni prædicti constituimus & creamus.

§. 5. Conditiones autem sunt hæ: Si in tuo vel hæredum tuorum obitu legitimum hæredem, prout infra scribitur, te aut ipsos, quod absit, non habere contigerit, Regnum ipsum ad Romanam Ecclesiam ejusque dispositionem liberè revertatur. Descendentes autem ex te & tuis hæredibus, scilicet Regibus, *mares & feminæ in eodem Regno succedant, sic tamen quod de liberis pluribus maribus in eodem gradu similiter concurrentibus, masculus omnibus aliis præferatur.* Quod si nepotem ex filio primogenito præmortuo cum filio, vel neptem ex filia primogenita præmortua cum filia, ad successionem hujusmodi concurrere fortè contingat, nepotem patruo, & neptem amitæ volumus anteferri. Si vero nepos cum amita vel neptis cum patruo forsan ad hujusmodi successionem concurrerint, marem fœminæ volumus anteferri.

§. 6. Si verò te, quod absit, sine liberis ex te legitimè descendentibus mori contigerit; possit tibi in Regno prædicto succedere unus de descendentibus ex Regiâ stirpe Regum Franciæ masculus duntaxat, quem tu quandocunque ad successionem hujusmodi qualitercunque duxeris nominan-

Digitized by Google

nominandum; & si te, quod absit, absque liberis ex te legitime procreatis & nullo per te de stirpe præfata Regum Franciæ ad successionem hujusmodi nominato, ut dictum est, vel etiam nominato, si ipsum per te nominandum, sine liberis mori contigerit, regnum ipsum ad Romanam Ecclesiam ejusque dispositionem liberè revertatur. Sed si aliquem de aliis successoribus tuis Regem vel Reginam Adriæ sine prole legitima sui corporis mori contigerit, in futurum succedent sibi servatis gradibus, si superstites fuerint hæ personæ videlicet Regis vel Reginæ sine prole legitima sui corporis descendentis, frater vel soror ac collaterales superiores, mares & feminæ utpote patrui & avunculi, amitæ & materteræ, & sursum usque ad quartum gradum dumtaxat. Collaterales etiam inferiores succedent similiter mares & feminæ, utpote nepos vel neptis ex fratre vel sorore, & inferius usque ad eumdem tantummodo quartum gradum.

§. 7. Quod autem de feminis rectæ lineæ & collateralium superius expressum, intelligimus tàm de nuptis quàm etiam innuptis, dummodo nuptæ sint fidelibus & Ecclesiæ Romanæ devotis: & sicut inter has personas collateralium linearum ad successionem hujusmodi venientes gradus servari volumus, ut scilicet prior gradus posteriori gradui præferatur, sic & in eodem gradu pluribus concurrentibus priorem natu & marem feminæ in hujusmodi successionibus volumus anteferri.

§. 8. Personarum autem ipsarum nulla superstite, regnum ipsum, sicut prædicitur, ad Romanam Ecclesiam & ejus dispositionem liberè revertatur. Quod si fortè deficientibus masculis contingat feminam innuptam in regno ipso succedere, illa maritabitur personæ quæ ad ipsius Regni regimen & defensionem existat idonea, Romani Pontificis tamen super hoc consilio requisito; nec nubet nisi viro Catholico & Ecclesiæ Romanæ devoto; & si contra hoc fecerit, licebit eidem Romano Pontifici contra ipsam ad privationem sine figura judicii, & absque omni juris solemnitate, in quacunque ætate femina ipsa consistat, procedere, si hoc ei videbitur expedire. In regnum verò prædictum nullus succedet, qui non fuerit de legitimo matrimonio procreatus.

§, 9. Ad hæc, tam tu, quam tui in regno hujusmodi heredes regnum prædictum nullatenus dividetis, sed semper illud unus tantum sub ipsis modis & conditionibus immediatè & in capite ab Ecclesia Romana tenebit. Tu autem Romanæ Ecclesiæ & nobis recipientibus juras ad præsens ac modo simili tàm tu quam tui in regno hujusmodi successores cuilibet Romano Pontifici, qui pro tempore fuerit, juramentum fidelitatis præstabitis, & homagium ligium facietis, & prædicta juramentum & homagium faciendo mentionem de præsentibus litteris facietis in hunc modum.

§. 10. Ego Ludovicus Dei gratia Adriæ Rex plenum & ligium vasallagium faciens Ecclesiæ Romanæ pro regno Adriæ præfato, ab hac hora in antea fidelis & obediens ero beato Petro & Domino meo Domino Clementi Papæ suisque successoribus canonicè intrantibus, sanctæque Romanæ Apostolicæ Ecclesiæ; non ero in consilio, aut consensu vel facto, ut vitam perdant aut membrum, aut capiantur mala captione; consilium, quod mihi credituri sunt per se aut nuntios suos vel per litteras ** ad eorum damnum, illud pro posse impediam, & si impedire non possum, illud eis significare curabo. Papatum Romanum & Regalia Sancti Petri tàm in Regno Adriæ prædicto, quam alibi existentia, adjutor eis ero ad defendendum & retinendum, ac recuperandum & racuperata manutenendum contra omnem hominem. Universas conditiones contentas in præsentibus litteris plenariè adimplebo & inviolabiliter observabo, nec ullo unquam tempora veniam contra illa: Sic me Deus adjuvet & hæc sancta Evangelia.

§. 11. Hujusmodi autem homagium facere & juramentum fidelitatis præstare tu & dicti tui heredes secundum præscriptam formam, si Romanus Pontifex in Italia fuerit infra sex menses, si verò extra Italiam ipsum esse conti-

Digitized by Google

contigerit infra annum, poſtquam regni dominium adepti fueritis, teneamini; & ſingulis ipſis ſucceſſoribus noſtris & eidem Romanæ Eccleſiæ renovabitis tam ipſum homagium quàm hujusmodi juramentum. In opinione autem & beneplacito erit Romanæ Eccleſiæ, te & heredes tuos vocare, ad præſtandum perſonaliter juramentum fidelitatis & homagium ligium, Romano Pontifici & Eccleſiæ Romanæ prædictæ, dummodo ad hoc vobis locum tutum ſtatuant & aſſignent: vel aliquem Cardinalem ipſius Eccleſiæ Romanæ, aut alium, qui vice Romani Pontificis juramentum juxta eamdem formam & homagium recipiat deſtinare.

§. 12. Tu quoque nobis & Eccleſiæ Romanæ in noſtris manibus juras ad præſens, te ad hoc ſpecialiter obligando; & tam tu ſingulis noſtris ſucceſſoribus ac prædictæ Eccleſiæ, quam tui in dicto regno heredes, nobis & ſingulis noſtris ſucceſſoribus & prædictæ Eccleſiæ, quando præſtabitis hujusmodi juramentum fidelitatis jurabitis, vos adhuc ſpecialiter obligantes.

§. 13. Quod ſi contigerit pro tempore vos ſeu veſtrum aliquem in *regnum Romanum ſeu Alamanniæ vel Teutoniæ ſeu in regem vel Dominum Lombardiæ aut majoris partis ipſius Lombardiæ eligi*, ſeu qualitercumqve nominari vel aſſumi, vobis ſeu aliquo veſtrum per vos, vel alias quovis modo pro vobis, vel aliquo veſtrum quocumqve ſtudio vel aliàs procurantibus, ſeu ſine veſtra vel veſtrum alicujus procuratione ad procurationem alterius cujuscumqve, ſeu ſine procuratione alicujus, motu proprio Principum, vel aliorum ſeu alterius cujuscunq; ad quos ſeu quem electio hujusmodi, nominatio ſeu aſſumtio noſcitnr pertinere, ſeu alias quomodocunq; vel qualitercunqve: vos electioni ſeu nominationi aut aſſumptioni hujusmodi nullatenus conſentietis, nec de *regno hujusmodi Romaniæ*, Alamanniæ, ſeu Teutoniæ, aut de regno ſeu dominio Lombardiæ, ſeu majoris partis ipſius, de ipſorum regnorum vel eorum alterius regimine vel adminiſtratione in toto vel in parte aliqualiter vos intromittetis, niſi priùs is veſtrum qui ſit electus, nominatus fuerit vel aſſumptus, in manibus Romani Pontificis, vel illius quem ad hoc idem Romanus Pontifex duxerit deputandum, filium ſuum ſucceſſurum in regno, vel filiam, ſi fortè filium non haberet, cujuscunq; fuerit ætatis *emancipet* & regno renuntiet, nihil juris in eo retinens clam vel palàm nec cujuslibet etiam poteſtatis, nec ipſum filium ſeu filiam ad aliquod ſervitium, ſeu ſubſidium faciendum, juramento vel voto, ſtipulatione vel pacto ſibi vel ſuis ſucceſſoribus adſtringat, ſicqve factus filius vel filia ſui juris, ab eodem Romano Pontifice vel alio deſtinato ab ipſo protinus inveſtiatur de regno, ad cujus ſucceſſionem ſi forte decederit ſine liberis, nullo umquam tempore pater veniat Imperator, vel Rex alicujus prædictorum regnorum. Sed ſi Imperio vel regno & omnibus quæ ad ipſum Imperium ſeu regnum pertinent idem Pater renuntiare voluerit, & regno Adriæ præfato tantùm eſſe contentus, poſt renuntiationem hujusmodi ad illius ſucceſſionem liberè admittatur: & tunc ab ipſo Romano Pontifice vel alio deputato inveſtituram recipiat regni præfati.

§. 14. Quæ verò de filio dicuntur vel filia, ut videlicet eis poſſit ſub obſervatione præmiſſa à Patre, ad Imperium vel regnum Romanum, vel Alamanniæ, ſeu regnum vel Dominium Lombardiæ tranſeunte *regnum dimitti*; ſi Rex liberos non habeat, in aliis perſonis, quas ſupra diximus, liberis non extantibus, in regno ipſo Adriæ poſſe ſuccedere ſi aliqua perſonarum prædictarum ſuperſtes fuerit, obſervetur; excepto dumtaxat emancipationis articulo, quæ in ſolis ipſis perſonis procedere poteſt, quæ capaces emancipationis exiſtunt ratione paternæ poteſtatis; nec niſi de Romani Pontificis, qui pro tempore fuerit, licentia ſpeciali; nec etiam poſt obtentam licentiam, niſi formam, conditiones & modos in conceſſione licentiæ expreſſatos plenariè adimplendo; & ſi contrarium, quod abſit, feceritis, vel veſtrum aliquis faceret, nos electionem, nominationem & aſſumptionem hujusmodi, ac præſtationem conſenſus, tamquam contra tenorem præſentis

contra-

Digitized by Google

contractus, te ad hoc pro te & singulis tuis in Regno ipso successoribus specialiter & expresè consentiente decernimus irritas & inanes: decernentes ut occasione talis electionis, nominationis seu assumptionis, de regimine, vel administratione Imperii vel Regnorum hujusmodi Romani, Alemanniæ seu Teutoniæ, vel Regni seu Dominii Lombardiæ vel ipsius majoris partis vos vel vestrum aliquis intromittere non valeatis; & si contra feceritis vel aliquis vestrum fecerit (electioni, nominationi, vel assumptioni hujusmodi, nisi prius Regno per modum præmissum dimisso, vel nisi de licentia Romani Pontificis) consentiendo, & administrationi Imperii vel Regni Romani, Alemanniæ seu Teutoniæ, sive Regni seu Dominii Lombardiæ vel ipsius partis majoris pro parte vel pro toto vos immiscendo; eo ipso cadatis à jure regni Adriæ præfati, & ad Romani Pontificis, qui pro tempore fuerit & Ecclesiæ Romanæ dispositionem liberè revertatur.

§. 15. Cæterum si contigerit aliquem de vestris heredibus, qui deberent in Regno succedere memorato, in Imperatorem, vel Regem Romaniæ, aut Alemanniæ seu Teutoniæ, vel in regem seu Dominum Lombardiæ vel ipsius majoris partis eligi, nominari, vel assumi, antequam regni hujusmodi sibi successio deferretur, dum casus successionis ipsius regni Adriæ obveniet, nullatenus successionem ipsius regni acceptet, nec possessionem nanciscatur ejusdem, nec de ipsius dominio, cura, administratione vel regimine per se vel alios aliqualiter se intromittat, nisi prius Imperio vel regno Romaniæ, Alemanniæ seu Teutoniæ vel regno seu dominio Lombardiæ vel majoris partis ipsius, ad quodcunqve eorum electus, nominatus fuerit vel assumptus, & omni juri sibi competenti in ipso vel eis, verbo & facto omnino renuntiet, & nec de jure nec de facto illud gerens vel retinens omnino dimittat, ipsum nullo umquam tempore resumpturus, nisi de Romani Pontificis licentia speciali: alioquin cadat ab omni successione & jure, quæ in Regno præfato sibi competeret ipso facto; ita quod ipsum Regnum ad Romanam Ecclesiam ejusqve dispositionem liberè revertatur.

§. 16. Si verò aliquem de vestris heredibus, qui in Regno deberent succedere memorato in Imperatorem vel regem Romaniæ, aut Alemanniæ seu Teutoniæ, vel in regem seu Dominum Lombardiæ, vel majoris partis ipsius contigerit eligi, nominari vel assumi, antequam sibi regni successio deferretur & ipse Imperio, regno Romaniæ, Alemanniæ seu Teutoniæ, vel Lombardiæ voluerit esse contentus; sic quod in regno Adriæ prædicto nullum velit sibi jus quomodolibet vendicare; tunc quando casus successionis obveniet, ad illum proximè sequens in successionis gradu secundum formam superius annotatam, dummodò superstes sit aliqua de personis, quas supra diximus posse succedere in regno præfato Adriæ, succedat, aliàs ad Romanam Ecclesiam ejusqve dispositionem plenè & liberè revertatur.

§. 17. Quod si non exstantibus masculis femina in eodem regno successerit, quæ maritata non esset illa Imperatori vel Regi Romaniæ, seu in Imperatorem vel regem Romanum electo, aut regi seu electo in regem Alemanniæ seu regi vel Domino Lombardiæ aut in ejus Dominum aut regem electo, aut majoris partis ipsius, numquam matrimonialiter copuletur, & si contrarium fecerit, eo ipso cadat à regno Adriæ, maneatqve ipsius jure prorsus privata, ipso regno ad eamdem Ecclesiam devoluto. Si verò, non extantibus masculis, femina in regno hujusmodi successura, antequam hujusmodi successio deferretur eidem, fuerit matrimonialiter copulata Imperatori, vel Regi Romaniæ, aut regi Alamanniæ, seu in regem aut Dominum Lombardiæ electo vel assumto, non succedat in regno Adriæ prædicto, sed ad illas personas servatis gradibus regnum perveniat, quas prænotavimus in regno posse succedere, si regi præmortuo liberi non supersint: cum nostræ intentionis existat, ut præfatum *regnum Adriæ Imperio aut regno Romaniæ vel Aleman-*

Alemanniæ, aut regno vel Dominio Lombardiæ aut ejus majoris partis, nullo umquam tempore ſubjiciatur, vel quod ipſum Regnum Adriæ cum Imperio, vel Regno Romaniæ aut Alemanniæ, vel cum Regno ſeu Dominio Lombardiæ prædicto quomodolibet in unam perſonam uniantur, ut ſcilicet unus & idem ſimul ſit Imperator & Rex Adriæ, vel Rex Romaniæ, aut Alemanniæ, ſeu Lombardiæ, & Rex Adriæ. Et ſuper hoc articulo cavebitur tam per pœnas ſpirituales, quam alias idoneas cautiones; quomodocumque hoc Romanus Pontifex duxerit requirendum.

§. 18. Ad hæc volumus, ut ipſum Regnum Adriæ nullo tempore careat legitimo defenſore; volumus & Apoſtolica auctoritate ordinamus, ut ſi in Regno hujusmodi ſuccedens ætatis decem octo annorum fuerit, liberè adminiſtret; ſed quamdiu minor fuerit, tam ipſe quam *Regnum in baillio & cuſtodia Romanæ Eccleſiæ maneat*, donec Rex ipſe compleverit prædictam ætatem; fructibus & emolumentis ipſius Regni, ex quibus ſumptus neceſſarii faciendi pro ſtatu Regis & ipſius Regni cuſtodia deducantur, Regi conſervandis eidem, & lucri alterius ratione hujusmodi cuſtodiæ non ceſſuris.

§. 19. Tu autem & tui in Regno præfato Adriæ heredes in urbe Romana, aut ejus territorio vel diſtrictu, aut in Provinciis Patrimonii beati Petri in Tuſcia, Sabina, Campania, vel Maritima, aut in terris ſpecialium commiſſionum, quæ per Rectores dictarum provinciarum ſolitæ ſunt gubernari, aut aliis domaniis ſeu feudis ipſius Romanæ Eccleſiæ ubilibet conſtitutis, ex ſucceſſione vel legato aut quocumque alio jure, titulo vel contractu, nihil umquam vobis acquiretis, vel vindicabitis, recipietis, habebitis vel retinebitis, ſeu poteritis acquirere, vindicare, habere, recipere, vel retinere: nullam etiam *Poteſtatem*, Capitaneam, Rectoriam, vel alium honorem, nullamqve dignitatem ſeu poteſtatem ſenatoriam, vel quamcunque aliam adminiſtrationem, commendam, vel quodcumque aliud officium recipietis, habebitis, vel retinebitis; ſeu recipere, habere vel retinere poteritis in eisdem.

§. 20. Præfatam etiam urbem, aut provinciam Patrimonii beati Petri in Tuſcia, Sabinam, Campaniam, vel Maritimam, nec terras ſpecialium commiſſionum prædictas, aut earum vel ipſarum alicujus partem non occupabitis, nec occupari facietis nec in eis offendetis, vel quomodolibet moleſtabitis Romanam Eccleſiam: aut moleſtari facietis; quod ſi contrarium feceritis, & moniti vel requiſiti per Romanum Pontificem; vel ſi commode requiri vel moneri nequiveritis, juxta ipſius Romani Pontificis aſſertionem vel dictum, poſtquam ipſe publicè & ſolemniter de hoc vos monuerit, infra ſex menſes, habita, acquiſita, vindicata vel capta hujusmodi realiter & de facto non dimiſeritis, ea poſtmodum nullatenus repetituri; vel ſi à præfatis moleſtationibus, inquietationibus & impedimentis omninò non deſtiteritis ſeu ſi per vos vel alios pro vobis occupata ſeu invaſa non reſtitueritis integrè & perfectè; eo ipſo ab ejusdem Regni jure cadatis totaliter, ipſumque Regnum prorſus amittatis, & ad Romanam Eccleſiam liberè devolvatur. Quod ſi reſtitueritis occupata, nihilominus de univerſis injuriis & damnis illatis ad mandatum Romani Pontificis ad plenum ſatisfacere debeatis.

§. 21. Alii verò heredes veſtri, qui non ſunt ſucceſſuri in Regno, ſi in Urbe & aliis terris prædictis aliquid acquirere vel vindicare, recipere, vel retinere ex quocumque titulo, vel Capitaneam vel poteſtariam, aut quodcumque aliud officium, præeminentiam vel honorem in eisdem acceptare, recipere, vel retinere præſumpſerint; aut ſi aliquas de prædictis Provinciis ſive terris, aut earum aliquam vel per ſe, vel per alios occupaverint, vel fecerint occupari, aut ſi Romanam Eccleſiam moleſtaverint in eisdem; ſi mo-

Digitized by Google

moniti vel requisiti aut (si secundum dictum vel assertionem Romani Pontificis moneri vel requiri non possunt commodè) postquam ipse Romanus Pontifex eos publicè & solemniter monuerit, infra sex menses habita, acquisita, vendicata quocumque titulo vel causa non dimiserint, vel si à præfatis molestationibus vel inquietationibus quibuscumque non destiterint, seu si occupata vel invasa plené non restituerint; eo ipso sententiam excommunicationis incurrant, & nihilominus ipsi vel eorum posteri in perpetuum non possint in Regno ipso succedere, si ipsis in casu aliquo eadem successio deferretur, sed ab illo tanquam indigni prorsus & totaliter excludantur, & nihilominus ille, qui tunc ejusdem Regni Adriæ gubernaculis præsideret ** Romano Pontifici patenter & cum effectu assistere teneatur.

§. 22. Rursus cum non expediat Romanæ Ecclesiæ ejusdem feuda in unam personam uniri, volumus & te pro te & tuis successoribus universis expresè consentiente, disponimus & irrefragabiliter ordinamus, ut tu vel tui in posterum successores in Regno hujusmodi, Regi seu Reginæ Siciliæ, qui pro tempore fuerit in Regno Siciliæ & terris, *quod & quas ab Ecclesia Romana* tenet in feudum, ex quacumque causa, jure sive titulo non possitis succedere, vel alias ad dicti Regni Siciliæ & dictarum terrarum Dominium vel successionem venire; nec è converso scilicet Rex Siciliæ, qui pro tempore fuerit, tibi vel alicui tuorum in Regno Adriæ prædicto heredum, ex quacumque causa, jure sive titulo non possit succedere, vel aliàs ad dicti Regni Dominium vel successionem *venire. Quodsi contingeret, ut* propter propinquitatem generis, vel aliàs Rex vel Regina Siciliæ, Regi vel Reginæ Adriæ deberet in Regno succedere, vel è converso, successio hujusmodi ad sequentem in gradu, illum videlicet, qui deficiente Rege vel Regina Siciliæ esset successurus Regi Adriæ vel è converso, qui scilicet deficiente Rege vel Regina Adriæ; esset successurus Regi Siciliæ, successio hujusmodi transferatur ** pacta infeudationum possit succedere in eisdem Regnis; aliàs ad Romanam Ecclesiam & ejus dispositionem ipsum Regnum, de cujus successione agitur, liberè devolvatur, non movebitis.

§. 23. Præterea tu, nec aliquis tuorum in Regno successorum pro te vel alio quocunque, ex quacumque causa, titulo vel occasione guerram vel aliam per viam facti quamlibet novitatem contra Regem Siciliæ, qui pro tempore fuerit, vasallos, subditos vel *valitores* ipsius, qui de ipso Siciliæ Regno existant, facietis: nec facienti alteri dabitis auxilium, consilium vel favorem; nec ipse Rex Siciliæ contra te seu aliquem tuorum in ipso Regno heredum, vasallos, subditos vel valitores tuos, & ipsorum tuorum heredum, qui de ipso Regno existunt; sed si quid dissensionis, quæstionis vel querelæ inter vos Reges scilicet Adriæ & Siciliæ contingeret exoriri; Regum Dominus adeatur, qui Romanus Pontifex vobis Regibus per concordiæ & litigii viam, seu aliàs, ut sibi videbitur justitiam administret. Si autem contra aliquem vestrorum Vasallorum seu subditorum ex quacumque causa qualiscumque per alterum Regum prædictorum querimonia proponatur; is Regum pro ministranda justitia adeatur, contra cujus subditum vel Vasallum fuerit querimonia deferenda; qui si distulerit justitiam ministrare, Romanus Pontifex ejusdem Regis suppleat negligentiam seu defectum.

§. 24. Si autem tu vel aliquis tuorum in Regno Adriæ præfato heredum, contrarium, quod absit, attentaveritis contra Regem Siciliæ ejus subditos vel vasallos guerram movendo, vel novitatem facti aliam faciendo, seu facienti aut moventi dando auxilium, consilium vel favorem publicè vel occultè, aut *si Rex Siciliæ*, qui pro tempore fuerit contrarium attentaverit contra te vel aliquem tuorum in ipso Regno Adriæ heredum, seu contra vestros subditos vel vasallos guerram movendo, vel faciendo per viam

Digitized by Google

viam facti novitatem aliam, seu facienti vel moventi dando auxilium, consilium vel favorem publicè vel occultè, ipse guerram movens ad novitatem attentans, aut moventi vel facienti dans auxilium, consilium vel favorem; ad emendationem damnorum datorum in guerra hujusmodi plenariè teneatur, & nihilominus eo ipso sententiam excommunicationis incurrat, quam si animo indurato per tres menses sustinuerit non cessando totaliter & effectualiter in guerra, auxilio, consilio, vel favore prædictis, vel si de damnis vel injuriis in guerra seu novitate hujusmodi irrogatis infra sex menses postea immediatè sequentes ad plenum non satisfecerit, Ecclesiastico subjaceat interdicto.

§. 25. Nullam etiam confederationem vel pactionem seu societatem cum aliquo Imperatore vel Rege, Principe vel Barone, Saraceno, Christiano vel cum Græco, aut cum aliqua Provincia, civitate & communitate, vel aliquo loco, scienter contra Romanam Ecclesiam, vel in damnum Romanæ Ecclesiæ facietis; & si eam feceritis ignorantes, ad mandatum Romani Pontificis revocare teneamini, & si scienter *tale quid feceritis*, & ad mandatum Romani Pontificis nolueritis revocare; eo ipso sententiam excommunicationis incurratis, quam si animo indurato per mensem sustinueritis, ex tunc totum regnum Ecclesiastico subjaceat interdicto, donec ipsam effectualiter duxeritis revocandam.

§. 26. Si quis præterea Imperator, Rex vel alius Princeps quicumque, universitas, communitas, Tyrannus vel quævis persona Ecclesiastica *vel secularis* provincias Patrimonii Sancti Petri in Tuscia, Sabina, Campania, Maritima, aut ipsarum aliquam, seu partem alicujus ipsarum vel aliquam de terris specialium commissionum, quæ per Rectores dictarum Provinciarum sunt solitæ gubernari & quas nos nobis, Ecclesiæ Romanæ & nostris successoribus expresè & specialiter retinemus, occupaverint, aut fecerint occupari, seu in eis aliquo modo *Romanam Ecclesiam aut nos vel nostros* successores molestaverint vel fecerint molestari; seu si urbs aut provinciæ ipsæ seu terræ vel eorum aliqua contra Romanam forsan rebellarent Ecclesiam; vos ipsam Ecclesiam Romanam ejusque honores & jura in eisdem urbe, provinciis atque terris & aliis semper bonâ fide teneamini custodire; & nihilominus, quandocumque Romana Ecclesia indigebit, super qua indigentia stabitur Romani Pontificis simplici *assertioni vel dicto, tunc tu aut tui* in dicto regno heredes requisiti ab eo, ad Urbem, Campaniam, Maritimam, aut Provinciam Patrimonii Sancti Petri in Tuscia, seu alias terras, quas nobis, Romanæ Ecclesiæ & nostris successoribus specialiter retinemus, *trecentos milites equis & armis benè & decenter munitos* & paratos, *ita quod unusquisque ipsorum habeat quatuor equitaturas bonas vel tres ad minus*, in ipsius Ecclesiæ Romanæ *auxilium* transmittetis, per tres menses integros & continuos, postquam illam ex provinciis vel terris, in qua ipsis indigebit Romana Ecclesia, ingressi fuerint, in tuis vel tuorum in dicto regno heredum sumtibus & expensis semel in quolibet anno benè & fideliter servituros; quorum si aliquos interim pendente servitio mori, vel aliàs quomodocunque deficere contigerit, tu & tui in regno heredes *tenebimini numerum trecentenorum militum* modo consimili supplere; vel post lapsum dictorum trium mensium, cum tot quot defuerint, & pro tanto tempore, quanto defuerint, Romano Pontifici & Ecclesiæ Romanæ teneamini benè & fideliter facere deservire.

§. 27. Sanè omnibus Ecclesiis Cathedralibus, quam aliis secularibus regularibus, nec non omnibus Prælatis & Clericis ac universis personis Ecclesiasticis secularibus & religiosis *in dicto Regno Adriæ injuriam passis* plenariè dimittentur & restituentur integrè eorum bona immobilia, à quibuscumque ablata vel occupata sint, & per quoscumque detineantur. Hæc autem

Digitized by Google

autem restitutio fiet sine contradictione & difficultate qualibet sicut nactus fueris ipsius Regni possessionem, hoc modo, scilicet quod statim in illa parte Regni, quæ tibi obediet restitutio ipsa fiat, & postmodum successivè consummabitur, sicut habebis *restituendi facultatem.*

§. 28. Ne autem super his rebus restituendis ingeri possit aliquâ difficultas, deputabuntur à nobis seu Romano Pontifice, qui tunc fuerit aliqui discreti Viri, ad quorum mandatum & arbitrium restitutio ipsa fiat, ita quod ea de quorum Dominio vel proprietate aut possessione notorium fuerit, ad eorum mandatum & arbitrium mox reddentur. In dubiis verò per ipsos de plano, & absque judicii *figura & strepitu* diligentius inquiratur: sufficiet autem vocari rectorem seu thesaurarium vel procuratorem, in cujus jurisdictione vel administratione seu territorio bona de quibus agetur consisterent, ad videndum jurare testes, qui in hujusmodi inquisitione deponent: hujusmodi quoqve temporalia & mobilia bona quæcumqve, etiamsi civitates, castra, jurisdictiones existant quæcumqve & quocumqve nomine censeantur *Rectores Ecclesiarum* tam Cathedralium quam aliarum, regularium & sæcularium, & universæ aliæ personæ Ecclesiasticæ, tenebunt liberè, absqve eo, quod ab eis possit ratione ipsorum temporalium, per te vel aliquem tuorum heredum peti seu exigi homaginm, juramentum fidelitatis vel recognitio aliqualis; nec *dissaisientur* Ecclesiæ Cathedrales, vel aliæ regulares & seculares, nec earum Prælati seu cæteræ personæ Ecclesiasticæ per te vel aliquem tuorum heredum vel Officiales vestros quocumqve nomine nuncupentur, eorum temporalitate vel parte ipsius, nec poterunt dissaisiri; nec in eorum Domibus, vel eorum bonis mobilibus vel immobilibus *vastatores seu custodes ponentur*, nec poni debeant seu poterunt quoquo modo; sed omnes Ecclesiæ & personæ Ecclesiasticæ omninò erunt liberæ, & in nullo Regi vel Principi subjacebunt.

§. 29. Nullas insuper taillias vel collectas imponetis Ecclesiis, Monasteriis, Clericis & viris Ecclesiasticis, seu bonis vel rebus ipsorum, & in Ecclesiis vacantibus tu vel tui de Regno Adriæ heredes nullam habebitis *Regaliam*, nullosqve fructus, redditus & proventus; nullas etiam obventiones, nullaqve alia percipietis ex eisdem; custodia earum Ecclesiarum interim libera remanente penes personas Ecclesiasticas juxta canonicas sanctiones.

§. 30. Omnes insuper Ecclesiæ tam cathedrales, qvam aliæ regulares & sæculares, nec non & omnes Prælati & Clerici, ac universæ personæ Ecclesiasticæ, seculares & religiosæ, ac qvæcunqve loca Ecclesiastica cum omnibus bonis suis in electionibus, postulationibus, nominationibus, provisionibus, & omnibus aliis plena libertate gaudebunt; nec ante electionem, sive in electione, vel post, Regius assensus vel consilium aliqvatenus reqviretur: qvam utiqve libertatem tu & tui in Regno heredes semper manutenebitis conservabitis, ac manuteneri ac conservari facietis ab omnibus subditis vestris plenariè sine fraude; salvis semper circa Ecclesias Cathedrales & alias tàm sæculares qvàm regulares, ac alias personas & loca Ecclesiastica, tam in faciendis provisionibus & electionibus confirmandis, qvam in omnibus & qvibuscumqve aliis Romani Pontificis & Ecclesiæ Romanæ jurisdictione, auctoritate plenaria & libera potestate.

§. 31. Omnes etiam causæ ad forum Ecclesiasticum pertinentes liberè & absqve ullo impedimento agitabuntur, tractabuntur & ventilabuntur coram ordinariis & delegatis judicibus Ecclesiasticis; & terminabuntur per eos; &, si ad sedem Apostolicam super hujusmodi causis appellari contigerit, tàm appellantes qvàm appellati ad eamdem venire sedem pro appellationum suarum prosecutionibus liberè & absqve inhibitione aliqva permittentur. Et si qvi sint Prælati vel aliæ personæ Ecclesiasticæ, qvi bona

Digitized by Google

bona aliqua teneant à te Rege prædicto, & ſucceſſoribus tuis, vel ab aliis Dominis temporalibus tibi ſubditis, & qui ratione hujusmodi bonorum ab antiquo conſueverunt nobis noſtrisque prædeceſſoribus & ipſis Dominis temporalibus aliqua ſervitia pecuniaria, vel alia exhibere; hujusmodi antiqua & honeſta ſervitia tibi tuisque ſucceſſoribus, & eisdem Dominis ſecundùm antiquam & rationabilem conſuetudinem, & ſicut ſtatuta patiuntur canonica, impendantur.

§. 32. Poterunt inſuper omnes habitatores & incolæ Regni Adriæ præfati liberè & absque omni impedimento ad Curiam Romanam ubicumque eam eſſe contigerit, pro ſuorum negotiorum commoditatibus venire, ſtare & redire ad propria, nec non ad ipſam Curiam Romanam blada, vina, carnes, piſces & alia victualia quæcumque pro ipſius Romani Pontificis, Cardinalium ſacro-ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & aliarum perſonarum Eccleſiaſticarum Curiam Romanam ſequentium, & in ea & in loco, ubi Curia reſidebit commorantium proviſionibus portare & portari facere, liberè & ſine impedimento, per terram vel per mare, prout duxerint eligendum *ſine ſolutione tractæ, pedagii, leudæ, gabellæ, impoſitionis, vel quocumque alio coſtagio, vel onere vel redhibentia aliquali.* Et de Proviſionibus Romani Pontificis & ſuorum familiarium & aliarum perſonarum Eccleſiaſticarum, *literis* Camerarii noſtri & Eccleſiæ Romanæ; de proviſionibus verò Cardinalium & familiarium ſuorum, cujuslibet ipſorum Camerarii litteris ſtabitur & credetur plenariè & abſque omni difficultate.

§. 33. Promittis inſuper pro te & tuis ſucceſſoribus in Regno hujusmodi univerſis, quod nullus Clericus, vel perſona Eccleſiaſtica ejusdem Regni in civili vel criminali cauſa convenietur coram judice ſæculari, niſi de feudo & petitorio civiliter forſan ageretur. Non facietis quoque ſeu edetis, ſeu fieri aut edi facietis aut permittetis in Regno hujusmodi ſtatuta, conſtitutiones vel leges contra Eccleſiaſticam libertatem, ſeu per quæ juri aut libertati Eccleſiaſticæ in aliquo derogetur.

§. 34. Comites verò Barones, Milites & univerſi homines totius Regni prædicti, vivent in ea libertate, & habebunt illas immunitates, illaque privilegia, ipſique gaudebunt quales & quæ antiquis temporibus habuerunt. Præterea exules & *exititii* Regni prædicti ſeu Provinciarum, Civitatum, Comitatuum ac omnium locorum ipſius, cujuscunque conditionis exiſtant, ad mandatum Eccleſiæ reducentur in Regnum, ac etiam in ſuis civitatibus, caſtris, ſeu locis aliis quibuscumque reſtituentur eis poſſeſſiones & quæcumque immobilia bona, & jura ipſorum, quæ non eſſent legitimè confiſcata. In hujusmodi autem reſtitutione ſecundum formam in Capitulo de bonis Eccleſiarum reſtituendis præſcriptam tàm in notoriis quàm in dubiis procedetur.

§. 35. Habebis autem tu & tui in Regno ſucceſſores ipſum Regnum, ſicut ad Romanam Eccleſiam noſcitur pertinere; ea videlicet, quæ de Domanio ſunt Romanæ Eccleſiæ, in *domanium;* & alia illo jure, modo & forma quibus ad nos & Romanam Eccleſiam pertinere noſcuntur; cum noſtræ intentionis exiſtat, ut per præſentem conceſſionem alicui in ſuis poſſeſſionibus vel proprietatibus nullum præjudicium generetur, Regio in iis jure ſemper ſalvo.

§. 36. Pro tuo verò generali *cenſu* ipſius Regni quadraginta millia *florenorum* boni auri ad pondus Cameræ Apoſtolicæ in feſto Beati Petri, ubicumque Romanus Pontifex fuerit, ipſi Romano Pontifici & Romanæ Eccleſiæ annis ſingulis perſolventur. Si verò tu vel tui in dicto Regno heredes quocunque termino non ſolveritis integrè cenſum ipſum, & expectati per duos menſes terminum ipſum immediatè ſequentes de illo ad plenum non ſatisfeceritis, eo ipſo eritis excommunicationis ſententiâ innodati, quod ſi in ſecun-

Digitized by Google

in secundo termino & infra duos subsequentes menses eumdem censum, sine diminutione aliqua non persolveritis, totum regnum Adriæ Ecclesiastico erit suppositum interdicto. Si verò nec in tertio termino nec infra duos menses proximos per plenam satisfactionem ejusdem census vobis duxeritis consulendum; ita quod transacto eodem tertio termino infra duos menses ipsum tertium terminum sequentes ipsi Romanæ Ecclesiæ integrè non fuerit satisfactum; ab eodem Regno ipsiusque jure cadatis ex toto, & Regnum ipsum integrè & plenariè ad Romanam Ecclesiam revertatur. Si autem de censu quadraginta millia florenorum prædicto hujusmodi primi termini infra dictos tertium terminum, & duos subsequentes menses plenariè satisfeceritis, nihilominus semper pro singulis quadraginta millibus singulorum terminorum, si simili modo in eorum solutione cessaveritis, vel illa non solveritis, similes pœnas incurretis, salvis aliis pœnis & processibus, quæ vel qui de jure inferri vel fieri poterunt per Romanum Pontificem in hoc casu.

§. 37. In quolibet etiam triennio dabitis tu & tui in regno hujusmodi heredes Romano Pontifici unum *palafredum* album, pulchrum & bonum, in recognitionem dicti Dominii ejusdem Regni.

§. 38. Ad hæc postquam tu prædictum Regnum acquisiveris, vel tantum de ipso quod etiam si aliquæ civitates vel munitiones, aut aliqua alia loca ipsius Regni adhuc tibi rebellia fueriut, reputeris & possis ipsius Regni Rex & Dominus reputari ad dicta quadraginta millia florenorum & palafredum terminis supra dictis, & sub pœnis annotatis superius tenearis, & tui subsequenter heredes in Regno hujusmodi perpetuo teneantur.

§. 39. Ad hæc si Romanus Pontifex, qui pro tempore fuerit vellet cum sua Curia in aliqua Civitatum vel aliarum terrarum seu locorum ipsius Regni Adriæ morari, hoc possit liberè & absque impedimento quocunque, & cum eisdem libertatibus, privilegiis & immunitatibus, quas Ecclesia Romana tàm de jure, quam de antiquis observantiis habere debet, & usa est temporibus retroactis; & tam circa *libratas ordinandas cancellos f----ta, rationes domorum, jurisdictione Marescalli libera & aliorum officialium Romanæ Curiæ*, quam alias in quibuscumque consistant & qualitercunque retrò temporibus fuerit observatum.

§. 40. Tu etiam ad presens & singuli tui in Regno heredes, quando facient homagium & juramentum fidelitatis præstabunt, dabitis privilegium vestrum aurea bulla bullatum Romano Pontifici & Romanæ Ecclesiæ in quo proprio juramento fatebimini & recognoscetis expresè Regnum Adriæ prædictum ex sola gratia & mera liberalitate sedis Apostolicæ, vobis de novo fore concessum, vosque recepisse & tenere Regnum hujusmodi à Romana Ecclesia sub pactis & conditionibus supradictis.

§. 41. Habebis autem tu militum, balliſtariorum & aliorum belligerorum hominum comitivam talem & tantam, quod ad prosecutionem & perfectionem negotii & acquisitionis ipsius Regni sufficiens reputetur, & cum arripiendo & prosequendo iter versus Italiam pro prosecutione negotii quam citius commode poteris, & ad longius infra duos annos, à data præsentium computandos, debeas Regnum Franciæ exivisse, legitimo impedimento cessante; quod si in tua persona esses forsitan impeditus, ut infra dictum terminum personaliter non posses præfato negotio acquisitionis vacare, loco tui talem substitutum seu locum tenentem debeas ordinare, qui judicio Romani Pontificis ad tale & tantum negotium idoneus & sufficiens reputetur. Et si tu personaliter, vel, ubi esses in persona propria impedi-

Digitized by Google

tus, per ſubſtitutum vel locum tenentem, ut eſt dictum, idoneum intra dictum terminum per modum præſcriptum, vel ſaltem infra duos menſes finem termini immediatè ſequentes, non inceperis & proſecutus fueris acquiſitionis negotium antedictum; vel ſi quod Deus avertat, te interim mori contingeret, ex tunc præſens conceſſio, infeudatio, & omnia quæ in præſentibus litteris continentur, ſint nulla, caſſa & irrita ipſo jure, liceatqve Romano Pontifici & Eccleſiæ Romanæ de regno & terris ipſis diſponere & ordinare, prout placuerit, & eis videbitur rationabiliter faciendum.

§. 42. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ ordinationis, ſtatuti, decreti, conceſſionis, donationis, conſtitutionis, creationis, voluntatis, diſpoſitionis, collationis & retentionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Spelunga Cajetanæ diœceſis, XV. Kal. Maji. Pontificatus noſtri anno primo.

§. 11. *In opinione*, leg. in optione.

CVII. *Ordonnance & myſtere du ſacre & coronation du Roy* Loys II. *de Sicile, Duc d'Anjou, & Comte de Provence, faicte à Avignon, par noſtre Sainct Pere le Pape* Clement VII. *le jour de Touſſaints* 1389.

PRemierement au Palais d'Avignon, en la chappelle du Pape hors le Cueur, droit à l'entrée du dict Cueur à la part deſtre, fut fait un grand *eſchaufaut* bien haut, ou l'on montoit à huict degrez, *ouquel avoit un petit lict & cortines.* Et en celuy eſchaufaut droict atouchant du Cueur de la Chappelle fut aſſiſe la Reyne *Marie de Sicile*, mere du dict Roy Loys, & le dict Loys emprés elle, lequel, en ſigne de purté & innocence, fuſt veſtu de blanc d'une cote longue *à boutons devant & derriere* jusques au pys, & par deſſus avoit un mantel fendu devant, & *un latz en maniere de un Hoſpitalier*, & eſtoient la dite cote & mantel de *ſamit* blanc, comme dict eſt, fourré d'hermine.

§. 2. Et quand le Pape fut venu en la dicte chappelle, & aſſis devant l'Autel en une charre *reveſtu en Pontificat*, le dit Roy Loys deſcendit du dit eſchaufaut, ou il eſtoit, & le menoit & tenoit l'Archeveſque d'Arle, Chambellan du Pape, & devant & aprés alloient pluſieurs Seigneurs, Comtes & Chevalliers: & venant un petit prés du Pape il ſe agenouilla, & aprés ſe leva, & vint bien prés, & s'agenouilla autres fois, & baiſa les pieds du Pape, & puis les mains: & aprés le Pape ſe leva & embraſſa le dit Roy Loys, & le Roy Loys luy, & ainſi le Pape le baiſa en la bouche, & puis le print par la main deſtre, & le mena à l'Autel, & le Cardinal de Sainct Marcal (Martial) *Diacre, Prieur des Cardinaux*, eſtoit à la feneſtre du Pape. Le dit Roy Loys mit les deux mains ſur l'Autel, & tenant ainſi les deux mains ſur l'Autel leut *l'hommage que les Roys de Sicile font à l'Egliſe*, qui eſt en cette forme & paroles.

§. 3. Ego Ludovicus Dei gratia Rex Siciliæ, plenum ligium homagium & vaſſallagium faciens Eccleſiæ Romanæ, pro regno Siciliæ, & tota terra, quæ eſt citra Farum uſque ad confinia terrarum ipſius Eccleſiæ, excepta civitate Beneventata cum toto territorio & omnibus diſtrictibus & pertinentiis ſuis, ſecundum antiquos fines territorii & pertinentiarum & diſtrictus civitatis ejuſdem, per Romanum Pontificem diſtinctas vel impoſterum diſtingvendas, ab hac hora in antea fidelis ero & obediens Beato Petro, & Domino meo Clementi VII. ſuisqve ſucceſſoribus canonicè intrantibus, ſanctæqve Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ non ero in conſilio aut conſenſu, vel

Digitized by Google

ſu, vel facto, quo vitam perdant vel membrum, aut capiantur mala captione. Conſilium quod mihi credituri ſunt per ſe & per nuntios ſuos, ſive per litteras ad eorum damnum me ſciente non pandam. Et ſi ſciero fieri, vel procurari, ſive tractari aliquid, quod ſit in eorum detrimentum, illud pro poſſe impediam, & ſi impedire non poſſim, illud eis ſignificare curabo. Papatum Romanum & Regalia Sancti Petri, tam in Regno Siciliæ & terra prædictis, quam alibi exiſtentia adjutor eis ero ad retinendum & defendenduu ac recuperandum, & recuperata manutenendum contra omnem hominem. Univerſas & ſingulas conditiones contentas in præſenti Inſtrumento ſeu litteris ſuper ipſorum regni & terræ conceſſione confectis, & omnia & ſingula, quæ continentur in eodem Inſtrumento, ſeu litteris, plenariè adimplebo & inviolabiliter obſervabo, nec ullo unquam tempore veniam contra illa. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.

§. 4. Et iceluy hommage leu, jura & mit les deux mains ſur un livre, & puis le Pape le baiſa en la bouche. Aprés le Pape ſe agenouilla devant l'autel, & le dit Roy Loys ſe agenouilla auſſi au coſté deſtre, avec les Diacres Cardinaux, & furent commencées les Litanies par le Soudiacre du Pape en cette maniere *Kyrie eleïſon* &c. Et tousjours le Roy de France preſent, & les deſſus dits Seigneurs de ſon ſang & lignage. Et ou il dit: *Ut hunc famulum tuum in Regem eligere digneris*; & les deux autres vers aprés: *Ut eum benedicere & ſublimare digneris; ut eum ad Regni faſtigium perducere digneris.* Le Pape meſme les dit. Et accomplies ainſi les dictes Litanies, le Cardinal d' Aigrefeüil premier Preſtre Cardinal dit ce qui s'enſuit. Pater noſter. Et ne nos &c. Salvum fac ſervum tuum. Deus meus ſperantem in te. Eſto ei Domine turris fortitudinis. A facie inimici. Nihil proficiat inimicus in eo. Et filius iniquitatis &c. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus Vobiscum. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Prætende quæſumus Domine famulo tuo Ludovico Regi noſtro dextram cœleſtis auxilii, ut te toto corde perquirat, & quæ dignè poſtulat aſſequi mereatur. *Alia Oratio:* Actiones noſtras quæſumus Domine &c. Item aprés fut le dit Roy Loys mené en une chappelle ou Reveſtiarie du Pape, & le Roy de France, & tous les Seigneurs deſſus dits le convoierent, & là fut le *Cardinal d' Oſtie* reveſtu, & pluſieurs Prelats entour luy, devant un autel, qui eſtoit paré tres richement. Là le Chambellan du Pape leva le mantel du col du dit Roy Loys, lequel mantel eſt au dit Chambellan de ſon droict. Aprés fut mis le dit Roy Loys devant le dit Cardinal, & eſtant en pieds luy *fut deboutonnée ſa dite cotte devant & derriere*, & toutes ſes eſpaules deſcouvertes, & en celuy eſtat le dit *Cardinal d'Oſtie, à qui appartient de ſon office ſacrer Pape Empereur & Roy de Sicile, & non autres:* premierement enoint les mains au dit Roy Loys, & plus le pis, & derriere auſſi, & les eſpaules aprés, diſant les oraiſons qui s' enſuivent.

§. 5. Domine Deus Omnipotens, cujus eſt omnis poteſtas & dignitas: te ſupplici devotione atq; humillima prece depoſcimus, ut huic famulo tuo Ludovico Regi noſtro proſperum regiæ dignitatis concedas effectum, ut in tua diſpoſitione conſtituto ad defendendum Eccleſiam tuam ſanctam, nihil ei præſentia officiant, futura nihil obſiſtant, ſed inſpirante Spiritus ſancti dono populum ſubditum æquo juſtitiæ libramine regere valeat, & in omnibus operibus ſuis te ſemper timeat, tibique jugiter placere contendat. Per Dn. &c.

§. 6. *Alia Oratio:* Deus Dei filius Jeſus Chriſtus Dominus noſter, qui à Patre oleo exultationis unctus eſt præ participibus ſuis, ipſe per præſentem ſacri unguinis infuſionem Spiritus Paracliti ſuper caput tuum infundat benedictionem, eandemque uſque ad interiora cordis tui penetrare faciat, quatenus hoc viſibili & tractabili dono inviſibilia participare, & temporali regno juſtis miſerationibus executo æternaliter ei conregnare merearis. Qui ſolus ſine peccato vivit & glorificatur cum Deo Patre. &c.

Digitized by Google

§. 7. Et ce faict, fut torché ou essuyé de pain, c'est à sçavoir de la mie, par les Evesques qui estoient presens, là ou il avoit esté enoint. Ce fait fut, boutonnée & remise sa dite cote blanche en son estat, & fut le dit Roy Loys ramené au Pape qui l'attendoit en son siege solemnel devant l'Autel, & tousjours l'accompagnoient le Roy de France & les Seigneurs dessus dits. Et, quand le dit Roy Loys fut devant le Pape, il s'enclina devant luy, & de là fut mené en son dit eschaufaut, & le Pape alla à sa chaere.

§. 8. Ou dit eschaufaut fut le dit Roy Loys depouillé de cette cotte, blanché, & fust *vestu de tunique & dalmatique, comme Soudiacre & Diacre*, & chaussé de ce mesme, tretout à fleur de luys aux armes de Sicile, c'est à sçavoir les lambeaux seulement: & par dessus avoit une estole tres riche, dont, il estoit ceint parmy les reins, & par dessus les espaules venoit la dite *estole*, & *pendoit en bas à deux costez, en la maniere des Empereurs*. Et ainsi le dit, Roy Loys vestu & appareillé furent ou dit eschaufaut le Duc de Touraine, le Duc de Bourbon, Messire *Henry de Bar*, & Messire Pierre de *Navarre*, auxquels furent baillées les choses qui s'ensuivent.

§. 9. *Primò*: Au dit Messire Henry l'espée à tout son fourrel, au dit, Messire Pierre de Navarre *la pomme d'or* à une petite double fleur de lys, & au dict Monsieur de Touraine la *Couronne* en ses deux mains. Et ainsi par ordre descendirent de l'eschaufaut, & se mirent à venir devers le Pape, & le Roy aprés eux. Et le Pape, tantost qu'ils entrerent en la chappelle, & les vid venir, il se leva de sa dite chaere, & vint à l'Autel pour commencer, la Messe & dire le *Confiteor*. Et toutes fois il attendit le dit Roy Loys venir, avant qu'il commencast: & quant le *Confiteor* fut dit, le Pape vint à l'Autel sur lequel le Duc de Touraine, & autres Seigneurs dessus dits mirent & poserent l'espée, pomme, sceptre & Courronne dessus dits à la part destre, & à la part seneſtre fust *le Tiaire dont les Papes sont couronnez*, lequel Tiaire, pour solemnité de la dite Coronation & presence du Roy de France fut, sur le dit Autel.

§. 10. Apres le Kyrie eleison de la Messe, & l'Hymne Angelique dit, le Pape dit l'Oraison, qui s'ensuit. Deus omnium Regnorum Protector, da servo tuo Ludovico Regi nostro triumphum virtutis tuæ scienter extollere, ut qui tua constitutione est Rex, tuo semper munere sit potens, per Dominum &c.

§. 11. Ainsi aprés l'Epistre dite & l'encens fait au Pape & devant l'Autel par *l'Evesques des Cardinaux*, comme il est de coustume, tous les Cardinaux vindrent faire la reverence au Pape, & tantost que *le Prieur des Cardinaux*, eut fait la reverence, & baisé premier le Pape, le dit Roy Loys baisa, aprés; & ce fait s'en vint & fut mené en son eschaffaut, & le Pape alla en chaere, & le Roy de France en la sienne. Ainsi continuée la Messe jusques à alleluya, le Pape lors se partit de sa chaere & vint devant l'Autel, ou il fut, assis en son Siege, & le Roy de France estant auprés de luy.

§. 12. A celle heure le Duc de Touraine, & autres Seigneurs dessus dits, vindrent au Roy en son dit eschauffaut le querir, & l'amenerent & accompagnerent devant le Pape, ou il fust à genoux: & primò fut prinse, sur l'Autel par un Diacre Cardinal, & baillée au Pape l'espée à tout le fourreau, & *le Pape la tira hors du fourreau*, & la tint en sa main, & la baillant au Roy dit ce qui s'ensuit.

§. 13. Accipe gladium de sacro Altari sumptum per manus nostras licet indignas, virtute tamen & auctoritate Sanctorum Apostolorum consecratas regaliter tibi concessum, nostræque bendictionis officio, & defensione Sanctæ Dei Ecclesiæ divinitus ordinatum, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum; & memento de quo Psalmista prophetavit, dicens: Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime, ut in hoc, per

Digitized by Google

per eundem, vim æquitatis exerceas, molem iniquitatis potenter destruas, & sanctam Dei Ecclesiam ejusque fideles propugnes & protegas, nec minus sub fide falsos, quam Christiani nominis hostes execres & dispergas, viduas & pupillos clementer adjuves & defendas, desolata restaures, restaurata conserves, ulciscaris injusta, confirmes bene disposita, quatenus hæc agendo virtutum triumpho, gloriæ, justitiæque cultor egregius cum mundi Salvatore, cujus typum geris in nomine, sine fine regnare merearis, qui cum Deo Patre, &c.

§. 14. Aprés le Pape le fit lever sur pied, & luy ceignit le fourreau, & fit mettre l'espée dedans, & tirer aprés & brandir par trois fois, & puis l'estoya & mit au fourel, & dit le Pape, ce qui s'ensuit en luy ceignant ladite espée: Accingere gladio super femur tuum potentissime, & attende quod Sancti non in gladio, sed per fidem vicerunt Regna. Et ce faict, se agenouilla, derechef devant le Pape, & le Pape luy bailla le Sceptre en la main destre, & en la senestre la pomme d'or. Aprés les choses dessus dictes, *par le dit Roy de France fut prise la Couronne sur l'Autel & baillée au Pape*, lequel la mit au dit Roy Loys sur la teste, & dit ces Oraisons.

§. 15. Accipe signum gloriæ diadema Regni, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen; & spreto antiquo hoste, spretisque contagiis vitiorum omnium, sic justitiam, misericordiam, & judicium diligas, & ita misericorditer ac juste & piè vivas, ut ab ipso D.N. J.C. in consortio Sanctorum æterni coronam Regni accipias: Qui cum Patre, &c. Prospice, quæsumus omnipotens Deus serenis obtutibus hunc glorioſum famulum tuum Ludovicum Regem nostrum; ut sicut benedixisti Abraham, Isaac & Jacob, sic illi largiaris benedictiones spiritualis gratiæ, eumque plenitudine tuæ potentiæ irrigare atque perfundere digneris, ut tribuas ei de rore cœli & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, vini & olei, & omnium frugum opulentiam, & ex largitate divini muneris longæva tempora, ut illo regnante sit sanitas corporis in patria, pax inviolata in Regno, & dignitas glorioſa regalis Palatii maximo splendore Regiæ potestatis oculis hominum luce clarissima coruscare, atque splendescere quasi splendidissimi fulgoris maximo perfusa lumine videatur. Tribue ei omnipotens Deus, ut sit fortissimus protector patriæ & consolator Ecclesiarum, atque cœnobiorum sanctorum maxima pietate regalis munificentiæ, atque ut sit fortissimus Rex, sitque inimicis suis satis terribilis maxima fortitudine Regalis potentiæ, optimatibus quoque atque præcelsis proceribus ac fidelibus sui regni sit munificus, & amabilis, & pius, & ab omnibus timeatur, atque diligatur, & post glorioſa tempora atque felicia vitæ præsentis gaudia in perpetua beatitudine habitare mereatur. Per Dominum, &c.

§. 16. Benedic Domine quæsumus hunc Regem nostrum Ludovicum, quem ad salutem populi nobis à te credimus esse concessum, fac annis esse multiplicem, salubri corporis robore vigentem, ad senectutem optatam pervenire felicem: sit nobis fiducia obtinere gratiam populo, quam Aaron in tabernaculo, Heliſæus in fluvio, Ezechias in lecto, Zacharias vetulus impetravit in templo; sit nobis regendi auctoritas, qualem Josue susceptit in castris, Gedeon sumsit in præliis, Petrus accepit in clave, Paulus est usus in dogmate, & ita Pastorum cura tuum proficiat in ovile, sicut Isaac profecit in fruge & Jacob dilatatus est in grege. Quod ipsi præstare digneris, qui vivis & gloriaris Deus per omnia secula seculorum &c.

§. 17. Deus Pater æternæ gloriæ adjutor tuus, & protector & omnipotens benedicat tibi, preces tuas in cunctis exaudiat, vitam tuam longitudine dierum adimpleat, thronum Regni tui jugiter firmet, & gentem, populumque tuum in æternum conservet, & inimicos tuos confusione induat,

Digitized by Google

& ſuper te ſanctificatio Chriſti floreat, ut qui tibi in terris regnum, & ipſe in cœlis conferat præmium. Per Dominum, &c.

§. 18. Ce faict & lors que *le Roy* eut la Couronne en teſte, il baiſa le Pape en la bouche, & tous les Diacres Cardinaux, qui eſtoient environ le Pape: & aprés par deux Diacres Cardinaux *fut mené à tous les Cardinaux en leurs ſieges faire la reverence, & les baiſa tous* l'un aprés l'autre en la bouche. Aprés par les dits deux Cardinaux Diacres fut ramené devers le Pape, lequel & le Roy de France, & le dit Roy Loys entre eux deux furent ſur pied par une petite eſpace. Et lors que l'Alleluja ſe commença, fut mené le dit Roy Loys à ſon dit eſchafaut par les dits Seigneurs Royaux de France & le Chambellan du Pape, la Couronne en la teſte, avec le Sceptre & la pomme en ſes mains, & l'eſpée ſe portoit devant luy par le dit Meſſire *Henry de Bar*. Auquel eſchafaut il fut reçeu par la Reyne qui le baiſa, & puis ſe ſeit en ſa chaere, & les Seigneurs deſſus dits retournerent à leurs lieux.

§. 19. L'Evangile dit, venant l'heure de l'offrande les dits Seigneurs Royaux revindrent à l'eſchafaut pour mener le Roy à offrir, & Monſieur Meſſire Charles, frere du dit Roy Loys, porta *l'offrande*, qui fut d'un bien riche Reliquiere, lequel eſt du Pape à tousjours-mais, pour eſtre ſur l'Autel en memoire de la dite Coronation.

§. 20. A laquelle heure le Roy ne portoit point le Sceptre ne la Pomme d'or ne l'eſpée, mais luy eſtoient portez par les dits Seigneurs Royaux, excepté qu'il avoit tousjours la Couronne ſur la teſte, & ainſi offrit le dit Reliquiere: & aprés il print ſon Sceptre & ſa Pomme & vint à ſon eſchafaut, & là demoura jusques à tant, que *le Pape ot lavé ſes mains, & luy donna à laver le Roy de France*.

§. 21. Secreta Miſſæ. Suſcipe Domine preces & hoſtias Eccleſiæ tuæ pro ſalute famuli tui Ludovici Regis noſtri ſupplicantis, & in protectione fidelium populorum antiqua brachii tui operare miracula, ut ſuperatis pacis inimicis, ſecurè tibi ſerviat Chriſtiana libertas. Per Dominum noſtrum, &c.

§. 22. Aprés fut ramené devant l'autel par les dits Seigneurs Royaux le dit Roy Loys, & là fut mis entre les Diacres Cardinaux, & là fut en pied ſans ſa Couronne en teſte, & ſans ſes autres ordres deſſus dits, mais les tenoient aprés l'Autel en pied les Sieurs deſſus dits chacun par ordre, comme eſt de couſtume, & le dit Roy demoura à l'Autel entre les Diacres Cardinaux, jusques à temps que noſtre Sainct Pere ot receu noſtre Seigneur, & aprés communié les Diacre & Soudiacre Cardinaux. Poſt-communion. Omnipotens ſempiterne Deus, prætende famulo tuo Ludovico Regi noſtro arma cœleſtia, ut pax Eccleſiæ nulla turbetur tempeſtate bellorum. Per Dominum, &c.

§. 23. Aprés ce le Diacre Cardinal vint prendre le corps de noſtre Seigneur ſur l'Autel, & le bailla au Soudiacre, comme eſt de couſtume à porter au Pape, & deux Diacres Cardinaux menerent le Roy devant le Pape, & à celle heure le Pape le communia de ſa main, *& puis aprés fut mené le Roy à l'Autel par les dits Diacres Cardinaux prendre & recevoir le ſang de noſtre Seigneur*.

§. 24. Ce fait luy furent retournez ſa Couronne en la teſte, & le Sceptre & Pomme deſſus dits en ſes mains, & fut mené devant le Pape, qui eſtoit en ſa chaere aprés le dit Roy de France, & là demoura jusques dite la Meſſe, puis fut mené en ſon eſchafaut, & là luy fut mis un mantel ouvert devant, fermé ſur les eſpaules, aus dites armes de Sicile, & ainſi demoura là, jusques à ce que le Pape fut deveſtu.

§. 25. Puis fut ramené devant le Pape, & le Pape & le Roy de France ſe leverent contre luy, & luy donna le Pape la Benediction, & au ſaillir de la Chapelle

Digitized by Google

Chapelle le dit Roy Loys alloit en ſon dit eſtat devant & le Pape alloit aprés, & le Roy de France aprés. Ainſy fut le dit Roy Loys mené en une chambre & deveſtu de ſes dits habits, & aprés vestu en habit Royal de veluau vermeil, ſurcot, & mantel, & le Roy de France pareillement.

§. 26. Ainſi vindrent à diſner le Page, le Roy de France & le dit Roy Loys. *Le Pape fut ſeul à ſa table*, comme eſt de couſtume, & *les Roys deſſus dits furent tous ſeuls à une autre table*, & le Roy de France premier, & le Roy Loys aprés, lequel Roy Loys au dit diſner fut ſervis par ceux, qui s'enſuivent: De *Panetier* par le Sire Delebret; *d'Eſchançon*, par le Comte de Geneve; de *Trenchant* devant luy par Sire de Boucy, & de *Maiſtre Queux par le Deſpot de Romanie, Meſſire Henry de Bretagne.* Et tous firent & porterent tres grand honneur au dit Roy Loys, lequel en toutes choſes à la Meſſe & au diſner, ot ſi belles manieres & contenances, que merveilles.

§. 27. Autres Benedictions ſur le partement du Roy afin d'entrer en mer à Marſeille, pour aller à Naples en ſa conqueſte du dit Royaume: leſquelles Benedictions furent faites par le Cardinal de Thurin, Legat de noſtre Sainct Pere le Pape, le 20. Juillet 1390.

§. 28. La benediction de la Galée du dit Roy & tout le navire de ſa compagnie: Adjutorium noſtrum &c. *Oremus:* Propitiare Domine ſupplicationibus noſtris, & benedic † navem iſtam dextera tua ſancta, & omnes qui in ea vehentur, ſicut dignatus es benedicere Arcam Noë ambulantem in diluvio, Abraham, Iſaac & Jacob: porrige eis dexteram tuam, ſicut porrexiſti Beato Petro ambulanti ſuper mare, & mitte ſanctum Angelum tuum de cœlis, qui liberet & cuſtodiat eam ſemper à periculis univerſis, cum omnibus, qui in ea erunt, & in ea famulos tuos repulſis adverſitatibus portu ſemper curſuqve tranquillo tuearis, tranſactisqve ritèqve perfectis negotiis omnibus iterato tempore ad propria cum omnium gaudio revocare digneris. Per Dominum, &c. Et aſpergat totam cum aqua benedicta.

§. 29. Benedictio armorum & vexilli bellici. Adjutorium, &c. *Oremus:* Signaculum & benedictio Dei omnipotentis Patris & Filii & Spiritus Sancti ſit ſuper hæc arma, & ſuper induentem ea, quibus ad tuendam juſtitiam induatur: rogamus te Domine Deus, ut illam protegas & defendas. Qui vivis & regnas, &c.

§. 30. Deus omnipotens in cujus manu victoria plena conſiſtit, quiqve etiam David ad expugnandum rebellem Goliam vires mirabiles tribuiſti, clementiam tuam humili prece depoſcimus, ut hæc arma, &c.

CVIII. *Articles faicts entre les neuf Cantons de Zurich, Lucerne, Berne & Soleure: Zug, Ury, Schwviz & Undervvalden & Glaris; aprés le Combat donné devant Sempach contre les Seigneurs d'Auſtriche; touchant l'ordre, qui ſe doit tenir aux guerres, ou les dits Cantons iront avec leurs Bannieres deployées du* 10. *Juillet* 1393.

NOus les Bourguemeiſteres, Conſeil & les Bourgeois generalement de la ville de *Zurich*, les Advoyers, Conſeillers & Bourgeois generalement des villes de *Lucerne, Berne & Soleure*, l'Amman & Conſeil de *Zug*, & tous ceux des offices generalement du dict Zug, les Ammans & payſans generalement de trois pays *d'Ury, Schwiz & d'Underwalden*, l'Amman & les payſans de *Glaris:* faiſans ſçavoir à tous ceux qui verront & oyront lire ces preſentes lettres: Comme il ſoit, que ayons eſté en *guerre* ouverte & actuelle *contre les Seigneurs d'Auſtriche*, & ceux qui luy appartiennent à cauſe de

de pluſieurs bonnes & equitables demandes & querelles, que le temps paſſé on auroit mis en avant contre la dicte Seigneurie, au moyen desquelles s'en ſeroit enſuivi *un combat devant Sempach*, pour ces cauſes pour le bien de Paix & tranquillité de tous, nous avons adviſé de tenir & obſerver les uns envers les autres certains poincts & articles inviolablement & fermement au temps avenir, ainſi que contenus ſont en ces preſentes lettres pour obvier & prevenir aux accidens futurs, ſauf & reſervé, ce qui ne portera aucun dommage ne prejudice aux debvoirs alliances & confederations, esquelles nous ſommes perpetuellement liez.

§. 2. Premierement voulons & entendons, qu'une chaſcune ville & un chaſcun pays de nous des ligues par nos ſermens qu'avons jurez, ſoyons tenus obſerver & tenir le contenu des preſentes: Sçavoir eſt, que aucun de nous les dicts alliez ne pourra ne debvra temerairement & par force courir dedans les maiſons des autres pour leur prendre leurs biens, & ſoit en temps de guerre ou de paix; afin que par cy apres nous puiſſions tant mieux vivre paiſiblement & en bonne concorde les uns avec les autres, & en toutes choſes & neceſſitez nous ayder & ſecourir fidellement, comme avons faict du paſſé, & que encores d'ores en avant nous voulons faire, tous dols exceptez.

§. 3. Celuy qui apportera marchandiſe en nos pays ſera ſa perſonne & ſon bien preſervé & aſſeuré.

§. 4. Nous ne debvons nous mettre pour *gaiges* les uns pour les autres en aucune maniere.

§. 5. Et quand par cy apres nous *marcherons avec nos bannieres desployées* contre & ſur nos Ennemis, ſoit tous en general, ou aucuns de nos dictes villes ou pays particulierement; tous ceux *qui ſuivront la dicte banniere demeureront auprés d'icelle*, comme gens de bien, & comme tousjours ont faict nos predeceſſeurs pour obvier aux inconveniens, qui nous pourroient advenir; fuſt ce en combattant ou en aſſaillant. Et ſi quelqu'un abandonnoit la dicte Banniere & s'en fuyoit, ou qu'il feiſt contempt de ce qui eſt eſcrit en ces preſentes, qu'il entraſt temerairemént en la maiſon d'un autre comme dict eſt, ou qu'il perpetraſt quelque autre choſe, qui fut diffame, ou qu'il euſt merité punition en vertu des preſentes lettres, & que cela fuſt prouvé par deux teſmoings non ſuſpects par devant les juges ordinaires ſera à leur diſcretion & grace ſon corps & ſon bien eſcheu pour le punir ſelon qu'il aura merité ſans nul delay; & bailleront ſentence ſur luy par le ſerment qu'ils auront juré à la ville ou pays, dont ils ſont; affin que chaſcun y prenne exemple, & ſe garde de telles transgreſſions; & tout ainſi que une chaſcune ville ou pays punira les ſiens, s'en debvront les autres contenter ſans contradiction.

§. 6. Nous entendons auſſi, que ſi quelqu'un s'eſtoit bleſſé en quelque façon que ce fuſt en combattant ou aſſaillant; de ſorte qu'il ſeroit inutile pour ſe deffendre il demeurera non obſtant auſſi avec les autres, juſques à ce que la bataille ſoit expirée: & pour cela ne ſera eſtimé fuyard & ne l'en faſchera-t-on en ſa perſonne ny en ſon bien aucunement.

§. 7. Il eſt auſſi notoire, que *au deſſus dict Combat beaucoup des ennemis eſchaperent lors que tenions la victoire, leſquels fuſſent tous demeurez ſur la place, ſi les noſtres, qui y eſtoient les euſſent pourſuivis & ne ſe fuſſent point amuſez à piller* jusques à ce que la bataille fuſt entierement gaignée. Pour cette cauſe voulons mettre une reſolution & ordre en tel cas, affin que les gens de bien, qui auront gaigné ſur les Ennemis ſoient aſſeurez de leurs perſonnes & de leurs biens, & que ce pendant qu'ils s'amuſeront à piller, les Ennemis ne s'aſſemblent & ayent la victoire ſur eux. Nous entendons & voulons, que quand une telle neceſſité nous ſurviendra au temps advenir, qu'un chaſcun faſſe

ſon

Digitized by Google

ſon debvoir en homme de bien, endommagant l' ennemy, & pretendant la victoire ſans aucunement entendre à piller, ſoit aux chaſteaux villes ou ſur le pays, jusques à ce que la bataille ſoit entierement gaignée, & *que les Capitaines* donnent à un chaſcun congé de piller. Cela faict, pourront tous ceux, qui aurons eſté preſens au conflict piller, & ſoient iceux arrivez ou non arrivez, & *ſera un chaſcun tenu apporter le pillage à ſon Capitaine, lesquels Capitaines departiront à leurs Soldats au pro rata tels butins ou pillages esgalement*, & ſelon le departement, qui en ſera faict s'en debvra un chaſcun contenter.

§. 8. Et pour ce que Dieu tout puiſſant par ſa divine bouche à dict, que ſes maiſons doivent eſtre appellées maiſons d' oraiſon & de prieres; nous ordonnons à la louange de Dieu, que *nul de noſtres n' ouvrira aucunes abbayes, Egliſes ou Chappelles, ny eſtant ouvertes entrera dedans pour brusler, gaſter ou piller* ſecretement ou apertement; *ſi non que nos Ennemis ou leurs biens fuſſent trouvez dedans les Egliſes*, en ce cas les pourront bien piller & endommager.

§. 9. Nous ordonnons auſſi à la louange de noſtre Dame, que nul *d' entre nous ne s' ingerera de tuer avec les armes, battre ou diffamer les femmes ou filles, ſi non qu' elles feiſſent trop de troubles & crieries, qui nous porroit porter dommage*, à lencontre de nos ennemis, ou qu' elles ſe miſſent en deffenſe ou aſſailliſſent quelqu' un; telles pourra-ton bien punir, ainſi que requis en ſera.

§. 10. Finallement avons tous d'un meſme conſentement adviſé & conclud, que *aucuns de nos dictes villes & pays generalement ou particulierement n' entreprendra temerairement ſans occaſion aucunes guerres, que premierement ſur ce ne ſoit adviſé* ſelon le contenu de nos alliances jurées, ainſi demeureront les deſſus eſcripts ſtatuts & ordonannces d' ores en avant en leurs forces & vigueur pour nous & nos ſucceſſeurs, & ſeront tenus les obſerver & garder les uns envers les autres, toutes fois & quantes, que le cas & la neceſſité le requerra, fidelement & irrevocablement. En confirmation desquelles choſes nous avons faict pendre nos ſeaux à ces preſentes lettres, qui furent faictes le dixieſme jour de Juillet, 1393.

CIX. Wenceslaus *Imperator* Johannem Galeacium *creat primum Ducem Mediolani. Pragæ* 11. *Maji* 1395.

Wenceslaus Dei gratia Romanorum *Imperator* ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex, illuſtri *Johanni Galeas Duci Civitatis & diœceſis Mediolani, Comiti Virtutum*, ſuo & Imperii ſacri Principi, gratiam Regiam & omne bonum. Auguſtalis potentiæ monarchia, cujus regimini, omnipotentis Dei bonitate mirificâ, quamvis meritis inſufficientibus præſidemus, ad hoc animum noſtrum ſollicitudine quotidianâ fatigat, ut ea, quæ dignitatem Romani Imperii felicibus incrementis amplificant, aſſiduitate continua meditetur. Quod quidem tunc feliciter adimplere credimus, dum in circuitu ſedis Auguſtæ illuſtrium Principum numerum ad Imperii ſacri decorem feliciter adaugemus.

§. 2. Verum ſi ex labore dignitas provenire conſuevit, ſi laudabilis ſollicitudo actuum publicorum parit gratiam liberaliter ſervienti, ſummâ gratificatione perſonam tuam meritò credimus efferendam, in qua patrem dediſſe tibi imaginem corporis, quàm ſigna fudiſſe virtutis. Scimus enim & longo temporis experimento didicimus, quod ardor tuæ fidei *corpore paulatim ſeneſcente*, non deficit; ſed vergente deorſum conditione

Digitized by Google

corporea, fervor conditionis internæ in ſublimiora conſcendit; Scimus etiam, quod à longis retroactis temporibus nobiles quondam progenitores tui, ac demum tu, pro tuendis noſtris ac Imperii ſacri juribus, quæ diverſorum Magnatum & procerum in Italia & aliis finibus conſiſtentium turpis conculcare tentavit ambitio, propria aperire non horruerunt æraria, inſidioſis bellorum ſe ſubmiſerunt eventibus, ipſorumque ſollicitudine actum eſt, ut ipſa jura ſtabili & fixo remanerent in robore, & pro eisdem recuperandis Imperium quieſceret à labore.

§. 3. Hæc igitur & alia multiplicia probitatis merita & præclaræ devotionis inſignia, quæ in te & eisdem primogenitoribus tuis Domus Mediolanenſis pia mater radicavit antiquitas, & grata novitas ſolidavit, limpidius intuentes; non per errorem aut improvidè, ſed animo deliberato, ſano Principum, Comitum, Baronum, nobilium, procerum & aliorum noſtrorum & ſacri Imperii fidelium accedente conſilio, te, Princeps dilecte, *non ad tuæ petitionis inſtantiam, ſed de benignitate Regia, motuque proprio*, ac tuæ originis nobilitate poſcente, prout præſertim *latitudo tui Dominii* & amplæ tuæ ditioni ſubjecta ſpatia, nec non & intemerata fides tuæ univerſitatis & populi, quæ vetuſto jam tempore ſacrum honoraverat Imperium, non immeritò requirebant:

§. 4. Hodie in nomine Domini & Salvatoris noſtri, à quo omnis Principatus & honor provenire cognoſcitur, illuſtravimus & illuſtramus, & in *Ducem Civitatis & Diœceſis Mediolani* ſublimavimus, ereximus, decoravimus, & ſublimamus, erigimus & decoramus de Romanæ Regiæ plenitudine poteſtatis; decernentes expreſsè, quod tu, heredes & ſucceſſores tui Duces Mediolani perpetuis in antea temporibus omni dignitate, nobilitate, jure, poteſtate, libertate, conſuetudine & honore gaudere debeatis & frui continuò, quibus alii ſacri Imperii Principes & nominatim Duces illuſtres fruiti ſunt hactenus & quotidiè potiuntur. Terras quoque tuas, oppida, caſtra, munitiones, villas, provincias, diſtrictus, montes, colles & plana, cum omnibus ſilvis, rubetis, aquis, pratis, aquarumve decurſibus, paſcuis, piſcinis, piſcaturis, teloneis, monetis, judiciis, *bannis, ſive inhibitionibus venationum & pœnis inde ſequentibus*, conſuetudine vel de jure, Baronibus, Baroniis, feudis, feudatariis, vaſallis, vaſallitiis, militibus, clientibus, judicibus, civibus, nobilibus, plebeis, ruſticis, agricolis, pauperibus & divitibus, & omnibus eorum pertinentiis, ſicut prædicta & eorum quælibet latitudo tui Dominii comprehendit, in verum principatum & Ducatum ereximus, erigimus, inſignimus ac de prædictæ Romanæ Regiæ poteſtatis plenitudine decoramus; tibi illuſtri Johanni Galeas Duci Mediolanenſi Ducatum ſeu Principatum hujusmodi in omnibus honoribus, nobilitatibus, juribus, privilegiis & immunitatibus, quemadmodum Ducatus ſeu Principatus inſignes ab illuſtribus Romanis Imperatoribus ſeu Regibus poſſidentur vel tenentur, ſeu poſſideri conſueverunt hactenus & à ſacro Romano Imperio dependent in feudum, de benignitate Regia conferentes.

§. 5. Decernentes & hoc Romano Regio ſtatuentes Edicto, quod tu heredes & ſucceſſores tui perpetuò Duces & Principes Civitatis & diœceſis Mediolanenſis nominari & appellari debeatis; & tamquam cæteri Imperii Duces & Principes teneri & honorari, & utique ab omnibus reputari, omnique tunc privilegio, honore, gratia, dignitate & immunitate absque impedimento perfrui, quibus alii ſacro-ſancti Imperii Duces & Principes in dandis ſive recipiendis juribus, in conferendis ſeu ſuſcipiendis feudis & omnibus aliis illuſtrem ſtatum & conditionem Ducum ſive Principum concernentibus fruiti ſunt hactenus, ſeu quomodolibet potiuntur quodque quidem tu, heredes & ſucceſſores tui Duces Civitatis & diœceſis

Digitized by Google

cesis Mediolanensis, Ducatum seu Principatum eundem cum omnibus suis pertinentiis, sicut superius expressatur, à nobis nec non à Serenissimis Romanorum Imperatoribus & Regibus successoribus nostris, & ab ipso Romano Imperio, quoties opportunum fuerit, debito solemnitatis honore, *cum vexillis, ut moris est*, & solita reverentia suscipere debeatis, nobisque, ac eisdem nostris successoribus in casibus præmissis, sicut alii Imperiales Duces & Principes, præstare & facere fidelitatis, homagii, obedientiæ & subjectionis debita corporalia juramenta.

§. 6. Gaude igitur, Princeps novelle, & de impenso tibi per nostram Celsitudinem munere tua proles exultet; lætare, Comes virtutum, quem nostra Serenitas speciali & ampla retributione prævenit, quam hucusque aliis tibi paribus imò etiam & majoribus denegavit. Operatio tua tam grato concordet cum nomine, ut, auctore Deo concessa tibi per nos potiri valeas feliciter dignitate; tende ad laudum celsa vestigia, ut priores tuos, quos honore superas, virtute transcendas, bonorum exempla sequere & *ingenuitatis* memor tuæ per viam probitatis incede; incumbe per amplius constantiæ simul ac fidei, sicut ut te prior honor dignum fecit altera, ita secundus tertia faciat dignitate.

§. 2. Quibus verbis per ipsum Dominum Comitem Tancarvillæ sic dictis & prolatis, præfatus Dominus Dux Britanniæ proprio ore respondit in vulgari: *Sic ego ipsum facio.* Et his dictis Dominus Rex osculatus est ipsum Dominum Ducem, prout in talibus est fieri consuetum: quibus sic actis, in eodem instanti nobilis & potens Vir Dominus *Arnaldus de Corbeia, miles Cancellarius Franciæ* dictus exposuit alta & intelligibili voce verbis Gallicis subsequentia in effectu. Domine Dux Britanniæ, homagium, quod fecisti Domino Regi hic existenti, intelligit ipse Dominus Rex, *quod dictum homagium sit ligium.* Quoniam omnia homagia, quæ sibi faciunt, & præstant Vasalli sui, & maximè Pares Franciæ, de quibus estis unus, sunt ligia etiam: & Dominus Dux Burgundiæ fecit dicto Domino Regi & prædecessoribus suis homagium ligium pro *Ducatu Burgundiæ:* & similiter pro Pareriis, quas habet, & tenet ipse Dominus Dux ratione Ducatus & Comitatus prædictorum. Et ut sciatis, quod ita est, & vestri prædecessores Duces Britanniæ hommagia talia fecerunt prædecessoribus dicti Domini Regis, vos audietis legere certas litteras, quas dicti prædecessores vestri olim fecerunt: & tradiderunt Regi Franciæ pro tempore existenti, quæ de hoc faciunt expressam mentionem. Et ilico tunc per me Joannem de Sanctis notarium infra scriptum de mandato ipsius Domini Regis, & dicti Domini Cancellarii fuerunt lectæ duæ litteræ sanæ & integræ, tam in membranis, quam in scripturis & sigillis, prout prima facie apparebat: quarum primæ tenor talis est.

§. 5. *Arturus Dux Britanniæ & Aquitaniæ, Comes Andegavensis, & Cenomanensis* universis, ad quos litteræ præsentes pervenerint, salutem. Noveritis, quod ego feci charissimo Domino meo Philippo Regi Franciæ illustri homagium ligium contra omnes, qui possunt vivere vel mori de feodo Britanniæ,

& de

Digitized by Google

& de Andegavenſi, & de Cenomanenſi, & Turonenſi, quando Deo volente ipſe vel ego prædicta acquiſierimus; ſalvis omnibus teneamentis, de quibus ipſe Dominus Rex, & homines ſui tenentes erant eo die, quo ipſe *diffiduciavit Joannem Regem Angliæ*, & pro interceptionibus,, quas ei fecerat de hâc ultima guerra, * de qua ipſe *obſedit Boutavant*: tali modo, quod quando ego recipiam hommagia de *Andegavenſi, & de Cenomanenſi, & de Turonenſi*, ego recipiam hommagia illa, ſalvis conventionibus inter ipſum & me factis; ita quod ſi ego reſilierim à conventionibus inter ipſum & me factis, * ipſi cum feodis ſuis ibunt ad Dominum Regem, & ipſum juvabunt contra me. Inſuper autem *de dominio Pictavenſi* feci eidem Domino meo Regi homagium ligium, ſi Deus dederit, quod ipſe vel ego eum quocunque modo acquiſierimus. Barones verò Pictavenſes, qui imperii Domini Regis ſunt, & alii quos ipſe voluerit, facient ei homagium ligium de terris ſuis contra omnes, qui poſſunt vivere vel mori: & de præcepto ipſius facient mihi *hommagium ligium, ſalva fide ejus.* Si autem illuſtris *Rex Galliæ* in terra aliquod jus clamaverit, per judicium Curiæ Domini noſtri Regis Franciæ diffinietur, ſi ipſe Dominus noſter Rex Franciæ prædictum Regem Caſtellæ, & me de utriusque noſtrum aſſenſu, eon poterit pacificare. * *De Normania ſic erit*, quod Dominus noſter Rex Franciæ hoc quod acquiſivit, & de eo, quod Dominus ipſi dabit acquirere, ad opus ſuum retinebit, quantum ſibi placuerit de terra Normaniæ. Actum apud * Garnocum, *anno Domini milleſimo ducenteſimo ſecundo, menſe Julio.*

§. 4. Tenor verò ſecundarum litterarum ſequitur in his verbis. Ego *Joannes Comes Britanniæ* notum facio univerſis, tam præſentibus quam futuris, quod ego chariſſimo Domino meo *Ludovico Regi Franciæ* illuſtri, tanquam *Domino meo ligio* promiſi & juravi, quod nullo unquam tempore guerram ei faciam, nec heredibus ejus, nec per me nec per alium, nec alicui inimicorum ejus adhærebo, qui guerram cum ipſo habeat, vel cum heredibus ejus, vel in treuga ſit erga ipſum vel heredes ipſius. De his autem omnibus à me toto tempore vitæ meæ firmiter obſervandis feci ſecurum Dominum Regem per homines meos videlicet *Andream de Vitriaco, Radulphum de Fougeriis, Herveum de Avaugorio, Draconem de Melloco, Gaufridum de Poencejo, & Dominum Caſtribrientii*, qui de mandato meo eidem Domino Regi promiſerunt & juraverunt, & ſuas patentes litteras ipſi dederunt: quòd, ſi ego ab obſervatione conventionum prædictarum deficerem, ipſi cum totis feodis & terris, quæ de me tenent, ad ipſum vel heredes ejus venirent, & cum ipſis contra me ſe tenerent, donec ad voluntatem eorum eſſet emandatum; & ad hoc per totam vitam meam tenebuntur, & poſt deceſſum meum ab hac peregrinatione erunt liberi & immunes. Si autem aliquis dictorum *plegiorum* decederet, ego heredem ejus, vel alium competentem in eadem forma teneor ſubſtituere loco ejus. Juravi inſuper, & promiſi eidem Domino Regi tanquam Domino meo ligio, quod omni tempore vitæ meæ ipſi, tanquam Domino meo ligio & heredibus ejus fideliter ſerviam, & quod ab eorum fideli ſervitio ullo unquam tempore non recedam: quod ut firmum ſit & ſtabile in futurum, præſentes literas ſigilli mei munimine confirmavi. Actum *anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo nono*, menſe Martio.

§. 5. Qua lectura utriusque dictarum literarum ſic ad audientiam omnium facta, translationes ipſarum factæ de verbo ad verbum in vulgari ſermone etiam lectæ fuerunt. Poſt quarum literarum & earum translationum lecturam ſic factam, *Bernardus de Carohan dicti Domini Ducis Conſiliarius* præfato Domino Duci tunc aſſiſtens, dixit, quod ipſe Dominus Dux, & gentes ſecum exiſtentes benè intellexerant contenta in literis ſupra lectis: de ipſisque petiit copiam pro parte Domini Ducis ſupra dicti; dixitque poſtmodum, quod ipſe Dominus Dux dictum homagium fecerat ſalvis libertatibus, præroga-

rogativis & honoribus ducatus Britanniæ. Et etiam præfatus Dominus Cancellarius Franciæ tunc dixit, quod Rex receperat & recipiebat homagium prædictum, salvo jure suo & alieno. De quibus omnibus & singulis dictus Dominus Cancellarius Franciæ nomine dicti Domini nostri Regis, & pro ipso, ut decebat, petierat, & petiit fieri ad opus ipsius Domini nostri Regis unum publicum Instrumentum, seu publica Instrumenta.

§. 6. Acta fuerunt hæc anno, indictione, die, mense & Pontificatu supra dictis: præsentibus inclyto & potenti Domino Carolo Domino Dalbreto *Constabulario Franciæ*, dicto Domino Cancellario, Reverendis Patribus Joanne Noviomensi, Joanne Carnotensi Episcopis, nec non magnificis & potentibus Dominis Jacobo de Bourbonio, Domino de Preaux, dicto Domino Comite de Tancarvilla, Joanne de Montagu vice Domino Laudunensi *hospitii dicti Domini nostri Regis superiori magistro*, Joanne de Hangesto, Domino de Hacquevilla *magistro balistariorum*, Reginaldo de Fria *Admirallo Franciæ*, nobilibus quoque Dominis Hutino Domino de Tivonea, Guillermo Martelli Domino de Basquevilla, Collardo de Estouteville Domino de Torcy, Strabone de Heusa, Collardo de Callevilla, Oliverio de Mauny Domino de Lesnen & Miniac, Carolo Domino de Savoysi, Joanne Chanteprune dicti Domini nostri Regis Consiliario, pluribusque aliis militibus & scutiferis, & aliis personis in multitudine magna pro parte dicti Domini nostri Regis, & cum ipso ibidem existentibus. Et cum ipso Domino Duce Britanniæ reverendis in Christo patribus Ancello Rhedonensi *Cancellario dicti Domini Ducis*, Bernardo Nanetensi, Guillelmo Briocensi Episcopis, ac Joanne de Pontbriand Abbate monasterii de Rhedon ordinis sancti Benedicti, nobilibusqve & potentibus viris Dominis, Joanne Domino de Rieux, *Mareschallo Franciæ*, Joanne de Laval Domino du Gavre Carolo de Dinan, Domino Castribriandi, Guillelmo Domino de Mantelbano, Joanne Raguenel, Vicecomite de la Belliere, Joanne Viarii, Guidone de Laval, Herveo de Castrogirono, Petro Eder, & Joanne le Barbu militibus, Guillelmo de Rieux, Petro de Rieux, Tristano de Landa, Joanne Meschinot, Joanne de la Musse, & Petro de Chastellay scutiferis, pluribusqve aliis testibus ad præmissa vocatis.

CXVII. *Restitutio obedientiæ facta Benedicto XIII.* 1403.

LA declaration faicte par le Roy nostre Sire le vingt huictiesme jour de May mil quatre cens trois, sauve & demeurant en sa vertu, & le serment sur ce par luy faict presents &c. Le Roy estant à nostre Dame le plus solemnellement que faire se pourra, fera publier son entention & declaration dessus dicts presens Nosseigneurs les Ducs.

§. 2. Item Monsieur le Duc de Orleans *se faict fort d'avoir des Bulles de nostre Sainct Pere de l'acceptation de la voye de cession* des trois cas, contenus en l'instrument, que mon dict Sieur d'Orleans a sur ce.

§. 3. Item mon dict Seigneur d'Orleans se faict fort comme dessus d'avoir Bulles de nostre dict Sainct Pere; par lesquelles il revocquera toutes protestations, se aucunes en a faictes contre la voye de cessiion, & revoquera & annullera tous procès, se aucuns en a faicts ou faict faire, pour occasion de la dicte subtraction, & qu'il n'en fera, ne fera faire aucuns dorenavant.

§. 4. Item que des autres *articles contenus au Traicté des Cardinaux*, en tant qu'il regarde le Roy & son Royaume, mon dict Seigneur se faict fort d'avoir Bulles, comme dessus, affin que le Roy & ceux de son Royaume s'en puissent aider.

§. 5. Item que nulle discussion ne sera jamais faite de la subtraction, au Concile general ne autre part; & toutes injures, qui ont esté faictes

ſtes ou dictes à cauſe d'icelle, ou empeſchements données d'une part & d'autre, ſeront adnullés & pardonnés, & mon dict Seigneur ſe faict fort d'avoir bulles comme deſſus.

§. 6. Item le Roy noſtre dict Seigneur ſuppliera à noſtre dict Sainct Pere, qu'il veuille moderer les charges, qui ſont ſur l'Egliſe de France, & nos dicts Sieurs les Ducs par le commandement au Roy feront la diligence de ſe purſuir par devers noſtre dit Sainct Pere.

§. 7. Item le Roy ne l'Egliſe de France n'entend point qu'aucune choſe ſoit innouée es *collations & promotions faictes par les ordinaires durant la ſubſtraction*, toutes fois ſe aucunes des dictes collations & promotions eſtoient alleguées eſtre nulles ou non vallables ou adnullées pour Symonie ou autre cauſe raiſonnable, ſelon droict non touchant la ſubſtraction, le Pape en fera ou pourra faire ce qu'il appartient de droict, juſtice & raiſon, & auſſy il pourra confermer s'il luy plaiſt les dictes promotions ou collations, ou aucunes d'icelles au proffict & faveur de ceux qui les ont eues par les dicts ordinaires, toutes voyes aucun empeſchement ſera mis pour quelconque *reſervation ou vacation en Cour des Beneſices*, qui ont vacqué durant la ſubſtraction.

§. 8. Item *le Pape celebrera un concile general de ſon obeiſſance*, dedans un an ſelon la forme de droict, le plustoſt que faire ſe pourra, auquel ſera traicté & appoincté de la pourſuite de l'union deſſus deſſus dict, & *des reformations & libertés de l'Egliſe*, & des ſubſides & charges quelsconques, qui ſont de par de Cour de Rome ſur l'Egliſe de France; & *le Pape mettra à execution ce qui ſera appoinctié & ordonné au dict Concile.*

§. 9. Item pour adviſer aucuns expedients ſur la dicte moderation, & ſur la pourſuite de l'union, Reformation, & bon regime de l'Egliſe, ſeront de par le Roy & l'Egliſe de France en cette aſſemblée commiſes aucunes bonnes perſonnes de grand ſcieux & bonne conſcience; affin que la maniere, qui pourra eſtre traictiée au dict Concile ſoit aucunement par eux adviſé. Charles, Jean, Loys & autres ſignatures qui ne ſe peuvent lire.

§. 10. Karolus Dei gratia Francorum Rex. Summus omnium bonorum diſpoſitor & creator, qui ſua miſeratione nos ad Regni faſtigium ſublimare dignatus eſt, cujusque imperio cuncta creata ſubjecta ſunt, ſicuti (prout) ſibi placitum eſt de iis quæ inter mortales agitantur ordinat, ita quæ per ſapientiam hujus mundi concluduntur, interdum mutari diſponit, hominum quoque mentes ad hæc optat, (aptat) ut prudentia virtutem inſequentes, prout rerum ac temporum varietas exigit, ſic ſe temporibus accommodent.

§. 11. Sanè ſatis & meritò meminimus, noſtræque mentis acies continua lugubrique meditatione revolvit, quæ & quanta, quam dura, quamque nefanda *peſtis hujus virulenti ſchismatis* proh dolor, nunc & ab inveteratis diebus in Eccleſia ſancta Dei diſcrimina parturiit, quibus etiam per illud periculorum laberinthis ortodoxorum animæ ſubjectæ ſunt, pro cujus extirpatione ferventi deſiderio caritateque ſuccenſi, quibuscumque viis & modis poſſibilibus, nullis parcendo laboribus aut expenſis, pluribus congregationibus frequentatisque conſultationibus Prælatorum, Magnatum, Cleri & Procerum Regni, Delphinatusque noſtrorum ſuper hoc habitis, nec non ambaxiatis ſolemnibus quam plurimis apud Reges multos & Principes Chriſtianitatis ob hoc factis, totis niſibus curavimus laborare.

§. 12. Et tandem usque ad hoc deventum eſt, quod dictis prælatis & Clero dicti Regni & Delphinatus noſtrorum in hac noſtra civitate Pariſienſi quinquennio fere jam exacto congregatis concluſum eſt, ſummo Pontifici

Digitized by Google

Papæ Benedicto XIII. obedientiam ſibi jam exhibitam debere ſubſtrahi, quia viam ceſſionis non acceperat ſibi oblatam, ſub illa ſpe, quod per hoc unio ipſius Eccleſiæ velocius ſequeretur.

§. 13. Qua quidem concluſione ad effectum deducta, & ſi ad eam inducendam multæ cauſæ & rationes apparerent, tamen fructus optatus ac exinde ſperatus minime ſecutus eſt, intruſusque, cujus pertinacia propter hoc per ſubſtractionem ſuorum ſequacium flecti credebatur, nedum in aliquo depreſſus eſt, ſed in ſua duritia pertinacius, ut aſſeritur, perſeverat, dictique ſui ſequaces non modo ſe à ſua obedientia minime ſubſtraxerunt, verum in ſua obſtinatione magis ac magis cotidiè roborantur.

§. 14. Quamobrem his in interiori noſtra meditatione penſatis fructum illum à dicta ſubſtractione ſperatum ſubſequi non videntes; attendentes etiam, quod prout ad noſtras aures inſtrumenta publica & cariſſimorum amicorum noſtrorum *Preneſtini & Saluciarum Cardinalium* aliorumque fide dignorum relatus jam devenit, *præfatus ſummus Pontifex viam ceſſionis ab eo requiſitam acceptavit*, ad finem quod per hoc vera unio in Chriſti Eccleſia ſubſequatur; quam quidem viam ceſſionis intruſus ſuper hoc pluries cum inſtantia maxima requiſitus acceptare pertinaciter recuſavit, *quodque ſacrum Collegium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium*, quos inter cæteros intrinſecus rei hujus penetrario mentalis accuratius præurgere videtur, præcedentibus maturis conſultisque deliberationibus, prout tantorum virorum diſcretionum intereſt & opus eſt tanto facto, inter ipſum ſummum Pontificem & eos agitatis & concluſis; à ſubſtractione per eos dudum facta omnimode deſiſtentes *præfato ſummo Pontifici ſuam plenam obedientiam reſtituere decreverunt*, firmiſſime confidentes, ut aſſerunt, quod per hoc ad dictam unionem citius poterit deveniri.

§. 15. Quapropter præmiſſis præmotus & merito noſter animus, quem ſemper ad ea quæ dictæ unioni proficere viderentur promtiſſimum habuimus & habemus; veſtigia progenitorum noſtrorum imitantes, qui nunquam in factis univerſalis Eccleſiæ defuiſſe leguntur, ſed ſemper in iis adhæſiſſe veritati, notum facimus univerſis, præſentibns & futuris, quod nos in Domino, cujus cauſa agitur ſpem ponentes, quod per reſtitutionem obedientiæ per nos dicto ſummo Pontifici faciendam amœnæ pacis Eccleſiæ ſanctæ Dei ſolatio, nobis cæterisque Principibus hujus obedientiæ invicem fidei caritate unitis poterunt facilius & citius procurari; & conſilio & aſſenſu cariſſimorum patruorum noſtrorum *Ducum Bituriæ & Burgundiæ, Germanique noſtri Ducis Aurelianenſis, & Avunculi noſtri Ducis Borbonii*, de conſilio præterea prælatorum, *univerſitatum* Pariſienſium, Aurelianenſium, Tholoſani, Andegavenſum & Montiſpeſſulani, Procerum ac nobilium plurimorum Regni noſtri, ſuper hoc ex intentione à nobis evocatorum, in ipſius Dei nomine, quem ſolum habemus præ oculis, ipſam ſubtractionem in dictis Regno & Delphinatu noſtris de cætero ceſſare & nullius roboris in futurum eſſe decernentes, veram obedientiam præfato ſummo Pontifici Benedicto XIII. pro nobis toto Regno & Delphinatu prædictis, ſubditisque noſtris quibuscumque & cujuscumque ſtatus & conditionis exiſtant, de noſtra certa ſcientia, maturaque deliberatione habita cum prædictis reſtituimus, eidemque ſummo Pontifici tanquam Papæ & vero Vicario Domini noſtri Jeſu Chriſti, deinceps per ipſos ſubditos noſtros obedire volumus, declaramus, ſancimus, præcipimus & mandamus; ſicuti anteactis temporibus Pontificibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ per eosdem extitit obeditum.

§. 16. Diſtinctius inhibentes cunctis ſubditis noſtris jam dictis, quatenus ſanctionem & declarationem noſtras nullatenus infringere, nec eis auſu temerario contraire præſumant. Quod ſi quid aliqui ipſorum, contra

præmiſſa

Digitized by Google

præmissa facere præsumpserint, indignationem nostram cum gravi animadversione se senserint incursuros. Mandamus insuper & expressius injungimus universis justitiariis nostris & eorum cuilibet, prout ad eum pertinuerit, quatenus restitutionem hujusmodi & omnia supra scripta in cunctis locis famosis & notabilibus jurisdictionum suarum, ut ad omnium notitiam deducantur, faciant solemniter ac etiam celeriter publicari; & quos contra facere repererint, graviter sic puniant, quod cæteris cedat in exemplum. Quod ut perpetuæ soliditatis robur obtineat nostrum præsentibus fecimus apponi sigillum. Datum Paris. die penultima Maji anno Domini 1403. & Regni nostri 22. sic Signatum per Regem, Dominis Ducibus Bituriæ, Burgundiæ, Aurelianens. & Bourbonii, nobisque & quampluribus aliis de magno consilio præsentibus. P. Ferron: Lecta & publicata in Curia 19. Junii, anno 1404. Baye.

CXVIII. *Tractatus inter Regem Galliæ* Carolum VI. & Gabrielem Mariam *fratrem Ducis Mediolanensis, Dominum Pisæ*, 1404.

CArolus Dei gratia Francorum Rex, *& Dominus Januæ*, notum facimus universis præsentibus pariterque futuris, quod visis & attentis contentis in litteris seu publico Instrumento, cujus seu quarum tenor sequitur in his.

§. 2. Strenuus miles Dominus Joannes Dominus Castrimorandi *Sindicus, Ambassiator & Procurator* illustris magnifici Domini Domini Joannis le Meingre dicti Boucicault Marescalli Franciæ Locum-tenentis Serenissimi Domini Francorum Regis, habens ad infra scripta plenam potestatem *& bailliam* vigore publici Instrumenti scripti manu Juliani Panisarii Notarii & *Communis Januæ Cancellarii*, die decima tertia præsentis mensis ex una parte: & magnificus Dominus *Gabriel Maria de Vicecomitibus Pisarum Dominus* suo nomine & successorum suorum ex altera; pervenerunt & pervenisse sibi ad invicem confessi fuerunt ad infra scripta pacta, transactiones, conventiones & compositiones, solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus; renunciantes sibi invicem exceptioni dictorum pactorum & conventionum, non factæ rei, sicut supra & infra * non esse non se habentis, doli mali, metus, in factum actioni, conditioni sine causa, & omni alii juri. Videlicet, quod dictus magnificus Dominus Gabriel Maria Pisarum Dominus promisit & convenit dicto spectabili Domino Johanni Domino Castrimorandi dicto nomine stipulanti, & ad cautelam nobis Juliano Panisario Notario & communis Januæ Cancellario, & Framochio quondam Framochii Notario & communis Pisarum Cancellario, tanquam personis publicis officio publico stipulantibus & recipientibus, nomine & vice dicti Serenissimi Domini nostri Francorum Regis & successorum suorum in Regno; se esse & perpetuò futurum, bonum & fidelem *Vasallum* ejusdem Serenissimi Domini nostri Francorum Regis & successorum suorum *pro & de Civitate Pisarum*, & districtu, castris, juribus & jurisdictionibus, hominibus & fidelitatibus hominum, terris, locis & pertinentiis suis, & quibuscumque aliis terris & locis per ipsum & successores suos de cætero recuperandis & acquirendis; & ipsa omnia cum mero & mixto Imperio & omnimoda potestate & jurisdictione tenere in *feudum* nobile & gentile, *paternum & antiquum* ab ipso Serenissimo Domino nostro Rege & dictis successoribus suis, sub modis, pactis, formis & conditionibus infra scriptis.

§. 3. Videlicet quod salvis semper & exceptis his, quæ *de castro & turri Liburni* dicentur inferius, teneatur dictus Dominus Gabriel Maria investi-

turam recipere de prædictis à dicto domino Regio Locum-tenente vel à dicto domino Johanne domino Castrimorandi dicto procuratorio nomine, & eidem præstare debitum fidelitatis juramentum.

§. 4. Item quod dictus Dominus Gabriel Maria teneatur guerram & pacem habere & facere cum omni dominio, communitate, persona & natione (exceptis tamen *fratribus* ipsius Domini Gabrielis Mariæ, videlicet, Dominis *Duce Mediolani & Comite Papiæ*, quos & dictus Locum-tenens Regius vel dictus dominus Joannes procurator dicto nomine propter parentelam, quam habent cum Illustrissimo domino Duce Aurelianensi, & dictus dominus Maria, qui fratres ejus sunt, libenter excipiunt) quandocumque, ad mandatum vel simplicem acquisitionem ejusdem serenissimi Regis & cujuslibet Locum-tenentis ejus, tam *de persona* ipsius domini Gabrielis Mariæ, quam de dictis civitate, castris & territorio Pisarum, quàm etiam de hominibus supra dictis; & alia etiam facere teneatur & debeat, quæ bonus & fidelis vasallus, gentilis & nobilis de vero suo domino facere tenetur & debet. Sanè tamen intellecto, quod si Serenissimus dominus noster Rex aliquos ex dictis hominibus in aliqua guerra ipsius domini nostri, vel ejus Locumtenens exercere voluerit, tunc dabit eisdem hominibus rationabile stipendium vel expensas congruas faciet.

§. 5, Item quod dictus dominus Gabriel Maria & ejus descendentes & successores in dicto feudo dabunt quolibet anno eidem serenissimo domino nostro Regi vel ejus Locumtenenti *equum unum vel falconem* unum peregrinum, in *signum recognitionis* veri domini & feudi prædicti.

§. 6' Item quod in locis & fortalitiis Pisarum & ejus territorii erigi & tenere facere possit, teneatur & debeat dictus dominus Gabriel Maria diebus & horis solitis *vexilla* insignis Regii in illis scilicet, in quibus vexilla aliqua, & specialiter dominii dictæ civitatis, erigi & teneri consueverunt.

§. 7. Item quod dictus dominus Gabriel Maria ponet statim *in manibus & virtute* dicti Johannis domini Castrimorandi dicto nomine, vel ordinandi & constituendi ab eo, *castrum & turrim Liburni* custodiendas per dictum Serenissimum dominum nostrum Francorum Regem, vel deputandos ab eo, aut ejus Locumtenente nomine Regio in perpetuum, expensis ipsius domini Gabrielis Mariæ & successorum suorum, pro securitate Regis & observantia omnium prædictorum, & pro utilitate dicti domini Gabrielis Mariæ; Acto etiam inter partes, quod dictus Serenissimus dominus Rex, aut alius pro eo non possit ponere ad custodiam dicti castri sive fortalitiæ Liburni aliquem Januensem vel subditos communis Januæ, sed sint tales deputandi ad dictam custodiam *Francigenæ*, confidentes dicti domini Gabrielis Mariæ, vel alii extranei, de quibus placuerit ipsi domino nostro Regi, vel ejus Locumtenenti.

§. 8. Item est pactum, quod dictus Serenissimus dominus noster Rex non habeat neque exerceat jurisdictionem aliquam in terra Liburni & pertinentiis ejus, salvis supra scriptis & salvo in custodiendo & custodiri faciendo proprio nomine ipsius seteniſſimi domini nostri Regis, & ad bonum & utilitatem dicti domini Gabrielis Mariæ dictum castrum & turrim Liburni.

§. 9. Item est pactum, quod dictus serenissimus dominus Rex noster dictum castrum & turrim Liburni vendere, pignorare, aut alienare non possit contra & præter voluntatem dicti domini Gabrielis Mariæ.

§. 10. Item est pactum, quod dictus serenissimus dominus Rex prædictus vel ejus Locumtenens mandet deputandis per eum ad custodiam dicti castri & turris Liburni, quod recipiant & *receptent in dictas castrum & fortalitiam* dictum dominum Gabrielem Mariam, & magnificam ejus matrem, quoties voluerint castrum & fortalitiam prædictam intrare.

§. 11. Item

Digitized by Google

§. 11. Item est pactum, quod dictus sereniſſimus Dominus noſter Rex vel ejus Locumtenens mandet dictis deputandis ad cuſtodiam dicti caſtri & turris, quod non permittant aliquam gentem, cujuscumque conditionis exiſtat, intrare aut ingredi portum aut terram prædictam Liburni contra conſuetudinem dictæ terræ, ſine voluntate dicti Domini Gabrielis Mariæ, aut ejus vicarii in terra prædicta, ſalvo ſi talis gens miſſa eſſet vel mitteretur in dictam terram per dictum ſereniſſimum Dominum Regem vel ejus Locumtenentem pro bono & ſalute dictarum terræ & fortalitiæ Liburni.

§. 12. Item eſt pactum, quod ſi (quod abſit) dicta terra Liburni capta vel obſeſſa eſſet ab inimicis Gabrielis Mariæ, vel ipſa terra quocumque modo rebellaret, ad cuſtodiam dicti caſtri deputandi teneantur *dare tranſitum* per dictum caſtrum omnibus armigeris & gentibus, quos dictus Dominus Gabriel Maria in dictam terram per dictum caſtrum transmittere voluerit, pro defenſione, ſalute & recuperatione dictæ terræ Liburni, ſi opus fuerit.

§. 13. Item eſt pactum & promiſit dictus Dominus Sindicus & Ambaſſiator dicto nomine, quod dictus Sereniſſimus Dominus noſter Rex & ſucceſſores tui in Regno defendent, manutenebunt & conſervabunt dictum Dominum Gabrielem Mariam & ejus ſucceſſores contra quoscumque ipſum offendere volentes, & ſimiliter contra quoscumque ipſum præſentialiter offendentes, & ejus inimicos, ſicut facere tenetur & debet quilibet dominus erga verum & fidelem ſubditum & vaſallum ſuum.

§. 14. Item eſt pactum, quod ſi defectu vel culpâ dictorum deputandorum ad cuſtodiam dicti caſtri vel aliter, dictum caſtrum perderetur vel perveniret in manus aut fortiam alicujus, dictus ſereniſſimus dominus noſter Rex per ſuam benignam gratiam habebit & tenebit ipſum talem, in cujus virtutem ipſum caſtrum, ut ſupra, perveniſſet, pro inimico, & faciet guerram contra ipſum, donec caſtrum ipſum recuperatum, & in manus ejus vel ipſius Locumtenentis repoſitum fuerit.

§. 15. Item promiſit dictus Dominus Joannes Dominus Caſtrimorandi Procurator dicti Joannis de Meingre, proprio ipſius nomine, habens de hoc plenam bailliam vigore inſtrumenti prædicti, quod ipſe dominus Joannes le Meingre ita faciet & curabit, quod dictus ſereniſſimus dominus noſter Rex habebit accepta, ratificabit ſolemniter & approbabit omnia & ſingula ſupra dicta & infra ſcripta infra menſes ſex proximè futuros & venturos.

§. 16. Dictus ſpectabilis Dominus Joannes Dominus Caſtrimorandi dicto nomine & vice ſereniſſimi domini noſtri Regis & ſuorum ſucceſſorum in regno, acceptans omnia & ſingula ſupra dicta cum pactis, modis, formis & conditionibus ſupra dictis, *inveſtivit* ipſum Dominum Gabrielem Mariam præſentem & recipientem, *per annulum aureum*, quem ipſe Dominus Sindicus & Procurator dicto nomine digito ipſius Domini Gabrielis Mariæ impoſuit, in feudum nobile, & quale ſupra, de dictis civitate, terris, caſtris & territorio Piſarum, juribus & jurisdictionibus ſupra dictis, & quibuscumque aliis per ipſum Dominum Gabrielem Mariam in futurum acquirendis & recuperandis; ſalvis tamen his, quæ de caſtro & Turri Liburni ſuperius dicta ſunt; & promiſit dictus Dominus Sindicus & Procurator dicto Domino Gabrieli Mariæ præſenti, ſtipulanti & recipienti plenè attendere & obſervare omnia & ſingula ſupra dicta, & facere, quæ tenetur occaſione Inveſtituræ prædictæ.

§. 17. Quibus quidem legitimè factis ſupra dictus Dominus Gabriel Maria dictam Inveſtituram in modum prædictum flexis in præſentia dicti Domini Procuratoris & Sindici genibus, recipiens reverenter & acceptans, *juravit* ad ſancta Dei Evangelia corporaliter tactis ſcripturis, & præſtitit eidem

Digitized by Google

eidem domino Sindico & Procuratori nomine Regio, ut ſupra recipienti fidelitatis debitæ ſacramentum, jurando & promittendo eidem domino Sindico & Procuratori ſe futurum fidelem Vaſallum prædicti ſereniſſimi domini noſtri Regis de ſupra dictis infeudatis & inveſtitis, & attendere, complere, & obſervare omnia & ſingula, quæ vigore & occaſione præſentis infeudationis tenetur, & quæ in capitulis veteris & novæ formæ fidelitatis juris Canonici & civilis continentur, ſalvis ſemper omnibus in præſenti inſtrumento contentis; quæ omnia & ſingula ſupra dicta dictæ partes dictis nominibus ſibi invicem promiſerunt attendere, complere & obſervare, & contra non facere vel venire de jure vel facto aliqua ratione vel cauſa ſub hypotheca & obligatione bonorum ipſorum præſentium & futurorum, ratis ſemper manentibus ſupra dictis.

§. 18. Actum Piſis in Palatio Reſidentiæ dicti Domini Gabrielis Mariæ in Camera magna inferiori, anno dominicæ nativitatis, milleſimo quadringenteſimo quarto indictione undecimâ, *ſecundum curſum Piſarum*, die decima quinta Aprilis horâ veſperarum, præſentibus Comite Guidone de Mutiliana, domino Geronæ, * *Marchione Eſtenſi*, domino Joanne domino de Capella milite, Paulo de Sabellis, Joanne de Colomna, domino Reynerio de Zazis de Piſis milite, Petro Malherba, Guillelmo Alexi, Petro de Montiono Secretario Regio, & Benedicto de Andoria Notario Cive Januæ, vocatis & rogatis. Julianus Panizarius Imperiali auctoritate Notarius, Regius Secretarius & communis Januæ Cancellarius prædictis omnibus unà cum dicto Framochio Notario interfui, & rogatus de eis præſens publicum inſtrumentum compoſui, cum additione ſupra ſcripta in ultima linea appoſita; quæ additio debet ſequi illud verbum, *matrem;* errore ſcriptoris omiſſa, quod tamen inſtrumentum per alium extrahi feci, aliis occupatus.

§. 19. Nos litteras ſive Inſtrumentum præinſertum omniaque & ſingula in eis contenta, in quantum opus eſt ac nos, heredes ac ſucceſſores noſtros Reges Franciæ concernunt & tangunt, concernereqve & tangere poſſunt aut poterunt in futurum, atque pro nobis & heredibus ac ſucceſſoribus noſtris, noſtroqve & eorum nomine promiſſa ſunt & conventa, ratas & gratas habentes, easdem laudamus, approbamus, ratificamus & confirmamus per præſentes ex certa ſcientia auctoritateqve Regia & gratia ſpeciali volentes & concordantes expreſsè eas & ea valere, inviolabiliterqve teneri & obſervari, perpetui & inviolabilis roboris firmitatem & ſtabilitatem nunc & perpetuis temporibus, absque variatione & infractione aliquibus obtenturas, & absque eo, quod *caſtrum & turrim Liburni* vendere, diſtrahere, donare extraque Regias manus ponere, ſeu transferre, aut aliàs contrà tenorem & formam Inſtrumenti ſupraſcripti, nec non & præſentium diſponere in toto ſeu in parte, nos aut ſucceſſores noſtri jam dicti valeamus, debeamus, aut nobis aut eis liceat præſentibus aut poſteris temporibus, quibuspiam titulo, occaſione, ſeu cauſa tacitis vel expreſſis; Quod ſi factum foret, aut fieri (quod abſit) contingeret in futurum, nullius eſſe valoris, imò haberi teneriqve volumus & ordinamus totaliter pro infectis, etiamſi de ipſis in præſentibus oporteret expreſſam & diſtinctam facere mentionem.

§. 20. Et ut hæc omnia & ſingula ſuperius contenta & declarata firma ſint & ſtabilia & roboris perpetui obtineant firmitatem, præſentes litteras noſtri ſigilli fecimus appenſione muniri. Datum Pariſiis menſe Auguſti, anno milleſimo quadrageſimo quarto, & Regni noſtri vigeſimo quarto. Sur le reply eſt eſcrit, Per Regem Domino Duce Bituriæ, Domino Joanne de Monteacuto *magiſtro magno hoſpitii* & pluribus aliis præſentibus; & au deſſoubs ainſy ſigné Ferron. A coſté eſt eſcrit, Collatio facta eſt, & au deſſoubs, ſigillata

Digitized by Google

ſigillata de mandato Regis expreſſo. Sçellé d'un ſceau pendant à un cordon de ſoye verte & rouge.

CXIX. *Bulla* Benedicti XIII. *de ceſſione acceptanda, Taraſcone 6. Id. Januar.* 1406.

BEnedictus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei univerſis Chriſti fidelibus ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem, ſcrutator mentium & omnium cognitor ſecretorum Dominus Jeſus Chriſtus, cujus vices in terris gerimus, licet immeriti clarè novit, quod à principio aſſumptionis noſtræ ad Apoſtolatus officium ad ſedationem peſtiferi ſchismatis (proh dolor!) in Dei Eccleſia nunc vigentis, quod diu ante ortum habuerat, nec tamen potuerat obviante inimico generis humani extirpari, & procurandum ſanctæ Dei Eccleſiæ ſalutiferam unionem, totis affectibus & omnimoda ſinceritate diligenti ſolicitudine cupivimus & incepimus laborare firmiter in noſtro proponentes animo id, quod expediens eſſet unioni Eccleſiæ adimplere pro viribus ſecundum eos modum & ordinem, quos divina juſtitia, ſincera caritas, animarum ſalus, & ipſius Eccleſiæ utilitas exegiſſent, de quibus etiam ſatis innoteſcere potuit diligenter & ſollicitè intuentibus, reſponſiones quasdam, quas circa materiam procurandæ unionis hujusmodi alias motam, & viam nobis ceſſionis apertam, recolimus nos feciſſe; verum quia hiis non obſtantibus, ut ex relatis fide dignorum & præſertim dilecti filii noſtri nobilis viri Ludovici Aurelianenſis Ducis percepimus nonnulli tam Eccleſiaſtici quam ſeculares conati fuerunt hactenus & etiam conantur nobis impingere, quod eminentiam hujus ſtatus, quem nobis, teſte Deo, non procuravimus ſic inordinata affectione contendimus retinere, quod nunquam fuimus intentionis nec ſumus, pro unione Eccleſiæ, *papali cedere dignitati*, nos præfato filio noſtro Duci Aurelianenſi, qui ſuper hiis & nonnullis aliis negotiis Eccleſiam & ipſius unionem tangentibus ad noſtram acceſſit præſentiam, ſinceritatem noſtræ intentionis, quam ſemper habuimus & habemus, & effectum, quem geſſimus, gerimus, & gerere intendimus ad ſalutem animarum omnium & Eccleſiæ unionem & pacem per ordinem & confidenter expreſſimus oraculo vivæ vocis.

§. 2. Qua expreſſione ſic facta ipſe nobis cum inſtantia ſupplicavit, quatenus expoſita ſibi de hujusmodi intentione & affectu noſtris ſub bulla noſtra plumbea & tradi faceremus in ſcriptis, per quam ipſe cariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo Regi Francorum illuſtri fratri ſuo, ſinceritatem noſtræ intentionis hujusmodi & affectum melius poſſet & convenientius intimare, & obduramur ora eorum, qui conficta obloquendi materia, veritati contraria divulgantes nos de ſiniſtra intentione in proſecutione unionis Eccleſiaſticæ diffamabunt.

§. 3. Nos igitur ne ex ſilentio & obmiſſione noſtris ſanctæ Dei Eccleſiæ & nobis aliquod poſſit impoſterum præjudicium generari, pro ipſius Eccleſiæ & noſtri juris conſervatione ante omnia præmittentes, quod per declarationem hujusmodi noſtræ intentionis ſeu hujus noſtræ Bullæ traditionem non intendimus, ſicut nec debemus, quomodocunque reſtringere Eccleſiæ libertatem, nec clavium poteſtatem, & noſtræ in aliquo derogare, nec nos judicio hominis cujuscumque ſubmittere, ſeu cuiquam alii neceſſitati adſtringere, nec ad aliud obligare quàm ad id, ad quod ſumus ex divinæ legis juſtitia, diſpoſitione jurium, & injunctæ nobis ſervitutis officio obligati, nec in aliquo penitus conſentire, quod rectæ & Catholicæ fidei non conveniat vel ſit contra bonos mores, ſeu in divinæ Majeſtatis offen-

Digitized by Google

ſam, cum noſtram intentionem ſic declarare, & declarationem ipſam dicto filio noſtro Duci, ut petivit, voluerimus tradere, ſolum ad ſervandum mentem prædicti filii noſtri Regis & aliorum, ad quos notitia hujus noſtræ declarationis pervenerit, quibus forſan notum non erat noſtræ intentionis propoſitum in hâc parte, & ad imponendum ſilentium nos diffamantibus, ut præfertur, & quieti ſtatus Eccleſiæ, prout melius poſſumus conſulendum; quod in præfatis noſtris reſponſionibus alias factis erat implicitum explicantes: declaravimus tenore præſentium noſtræ intentionis ſemper fuiſſe & eſſe, ubi ceſſio de papali dignitate & officio per nos fienda eſſet, & erit expediens Eccleſiæ ſanctæ Dei, & per eam & ex ea celeris & indubitata unio in Dei Eccleſia utiliter & ſalubriter ſequeretur, & Papali dignitati & ſtatui, ac noſtro indubio, * quod in eis habemus, pro Dei reverentia & animarum ſalute cedere affectu ſpontaneo, & perſonarum inſuper & vitam exponere corporalem, licet ejusdem intentionis noſtræ fuerit & ſit, juris & juſtitiæ vias, ubi per eas utiliter & ſalubriter unio Eccleſiæ fieri poſſet & poſſit, non excludere, tanquam conſonas divinis & canonicis inſtitutis animabus ſalubres & honeſtati ſanctæ matris Eccleſiæ concedentes, quascumque proteſtationes, ſi quas hujusmodi ceſſioni * cum ſit, ut præmittitur expediret, per nos fiendæ contrarias vel adverſas ſubſequatur, ſub quacumque ſerie, forma, ſeu expreſſione verborum forſam, ut aliqui ſuſpicantur, hactenus fecimus ad tollendam ſuſpicionem hujusmodi, caſſantes & adnullantes, ac habentes penitus pro infectis.

§. 4. Obſecramus igitur præfatum Regem & alios quoscumque Reges & Principes cunctosque fideles, ad quos declaratio hujusmodi noſtræ intentionis pervenerit, per viſcera miſericordiæ Jeſu Chriſti, cujus cauſa agitur & deprecamur, ac hortamur in Domino, ut pro Dei ſervitio & Apoſtolorum Petri & Pauli & ſedis Apoſtolicæ reverentia & animarum ſalute præfatam noſtram declarationem affectione filiali ſuſcipientes, & tantæ cladi matris Eccleſiæ, quæ eos regeneravit in Chriſto, benigno compatientes affectu, ad extirpationem præſentis ſchiſmatis, & ſalubrem proſecutionem Eccleſiaſticæ unionis, nobis velit ſuum benignum & favorabile impartiri auxilium, ut tenentur, ut per illud nobis & Eccleſiæ militanti favorabiliter præſtitum, & alia pia opera, quæ Domino inſpirante fecerint, poſt tranſitoriæ vitæ curſum permanſurum, conſequantur præmium & gaudium Eccleſiæ triumphantis.

§. 5. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ præmiſſionis, explicationis, declarationis, caſſationis, adnullationis, intentionis, obſecrationis, deprecationis & hortationis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Taraſcon. Avinion. Dioceſ. ſexto Id. Januarii, Pontificatus noſtri anno decimo.

CXX. *Bulla* Benedicti XIII. *de Concilio generali celebrando. Taraſconc* 6. *Id. Januar.* 1406.

BEnedictus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint ſalutem & Apoſtolicam benedictionem, nuper ſiquidem cum dilectus filius noſter nobilis vir Ludovicus Dux Aurelianenſis, cariſſimi in Chriſto filii noſtri Karoli Regis Francorum illuſtris germanus ſuper nonnullis negotiis Eccleſiam & ejus unionem tangentibus ad noſtram præſentiam acceſſiſſet, inter cætera pro parte dicti Regis nobis expoſuit, quod pro directione & proſecutione unionis

Digitized by Google

nis Ecclesiæ sanctæ Dei eidem Regi videbatur expediens celebratio Concilii generalis, nobis propterea ex parte ipsius Regis, & sua cum instantia supplicando, quatenus dignaremur generale Concilium, secundum formam sacrorum canonum celebrare. Nos autem qui à pluribus antea temporibus hoc captata oportunitate gerebamus in votis, supplicationem hujusmodi gratam habentes pariter & acceptam, dictique Regis modum & zelum in Domino commendantes eidem supplicationi omni promptitudine duximus annuendum, & quia ad celebrationem hujus Concilii favorem præfati & aliorum fidelium Regum & Principum nobis & Ecclesiæ Dei censuimus & censemus fore multipliciter oportunum, super nonnullis circonstantiis concernentibus ipsum Concilium ipsius Regis honori in hiis & aliis cupientes juxta posse deferre, prædicto Duci aperimus latius mentem nostram, paterno eum deprecantes & exhortantes affectu, quatenus apertum sibi nostræ mentis propositum Serenitati Regis ipsius serioſius vellet per ordinem explicare, ut sic de omnibus cessariis & oportunis tanto negotio habita provisione Deo grata, Ecclesiæ utili, & ipsius & aliorum Regum fidelium honestati congrua & honori, ad ulteriorem tanti negotii executionem salubrius & commodius, divina nobis suffragante clementia, procedere valeamus. Datum Taraſcon, Avinion. dioces. sexto Id. Januarii, Pontificatus nostri anno decimo.

CXXI. *Senatusconsultum Parlamenti sub nomine* Caroli VI. *Regis Franciæ, contra abusus Annatarum, aliarumque usurpationum* Benedicti *in sua obedientia dicti* XIII. II. *Septemb.* 1406.

CArolus Dei gratia Francorum Rex universis præsentes literas inspecturis salutem. Notum facimus, quod cum nuper pro parte quam plurimorum numero grandi Regni nostri Prælatorum Parisiis tunc existentium, nec non *filiæ nostræ dilectæ Universitatis studii Parisiensis*, nobis querulosè fuisset expositum, quod Ecclesiæ nostrorum prædicti Regni & Delphinatus Viennensis pro magnitudine gravium exactionum & onerum eisdem Ecclesiis *per Benedictum Papam XIII. quam suos anteceſſores*, contra communis dispositionem juris impositarum, oppressæ atque in tantum gravatæ hactenus fuerant & erant, quod eædem in magnam pauperiem ac ruinam corruebant, & in desolationem undequaque vergebant, nisi per nos de remedio sublevarentur; *Finantiæ* etiam super eisdem Ecclesiis exactæ de eodem Regno nostro in magnum & irreparabile Reipublicæ regni ejusdem nostri præjudicium exportabantur.

§. 2. A nobis quibus Ecclesiam, præsertim supra dictarum Regni & Delphinatus nostrorum ab omni oppressione præservari incumbebat, & unde specialiter astricti & obligati Deo, Creatori nostro rationem eramus reddituri, humiliter supplicando, quantocius providere dignaremur: ut Ministri & aliæ Ecclesiasticæ personæ divinis insistentes & famulantes, vivere, Ecclesias sibi concessas regere, earum ædificia in bono & decenti statu tenere, aliosque actus suam professionem & fundatorum suorum dispositionem concernentes exercere valerent. Et ob hoc nonnulli & plures *de nostro magno Consilio*, ad videndum & deliberandum super his & aliis Ecclesiam prædictam tangentibus, quid rationabiliter fieri posset & deberet dudum commissi & deputati, aliqua nobis super dictis exactionibus referenda vidissent, & advisassent seu deliberassent.

§. 3. Quia tamen *Prælatis & filiæ nostræ* præfatis videbatur dictam deliberationem largius declarandam fore, iidem Prælati & filia nostra aliquas declarationes & additiones cum deliberatione & advisamento supra dictorum

Digitized by Google

rum noſtrorum Conſiliariorum feciſſent; easque *noſtræ Parlamenti Curiæ* cum nominibus dictorum noſtrorum Conſiliariorum, qui dictæ deliberationi præſentes affuerunt, in quadam ſchedula ſub noſtro contraſigillo miſiſſemus, & per literas noſtras patentes eidem Curiæ noſtræ mandaſſemus, & eidem poteſtatem & auctoritatem impartiendo expreſſe injunxiſſemus, quatenus ad eandem Curiam advocatis & accerſitis *de noſtro prædicto magno Conſilio & Requeſtis noſtri hoſpitii* tot & talibus, prout eidem Curiæ noſtræ bonum videretur; Ipſa noſtra Curia Eccleſiæ prædictorum Regni & Delphinatus noſtrorum ſuper contentis in dicta ſcedula provideret, ſecundum quod nobis eſſe faciendum conſuleret; Prout hæc & alia latius & luculentius ex ipſarum noſtrarum ſerie ac tenore literarum liquebant: Conſtitutis propter hoc in eadem noſtra Curia Procuratore noſtro generali, nec non chariſſimi Patrui noſtri Ducis Bituricenſis, & ipſa filia noſtra univerſitate Pariſienſi, pro parte ejusdem filiæ noſtræ, ſub his verbis Apoſtolicis: Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè;

§. 4. Propoſitum fuit, quod ſacroſancta mater noſtra Eccleſia, entium ad inſtar naturalium & politiarum, macrocoſmi videlicet & microcoſmi (qui ſunt major & minor mundus) in pondere, numero & menſura à ſummo Creatore (Philoſophis atteſtantibus) dirigi debeat atque regi in ordine; quorum elementis quatuor primam diſtribuerat materiam idem Creator omnium, in ſuam grandem naturæ portionem eorum cuilibet totaliter conferendo, quantum alteri; & iisdem ex ſe invicem viciſſitudinem ſui alimenti & ſuſtentamenti referendo; adeò ut quod unum ipſorum ſub æquinoctiali (*aut*) polo per alterius converſionem deperdidiſſet, de alio recipere & ſibi reſtaurare ipſius naturæ munere & inſtinctu & increatæ ſapientiæ providentia dignoſceretur, ſic Regalis, ſic Ariſtocratiæ & Dimocratiæ, politiarum nullius quarum * rectorem nutrimentum ſeu ipſorum majorem partem omnium ſubjectorum ſui inferiorum abſorbere ullus unquam ſufficeret. Quemadmodum in microcoſmo, ſi ad exceſſum alterum membrorum alimoniam cæteris egentibus ſumeret, unde corpus ipſum in languorem & exinanitionem vergere contingeret, medio ſubſtractivo & reſtrictivo hujusmodi ſuperabundanti membro eſſet occurrendum.

§. 5. Sed Benedictus ſupra dictus neque modum, neque pondus, neque menſuram in Eccleſia & Eccleſiæ ſubjectis obſervare conſueverat, quin magis ipſis jugis & ſervitutibus importabilibus, à nonnullis defunctorum ſucceſſoribus *ſpolia auferendo*, ab aliis Prælaturarum & Beneficiorum Eccleſiaſticorum *vacantias* extorquendo, à quibusdam exigendo *arreragia* tanquam debita præteritorum & incognitorum temporum, à Beneficiatis ſuorum, quæ de novo obtinebant, beneficiorum, *primam* expetendo; & percipiendo *annatam*; ab his qui tempore ſubſtractionis obedientiæ dudum ſibi per nos & Clerum Regni ac Delphinatus noſtrorum prædictorum factæ, ad prælaturas ſeu dignitates, aut alia Eccleſiaſtica beneficia promoti fuerant, fructus (quos dictæ ſubſtractionis tempore malè perceptos fuiſſe dicebat) recipere enitendo; & *procurationes* capiendo Prælatis, Archidiaconis & aliis ordinariis *pro viſitatione debitas*; aliisque exactionibus ac extorſionibus indebitis adegerat, affecerat & contorſerat, adigebat, afficiebat & contorquebat.

§. 6. Contra jura non tam Chriſticolarum, quam *ethnicorum* quorumcunque, apud quos & ab omni tempore *Clerum, ab omni munere & ſervitute fuiſſe* liberum compertum erat. Eos enim non ancillæ filios, ſed liberæ * qua libertate Chriſtus eos liberaverat, teſte Apoſtolo, ipſosque ſub his adhortante verbis: ſtate & nolite iterum jugo ſervitutis contineri. Nam *ut eadem noſtra filia dicebat*: in Politia ſeculari quis Principem tàm à nobili quàm ignobili *annatas primas omnium hereditariorum* in aliquem quoquo titulo trans-

translatorum excipere & extorquere satagentem, non tyrannum aut suæ Politiæ eversorem censeret, & talem Rectorem sustinere valeret. Quanto minus erat idem Benedictus (qui minister & non Dominus Ecclesiæ ab Evangelica veritate asserebatur) primarum annatarum fructus sibi tyrannice approprians beneficiorum tolerandus.

§. 7. Illud parvipendens *Samuelis* in Regum libro populum alloquentis & dicentis: Loquimini de me coram Domino & coram Christo ejus, utrum bovem alicujus tulerim vel asinum, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cujusquam munus accepi, & restituam vobis: & dixerunt: non es calumniatus, nec oppressisti nos, neque tulisti de manu alicujus quippiam, exemplo tamen cujus instrui & terminis rationabilibus contentari, non exactioni & concussioni pecuniarum tyrannicis inhiare debebat, Evangelio exhortante. Neminem concutere neque calumniam facere, & contentum esse debere stipendiis, ipsius *Apostoli* exemplo, in Apostolorum actibus dicentis: Argentum & aurum nullius concupivi, sicut ipsi scitis, quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt ministraverunt manus istæ. Ego, inquit Apostolus, scio, quoniam post decessum meum intrabunt lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Quam rapacitatem Spiritu prophetico clare proponebat pronuntiasse filia nostra, Prophetam Ezechielem suis sub his verbis: facti sunt greges mei in rapinam, & oves mei in devorationem, eo quod non erat Pastor; neque enim quæsierunt Pastores gregem meum, sed pascebant Pastores semetipsos, & greges meos non pascebant. Propterea, inquit Dominus, cessare eos faciam, ut ultra non pascant gregem meum, & liberabo gregem meum ab ore eorum, & non erit eis ultra in escam.

§. 8. Ex quo clarum est Prophetia Domino Benedicto supra dicto, qui tanta confusione & inordinatione cupiditatis debacchabatur, subtractionem, nedum financiarum supra dictarum sibi fieri debere, sed plenariam; quamvis alios & dudum sibi factam, & jure & facto durare ac tenere censeret, & in eadem se permanere profitebatur eadem filia nostra, ex eo præsertim, quod *restitutionem obedientiæ per nos eidem Benedicto factam nullam esse*, sub conditione non impleta, & sub causa, cujus nullus sequebatur effectus factam, prout per scedulas quasdam, in ipsa restitutione contentas apparere dicebat. Ecclesia etiam Regni ac Delphinatus nostrorum prædictorum auctoritate dictam restitutionem minimè factam & per consequens ipsam subtractionem durare, seu ipsam aut saltem dictarum pecuniarum & financiarum eidem Benedicto fieri debere; cum idem Benedictus ad destruendam Ecclesiasticam potestatem * non hominis Apostolo teste; contra sanctæ Synodi autoritatem diffinientis: Nullum Episcopum expetere debere aurum & argentum à Parentibus vel Clericis vel monachis, qui sub eo sunt; Gregorii, Bernardi & aliorum sanctorum doctorum, imo Evangelii auctoritatem; dictas financias in Ecclesiæ prædictæ subversionem & exitium extorqueret.

§. 9. Eandem autem subtractionem per eandem nostram curiam & Prælatorum & dictæ filiæ nostræ consilio faciendam esse dicebat eadem filia nostra *exemplo Regis Joas*, qui consilio Jojadæ Sacerdotis pecuniis ad templi reparationem destinatis, quibus sacerdotes sui temporis abutebantur, manum apposuerat, & earum partem ad necessitatem divinis famulantium, partem ad mercedem Latomorum, & partem in Architectorum salarium partiebatur. Unde dictum in ipsius laudem prodierat, quod Rex Joas rectum fecerat coram Domino cunctis diebus, quibus eum docuerat Jojada sacerdos, per quem eadem filia summos Doctores intelligi dicebat.

§. 10. Et quod *ejusdem filiæ oppressioni* providere nobis aut eidem Curiæ nostræ incumberet, & auctoritate & naturali ratione & proprii jurisjurandi

Digitized by Google

debito & anteceſſorum noſtrorum exemplo apparere, eadem filia noſtra, oſtendebat * *Ambroſii in libro de Patriarchis neceſſitatem defenſionis Eccleſiarum Regi pertinere aſſerentis.* Recto præterea rationis dictamine, quo gentes etiam quæ legem non habent eidem Benedicto dictarum finantiarum exactionem eſſe ſubſtrahendam diffinient; ad quod proprii vinculum *juramenti noſtræ coronationis* (in qua unicuique de Prælatis & Eccleſiis ſibi commiſſis canonicum privilegium & juſtitiam ſervare, & defenſionem pro poſſe contra oppreſſores adhibere promiſeramus) nos adigebat & ſpecialiter aſtringebat.

§. 11. In exemplum erant Rex Joas prædictus, prædeceſſoresque noſtri temporibus *Bonifacii, Clementis, Gregorii,* & aliorum quondam ſummorum Pontificum, per hujusmodi, dum injuſtas exactiones piè fundatorum beneficiorum fraudabantur intentiones, & à ſua ſalute & gloria defunctorum animæ morabantur captivæ. Quod ſi eorum hoſtes & veritatis ſuppreſſores hanc perſecutionem & inobedientiam eſſe prætenderent; (cum Deo magis, quam hominibus eſſet obediendum) hæc hominum vaniloquia (*Papa Pelagio aſſerente*) nos nequaquam retardare deberent: Errant, inquit, hujusmodi erroris fabulatores; non perſequitur, qui malum jam factum punit, aut prohibet, ne fiat, ſed diligit.

§. 12. Ex quibus conformiter ad ſui thematis verba eadem filia noſtra, requirendo concludebat, quatenus ſubſtractio fieret eidem Benedicto Obedientiæ aut ſaltem dictarum financiarum & pecuniarum exactionis. Quodque pecuniæ in manibus collectorum aut ſubcollectorum exiſtentes in noſtra munu arreſtentur, & his quibus eidem Benedicto aliquid occaſione prædictorum debere imponatur, ne ſolverent, inhiberetur.

§. 13. Procuratoribus generali noſtro, ac dicti noſtri Patrui ſub excuſatione proteſtantibus, ſe non affectionis inordinatæ libidine aliquid dicere velle, & ſe ſi notæ aut reprehenſionis dignum aliquid dicerent debitæ correctioni ſubmittentes, ac ulterius proponentes: *Quod Eccleſiæ fuerant & erant per Principes temporales fundatæ ac dotatæ,* quarum dos ſeu patrimonium autoritate capi nequibat aut debebat. *Licet enim Conſtantinus Eccleſiæ Romanæ ſedis præeminentiam, quam ſibi dari Conſtantinopolitana, Alexandrinaque & aliæ nonnullæ Eccleſiæ contendebant, tribuiſſet:* ratioque ſuaderet & vellet, ut Prælati, qui fidem publicarent, divinis inſiſterent, Eccleſiaſtica frequentarent officia, & ſacramenta miniſtrarent, neceſſaria referrent ſui ſtatus & vitæ; non tamen intelligebat, quod ipſi exactiones imponerent, nulla præſertim urgente neceſſitate. Nam *Archiepiſcopus* (*quo nomine Romanæ urbis Epiſcopum ſcriptura nominat*) ſuper ſuis ſuffraganeis ſeu eorum ſubjectis exactiones imponere jura vetabant.

§. 14. Quodſi *Eccleſia Romana cæterarum caput & principalis exiſtens,* ut ſicut ſeculi varietates & viciſſitudines, & temporum, mentium & animorum malitia, in aut à ſuo (quod majus & auctius Regno noſtro poſſidebat) patrimonia ſorte aliqua diſturbabatur, quo minus ipſo liberè uteretur; cæteras movere debebat Eccleſias, excitare, adhortari & *requirere de ſubſidio charitativo,* quod eidem Eccleſiæ Romanæ annui poſſet & deberet; cum tamen conſilio, moderamine & juſta cauſa, absque præjudicio, culpa non præcedente, durante neceſſitate, ac de conſenſu & benignitate Principum, Patronorum, & aliorum Prælatorum, & non cum gravamine aſſiduo & indiſtincto cæterarum Eccleſiarum; quas utique & præſertim horum noſtrorum Regni & Delphinatus ſupra dictus Benedictus paſſim & *Phariſæorum* more, qui decimas indifferenter de plantulis, herbis, baccis, & omnis generis fructibus *exigebant,* cum gravi compulſione ſubſidiis & exactionibus inſolitis, & contra libertates Eccleſiæ, exagitabat & premebat.

§. 15. Quibus, cum ſecularis juſtitia Eccleſiaſticæ ſubſidio & juvamini ſemper fuiſſet (alterum enim alterius ſemper egebat auxilio) neceſſitas occur-

Digitized by Google

occurſandum impellebat, ſuadebat æquitas, exigebat ratio, ac totius clamor populi incutiebat, intereſſeque præterea noſtrum huic ruinæ impendens, nos ſtimulabat, ne venerabilium hujus noſtri Regni Eccleſiarum, tanto charitatis ardore extructarum, & quarum fundatores & auctores dicebamur, tam miſera, tam flebilis & tam neglecta ſubreperet deſtructio; Exemplisque inſtrueremur egregiis, Theodoſii, Honorii, Conſtantini, Caroli Magni, aliorumque anteceſſorum, qui corruptelis contra Eccleſiam ipſam, quandocunque attentatis ſolerter obviaverant & ſuccurrerant liberaliter. Subſidium autem quod Eccleſiæ eidem conferre poteramus & debemus erat, eidem Benedicto in hujusmodi abuſionibus non obedire, obedientiamque ſubtrahere. In quo nullatenus juxta *Beati Thomæ de Aquino* & aliorum Eccleſiæ Doctorum authenticorum Doctrinam peccabamus.

§. 16. Ex quibus aliis pluribus aſtructis rationibus concludebant ac requirebant: quatenus eadem Curia noſtra juxta noſtras mandatorias literas, inhibendo dicti Benedicti Officiariis, ne quas ratione præmiſſorum exigerent in dictis Regno & Delphinatu noſtris pecunias ac exactas, & penes eosdem Officiarios exiſtentes arreſtari, usque ad Prælatorum congregationem faciendam provideret.

§. 17. Pro parte Benedicti & ſuæ Cameræ officiariorum, ab adverſo extitit requirendo propoſitum, quod cum materia præagitata grandis & alta jura ſedis Romanæ, cujus erat ipſe Benedictus caput, ſuamque Cameram, & antiqua deveria ſua ac Cardinales concerneret & tangeret; idemque *Benedictus & Cardinales nullo in eadem noſtrâ Curiâ Procuratore fulcirentur*, quo cauſa præſens deduci, foveri poſſet aut defenſari; & *Prælati noſtri Regni ad proximum omnium Sanctorum feſtum congregandi dicerentur*, in cujus temporis interſtitio nullum vertebatur periculum, eadem noſtra Curia ſuperſedere vellet, prout tenebatur.

§. 18. Præfata filia noſtra in contrarium proponente ac dicente, quod radix pro parte ipſius Benedicti propoſitorum invalida cenſeri debebat, eo quod eadem filia noſtra proceſſum ſubire ordinarium non intendebat, ſed ſibi ab ipſa noſtra Curia proviſionem fieri, quam absque mora referre debebat. Nam quantuscunque eſſet Papa ſeu Prælatus, non erat ſuus, ſed omnis ejus poteſtas ſive dignitas & alius cujuslibet magis Eccleſiæ quam perſonæ. De jure igitur Benedicti ſive Eccleſiæ Romanæ faciendum erat, quod ad profectum pertinere videbatur Eccleſiæ, & non ipſius præjudicium, teſte Apoſtolo, Eccleſiæ ſuppoſita ſub his compellante verbis: Templum Dei eſtis vos, & Spiritus ſanctus habitat in vobis, ſi quis illud violaverit, diſperdet illum Dominus, ſubdit: Non glorietur quis in hominibus, omnia enim veſtra ſunt ſive Cephas, ſive Paulus, ſive Apollo. Pecuniæ autem ſive finantiæ, quas idem Benedictus exigebat non ad Eccleſiæ profectum, ſed ipſius & animarum tendebant interitum, cujus interitus & præſentis horrendi ſchiſmatis erant medium & fomes. Quare à nobis & eadem noſtra Curia (quibus judicium miniſtrare erat neceſſe hujusmodi mortiferæ peſtilentiæ, non tam rejiciendæ, quam penitus & absque ulla mora tollendæ erant; *cum & unumquemque Jure gentium; gladium de manu interfectoris confeſtim errare, & vim vi repellendo interficere liceret.*

§. 19. Ex his prout ſupra requirendo, dictis noſtro & patrui noſtri Procuratoribus ſuam requeſtam fieri requirentibus, attento per notorias exactiones ſæpe dictas, Respublica ex defectu Prædicationum & ſubjectorum viſitationum & correctionum & alias, ut ſupra, multipliciter contra ſacrorum canonum inſtitutiones gravabatur; quodque querelas ſuas non proceſſum inituri, ſed remedio proviſionis innitentes intentabant; nec erat qui contrarium opponeret, ad hoc & ut ſupra concludentibus.

§. 20. Offi-

Digitized by Google

§. 20. Officiariis ipſius Benedicti in contrarium contendentibus, & ut negotium absque præcipitatione protelaretur, quantum pro abſentibus ſupplicari fas erat, prout ſupra inſtantibus nec quicquam innovaretur concludentibus. Tandem auditis hinc inde ad plenum partibus antedictis in omnibus, quæ dicere ac proponere circa præmiſſa voluerunt & in *arrreſto appunctuatis* ad audiendum jus.

§. 21. Congregatis igitur ejusdem noſtræ Curiæ noſtri Parlamenti Cameris, convocatisque & aſtantibus in notabili numero de Gentibus noſtri magni Conſilii, ac viſis ſupra dictis literis & ſcedula; conſideratis inſuper & attentis diligenter, & cum magna & longa deliberatione omnibus circa hæc attendendis & conſiderandis, & quæ eandem noſtram Curiam in hac parte poterant & debebant movere; *per præfatæ Curiæ noſtræ arreſtum*, prædictis obtemperando litteris per eandem filiam noſtram impetratis dictum fuit.

§. 22. *Quod dictus Benedictus & officiarii ſui ceſſabunt* in noſtris Regno & Delphinatu ab exactionibus *annatarum* primarum fructuum & emolumentorum prælaturarum, dignitatum, & aliorum beneficiorum quorumcunque vacantium, ſeu quæ vacuerunt aut vacabunt, tàm pro primis annatis, quàm etiam fructuum & emolumentorum, qui tempore ſubſtractionis aliis eidem Benedicto factæ & vocationis Prælaturarum, dignitatum, & aliorum beneficiorum obvenerunt, ſeu obveniunt qualitercunque, nec non procurationum pro viſitationibus debitarum & arreragiorum quorumcunque ratione præmiſſorum vel aliarum exactionum indebitarum. Ipſasque procurationes poterunt Prælati, Archidiaconi & alii ordinarii, quando ipſos ſuos ſubjectos viſitare contigerit * & levare. Ceſſabunt etiam *Cardinales & Camerarius Collegii* à perceptione illius partis, quam in vacationibus Prælaturarum pro primis annatis vel alias ante præſens arreſtum percipiebant, & arreragiorum quorumcunque occaſione præmiſſa debitorum,

§. 23. Et ſi aliquid ex his, quæ levata ſeu exacta fuerunt, occaſione prædictorum apud collectores ſeu ſubcollectores, aut alios quoscumque exiſtit ſeu remanet, ſub manu noſtra arreſtabitur, & id arreſtavit & arreſtat ipſa Curia noſtra.

§. 24. Et per idem arreſtum eadem *Curia noſtra ordinavit & ordinat, quod excommunicationis ſententia præmiſſorum occaſione illigati relaxabuntur*; & hæc quousque alias per eandem Curiam noſtram extiterit ſuper præmiſſis ordinatum.

§. 25. In cujus rei teſtimonium præſentibus litteris noſtrum juſſimus apponi ſigillum. Datum Pariſiis, in Parlamento noſtro, die undecima Septembris, milleſimo quadringenteſimo ſexto & Regni noſtri vigeſimo ſexto. Per arreſtum Curiæ, Baye.

CXXII. *Union au Domaine des places limitrophes, par* Charles VI. *Roy de France (ex jure dominii eminentis.) Paris, Avril* 1407.

CHarles par la grace de Dieu Roy de France, ſçavoir faiſons à tous preſens & advenir; Que comme *pour* le bien, tuition, & defenſe de noſtre peuple, & *l'utilité de la choſe publique* de noſtre Royaume, nous *ayons droict*, & nous ſoit loiſible *par puiſſance ſouveraine & eſpeciale prerogative Royalle*, de prendre & appliquer à noſtre domaine, les Terres, Chaſteaux, Ports de mer, & autres lieux, eſtans en frontiere de nos ennemis, que nous veons eſtre neceſſaires *a la generale garde*, tuition, & defenſe de nos ſubjects, & à la ſeureté univerſelle de noſtre dit Royaume; *en faiſant condigne recompenſation* à ceux, desquels nous prendrons les dicts lieux du loyal prix & juſte valeur d'iceux lieux, & des autres interreſts & loyaux couſtemens; & *de ce droict ayent*

Digitized by Google

ayent jouy & uſé nos devanciers Roys de France, quand neceſſité & expediente utilité de la dite choſe publique de noſtre dit Royaume l'a requis, & y eſt ſurvenuë.

§. 2. Et il ſoit ainſy, que noſtre amé & feal Chevalier, Chambellan, & Conſeiller Jean Harpedenne, ait nagueres acquis par certains moyens *la ville, terres & Chaſtellente de Taillebourg*, tenuë en foy des Religieux, Abbé, & Convent de Sainct Jean d'Angely, avec toutes leurs appartenances, & appendances quelconques; leſquelles ſont aſſiſes en pays de frontiere de nos dits ennemis prés de *Bordeaux*, & ailleurs ſur Ports de mer, par leſquels l'on pourroit legerement deſcendre à grand nombre de navires & de gens, pour grever nous, noſtre Royaume, noſtre pays Xainctonge, & nos dits ſubjets, ſi garde & proviſion n' eſtoient miſes ſur les dits Ports, & audict pays. Et leſquelles Terres, Chaſtellenie, & Port de mer, avec ſes appartenances & appendances, nous ſont moult neceſſaires à eſtre en noſtre main & appliquées à noſtre domaine, pour la tuition & defenſe de nos dits ſubjets, & pour tout le bien public de noſtre dit Royaume. Et leſquelles Terres, Chaſtellenie & Port de mer, ſe elles ſe alienoient, ou eſtoient miſes hors de noſtre main, és mains de nos dits ennemis, par quelconque maniere que ce fuſt, par mauvaiſe garde, ou autrement, comme par pluſieurs fois depuis quarante eſt advenu, porroit grandement dommager nous noſtre, dit Royaume, & nos dits ſubjets au dict pays de Xainctonge, noſtre ville de la Rochelle, & d'aillers environ, ſi remede ny eſtoit mis.

§. 3. Et pour ce voulons aucunement pourveoir à la ſeureté du dit pays, lequel a eſté durement traité par nos dits ennemis jusques à cy, & auſſi de tous nos autres ſubjets, pour aucunes grandes cauſes & conſiderations, euës en noſtre Conſeil, & autres, qui à ce nous ont meu & meuvent: Voulans en ce uſer de noſtre droict & prerogative Royale, par puiſſance & Seugneurie ſouveraine, avons voulu & ordonné, voulons & ordonnons par ces preſentes, que icelles ville, Terres & Chaſtellenie de Taillebourg, & Port de mer; enſemble la dite ville de *Cluſeau*, & toutes leurs appartenances & appendances quelsconques, que l'on dit eſtre de nouvel acquiſes par le dit *Harpedenne* en quelque maniere, & pour quelconque cauſe, que ce ſoit, ſoient Royaument miſes & appliquées à noſtre dit domaine: & des maintenant par ces preſentes les y mettons & appliquons de noſtre dite puiſſance & auctorité Royale, pour en jouir deſormais comme de noſtre propre choſe & domaine, au profit & ſeureté de nous, de nos dits ſubjets, & dudit pays, en recompenſant & voulant recompenſer toutes voyes en argent comptant pour une fois iceluy Harpedenne, du prix des couſtemens, frais & miſſions raiſonnables par luy faits, tant en l'acqueſt des dictes terres & Chaſtellenie, comme autrement deuëment; laquelle choſe nous entendons faire briefvement.

§. 4. *Si donnons* en mandement à nos amez & feaux Conſeillers les Gens tenans noſtre Parlement, & qui les tiendront pour le temps advenir, les gens de nos Comptes, & Treſoriers à Paris, & à chacun d'eux, ſi comme à luy appartiendra, que incontinent ces lettres veues, ils mettent Royaument en noſtre dite main, les dites terres & Chaſtellenie de Taillebourg & du Cluſeau, & les appliquent à noſtre domaine, comme dict eſt, & icelles facent gouverner en juſtice, & en Recepte, & autrement doresnavant de par nous, comme noſtre propre domaine. Et pour ce que ſe ſoit ferme choſe & ſtable à tousjours, nous avons fait mettre à ces preſentes noſtre ſeel, ſauf en autres choſes noſtre droict, & l'autruy en toutes. Donné à Paris au mois d'Avril, l'an de grace mille quatre cens & ſept, & de noſtre Regne le vingt

Digitized by Google

ſeptieſme. Signé ſur le replis, par le Roy en ſon Conſeil. Ou le Roy de Sicile, Monſeigneur le Duc de Berry, Vous, l'Archevesque de Sens, l'Evesque de Noyon, le grand Maiſtre d'Hoſtel, le Maiſtre des Arbaleſtriers, & autres eſtoient. Signé, Derian. Et ſcellé d'un grand ſeau de cire verte, pendant en cordon de ſoye rouge & verte.

CXXIII. *Tractatus & Concordia inter Henricum Caſtellæ & Johannem Portugalliæ Reges. Anno* 1411.

SEcundum quod ait & aſſerit ſancta Scriptura, & Philoſophi, & ſapientes, & antiqui docuerunt, & experientia, quæ eſt Magiſtra demonſtrativa omnium rerum, oſtendit; Pax & concordia eſt virtus principalis & mater omnium virtutum. Nam ut ait *S. Auguſtinus*, iſta ſerenat & placat voluntates & corda hominum, nutrit amorem in cordibus eorum, aufert & removet fraudes, refrenat bella & prælia, humiliat & reprimit ſuperbos, diligit humiles & juſtos, & concordat inimicos & adverſarios diſcordes, ita neſcit extolli, neſcit vana gloriari, honorat juſtiſtiam, caſtigat & corrigit malos; qui ſemel eam recipit & tenuit, obſervare & tenere benè debet, & qui eam perdidit perquirere debet (*) & pro poſſe eam recuperare, nam qui ſine ipſa inventus fuerit neglectus erit à Deo Patre & filio, & alienus à Spiritu ſancto. Finaliter iſta eſt perfectio omnium gratiarum & finis omnium malorum & diſcordiarum, & omnium bonorum fundamentum; & tantum eſt bonum pacis, prout ipſemet inquit *in libro de Civitate Dei*, quod in omnibus terrenis & mortalibus non eſt aliquid, quod gratioſius ſolet audiri, nec eſt aliquid, quod majori deſiderio ſolet concupiſci; & finaliter quid melius ea nequit inveniri. Iſtam prædicavit & docuit Salvator noſter Dominus JEſus Chriſtus in mundo, dimiſit diſcipulis ſuis. Quamobrem omnes ſignanter (**) & ſpecialiter Reges, Principes & magni Domini eandem amare, perquirere, tenere & gubernare & cuſtodire debent, quia eis pertinet regere, gubernare & manu tenere ſua regna & dominia, terras & ſubditos in pace, juſtitia & tranquillitate. Et *Caſſiodorus:* Magna memoria eſt Principi manutenere in pace, tranquillitate & juſtitia terram ſuam.

(*) *al.* & ni faciat pro poſſe, neglectus erit à Deo patre & filio &c. (**) *al.* eam generaliter & ſpecialiter.

§. 2. Et ideo *nos Dompnus Johannes gratia Dei Rex Caſtellæ*, Leonis, Tolleti, Galliciæ, *Hiſpalis*, Cordubæ, Murciæ & Jaenni, Algarbæ & Algeziræ & Dominus Biſcayæ & Molinæ, conſiderantes: quod inter Regem Dominum Joannem avum noſtrum claræ memoriæ, cujus animæ propitietur Altiſſimus, & dicta Regna noſtra Caſtellæ & Leonis, Tolleti, Galleciæ, Iſpalis, Cordubæ, Murciæ & Jaenni, Algarbæ & Algeziræ & dominia Biſcayæ & Molinæ, terras & dominia, patrias, gentes & ſubditos eorum ex una parte; Et inter *Regem Dompnum Johannem de Portugal & Algarbe*, qui nunc eſt & dicta Regna Portugalliæ & Algarbæ, terras & dominia, Patrias, gentes & ſubditos eorum, parte ex altera; fuerunt diſſenſiones, magnæ ſtrages & prædationes, violentæ captiones, civitatum, villarum & locorum incendia, damna, injuriæ, offenſæ, perditiones, expenſæ, intereſſe, pœnæ & alia mala per longa tempora & diverſimode. Et nunc nos volentes removere, evitare, deviare, ſegregare, quod non fiant de cætero ſimilia mala, ut malis mala non accumulentur nec addantur inter Chriſticolas; optantes & deſiderantes dictam pacem & diſcordiam, inſuper conſiderantes ſervitium Dei & bonum noſtrorum regnorum

Digitized by Google

rum commune, & magnam affinitatem, quæ gratia Dei est inter nos & *Dominam & matrem nostram Dompnam Katharinam & nostras sorores Infantes Dompnam Mariam & Dompnam Catharinam & nostrum avunculum Infantem Dompnum Ferrandum* & ejus uxorem & filios; & dictum Regem *Dompnum Johannem Portugalliæ & Reginam Dompnam Philippam ejus uxorem avunculam nostram & Infantem* (*) *Aduardum* & alios Infantes suos filios Consanguineos nostros.

(*) *al.* Eduardum.

§. 3. Quapropter nos de auctoritate, consilio & concordia dictæ Dominæ Reginæ Dompnæ Catharinæ Genitricis nostræ, & dicti Infantis Dompni Ferrandi avunculi nostri, *nostrorum Tutorum*, Gubernatorum, & Rectorum dictorum regnorum & dominiorum nostrorum; & pariter de consensu & concordia Gentium de consilio nostro, & Prælatorum, Ducum, Comitum & villarum dictorum nostrorum regnorum; super id quod dictum est, concordamus, firmamus, ponimus, damus & concedimus, tam pro nobis quam pro hæredibus nostris omnibus, & successoribus, & pro omnibus regnis nostris Castellæ & Leonis, Tolleti, Galleciæ, *Sibiliæ*, Cordubæ, Murciæ, de Jaen, Algarbæ, Algeziræ & dominiis Biscayæ & Molinæ, dominiis, terris, patriis, locis, gentibus, subditis eorum & quolibet eorum; & *pro rege Franciæ Fratre nostro & nostro Coalligato*, si in eadem voluerit intercludi; & pro dicto Infante Dompno Fernando nostro Avunculo Tutore & Gubernatore Regnorum nostrorum; in quantum tangit successionem & prosecutionem regnorum & dominiorum *Coronæ Arragoniæ* super quibus contendit, qui promittit habere bonam pacem, puram, veridicam & stabilem, firmam, perpetuam & validam, in perpetuum, tam per mare quam per terram cum dicto Rege Dompno Johanne de Portugal & Algarbæ, qui nunc est, & cum omnibus hæredibus & successoribus suis qui pro tempore erunt, cum dictis regnis suis de Portugal & Algarbæ, dominiis, terris, patriis, locis, gentibus & subditis eorum & cujuslibet eorum, super dictis magnis controversiis, cædibus, roberiis, violentiis, captionibus, incendiis, damnis, injuriis, offensis, perditionibus, expensis, interesse, pœnis & omnibus quibuscumque malis elapsis quomodocumque, qualitercumque dicantur esse facta usque ad diem datæ istius nostræ cartæ.

§. 4. Et etiam facimus remissionem, refutationem & renuntiationem specialem & expressam de omni jure & actione, quam nos habemus vel possumus habere, & de omni illo quod nobis & nostris hæredibus & successoribus & dictis nostris regnis Castellæ & Leonis, dominiis, terris, Patriis, locis, gentibus & subditis eorum pertinet vel pertinere posset quomodocumque, qualitercumque, super certis magnis controversiis, cædibus, roberiis, violentiis, captionibus, incendiis, damnis, injuriis, offensis, perditionibus, expensis, interesse, pœnis & aliis malis contra dictum Regem Dompnum Johannem de Portugal & de Algarbe, & hæredes & successores suos & contra dicta Regna Portugaliæ & Algarbæ, dominia, terras, Patrias, loca, gentes & subditos eorum & cujuslibet eorum. Et volumus & concedimus & promittimus nunquam petere dictas magnas controversias, cædes, deprædationes, violentias, captationes, incendia, damna, injurias, offensas, perditiones, expensas, interesse, pœnas & mala neque partem eorum, neque aliquid eorum, per nos neque per alium in judicio nec extra judicium, de facto nec de jure, nec qer alium quemvis modum; nec dabimus nec consentiemus dari adjutorium nec consilium palam nec clam contra id quod supra dictum est; nec contra partem eorum quomodocumque sit. Et ista dicta remissio, refutatio, renuntiatio & quittatio volumus quod habeant locum & extendantur non solum ad id, quod nos tangit & hæredes & successores nostros ad regna nostra, terras, dominia, Patrias illorum, sed etiam gentes & subditos nostros & omnes personas singulares & quamlibet illorum qui fuerint damna

Digitized by Google

mna passi, propter quæ dicta guerra incœpit inter dictum Regem Dompnum Johannem avum nostrum & Dompnum Johannem de Portugal; licet dicta damna fuerint facta in guerra vel Treugis.

§. 5. Quod totum volumus esse remissum, & illum remittimus vel quittamus, & volumus & mandamus quod non possit peti in judicio nec extra judicium neque aliter quovis modo; dempto in damno passis qui receperunt damna & mala in *istis ultimis Treugis decem annorum*, quæ adhuc durant, quæ quidem fuerunt factæ inter dictum Dominum Regem *Dompnum Henricum Patrem nostrum*, cujus animæ propitietur Altissimus, & dictum Regem Dompnum Johannem de Portugal, quæ quidem inceperunt à die Sancti Michaelis, qui fuit 29. mensis Septembris anno à nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo CCCC. tertio, & debent finire primâ die Martii venturi anno millesimo CCCC. decimo tertio. Nam ex tunc nolumus quod habeat locum dicta remissio, refutatio, renuntiatio, quittatio, sed remaneat salvum jus suum dictis damna passis pro petendo emendam, satisfactionem, & alia quæ de jure eis pertinent, secundum formam & tenorem Tractatuum dictarum ultimarum Treugarum. Et ut dicti damna passi brevius & celerius consequantur justitiæ complementum, & appareat quod per nos vel per illos, quos ad hoc commiserimus non fiant dilationes & excusationes, & quod sint expedita dicta negotia breviter sine strepitu & figura judicii, solum cognitâ veritate, secundum formam dictorum Tractatuum Treugarum prædictarum; volumus quod unus Procurator dicti Regis, Domini Johannis de Portugal sit præsens, & videat omnes actus & alia quæ super hoc fient, si voluerit, ut de iis quæ viderit possit perhibere testimonium veritatis. Et præcipimus Notariis coram quibus dicti actus & causæ pertransiverint, ut præbeant eisdem copiam & transumptum de dictis actibus, vel de eo, quod ipsi voluerint, sub pœna privationis officiorum quæ tenuerint, & nunquam amplius eisdem gaudeant nec possint uti.

§. 6. Propterea volumus & concedimus ei promittimus pro nobis hæredibus & successoribus nostris omnibus, & pro omnibus regnis nostris, dominiis, terris, Patriis, locis, gentibus, & subditis eorum, & cujuslibet eorum, quod occasione dictarum controversiarum, cædium, roberiarum, violentiarum, captionum, combustionum, damnorum, injuriarum, offensarum, perditionum, expensarum, interesse & pœnarum * de nunquam offendendo dictum Regem Dompnum Johannem de Portugal, & Algarbæ, nec successores suos nec dicta regna sua Portugaliæ & Algarbæ, nec Dominia, Terras Patrias, loca, Gentes & subditos eorum, & cujuslibet eorum, per mare nec per Terram, per nos nec per alios nostros subditos *cujuscumque legis*, status & conditionis existant, in dictis regnis suis nec extra nec in aliqua parte mundi quovis modo.

§. 7. Et etiam volumus & concedimus & promittimus pro nobis & pro omnibus hæredibus & successoribus nostris, qui pro tempore fuerint & pro dictis regnis nostris, dominiis, terris, Patriis, locis, gentibus, & subditis eorum & cujuslibet eorum, quod observabimus, tenebimus, complebimus, & faciemus tenere, complere & observare, bene, fideliter, legaliter & veraciter supra dictam pacem, remissionem, refutationem, renunciationem, quittationem, concordiam & omnia alia supra & infra scripta & quælibet eorum nunc & in perpetuum, & habebimus rata, firma, grata & valida, omnia & quælibet eorum, quæ in ista nostra charta continentur, & non ibimus nec veniemus nec faciemus contra istam pacem & supra dicta, nec quælibet eorum, per nos nec per alium, quovis modo, de facto vel de jure, directè vel indirectè, publicè vel occultè, nunc & de cætero in perpetuum, nec *ratione schismatis, quod nunc est*, neque pro aliqua discordia quæ sit vel fuerit *in Ecclesia Dei*, nec ratione supradictæ *Reginæ Dompnæ Beatricis*, neque alterius personæ

ſonæ vel perſonarum quarumcumque vel cujuscumque legis, ſtatus, conditionis ſint, *ſub pœna trecentum mille ſcutorum Franciæ boni auri* & juſti ponderis, qua pœna ſoluta vel non ſoluta, promittimus, volumus & concedimus, quod pax, finis, remiſſio, refutatio, quittatio & concordia cum omnibus ſupradictis & quolibet eorum remaneant, ſtent, ſint, durent, firma, ſolida & valida in ſuo robore perpetuo.

§. 8. Cæterum volumus & concedimus & promittimus, quod cum placuerit Deo, quod ſimus *in ætate completa quatuordecim annorum & duobus menſibus elapſis primis ſequentibus*, quod deinde & die qua fuerimus requiſiti pro parte prædicti Regis Domini Johannis de Portugal vel hæredum & ſucceſſorum ſuorum, qui pro tempore fuerint usque triginta dies, quod nos pro nobis & nomine noſtro & pro omnibus hæredibus & ſucceſſoribus noſtris & prædictis noſtris regnis, Dominiis, terris, patriis, locis, gentibus, ſubditis eorum & cujuslibet eorum approbabimus, tenebimus, obſervabimus & complebimus & faciemus tenere, obſervare & complere bene, fideliter, legaliter & veraciter, & habeminus firmam, ratam & gratam in perpetuum dictam pacem, finem, remiſſionem, quittationem, renunciationem & concordiam, & omnia ſupra dicta & quælibet eorum per modum & formam quæ ſunt facta per nos cum auctoritate dictorum noſtrorum Tutorum, & per dictos noſtros Tutores nomine noſtro. Et etiam promittemus per noſtram fidem regiam & *jurabimus Deum & per Crucem & ſuper ſancta Evangelia* Dei corporaliter cum noſtris manibus tacta, pro nobis & pro omnibus hæredibus noſtris & ſucceſſoribus, & prædictis regnis noſtris, dominiis, terris, patriis, locis, gentibus & ſubditis eorum & cujuslibet eorum; de faciendo tenere, obſervare & complere; Et tenebimus, obſervabimus & complebimus & faciemus tenere, obſervare & complere bene, fideliter, legaliter & veraciter ſine aliqua fraude vel arte, dictam pacem, finem, remiſſionem, quittationem, refutationem, renunciationem & concordiam, & omnia alia & quælibet eorum in iſta noſtra carta contenta, perpetuò per modum & formam quæ in dicta carta, & capitulis ejus plenius continentur.

§. 9. Et etiam jurabimus quod non petemus, nec impetrabimus per nos nec per alium reſtitutionem integram in integrum, neque abſolutionem dicti juramenti contra ſupra dicta, & quælibet eorum aliquo modo, ratione minoris ætatis vel damni, vel deceptionis alicujus, quam recipiſſemus, *ut minor ætate, vel ut rex, vel ut filius*, vel aliter quomodocumque, quod noſtra ex parte dici vel allegari poſſit. Et etiam renunciabimus ſpecialiter & expreſsè omni actioni & juri Canonico & civili ſcripto vel non ſcripto & officio, beneficio & privilegio juris communis ſpecialiter vel generaliter & foro, *faſaneæ* (*) *mori & uſus*, ſpecialiter beneficio & privilegio minoris ætatis, & etiam beneficio, privilegio, beneficiis & privilegiis juris ſpecialis communis vel generalis, quæ pertineant Regibus velut Regibus, vel fiſco, vel aliter quovis modo, quæ nobis pertineant vel pertinere poſſint, & de quibus nos & noſtri hæredes & ſucceſſores poſſimus & poſſemus nos juvare vel proficere quovis modo.

(*) *faſanea* id eſt façon.

§. 10. Quod vel quæ beneficium vel beneficia, privilegium vel privilegia, forum, fazaneam vel fazaneas, uſus, mores, volumus hic haberi pro expreſſis & ſpecificatis & ſpecialiter nominatis; & nos habeminus ea & quælibet eorum pro certis & ſpecificatis, ac ſi hic de verbo ad verbum eſſent ſcripta, poſita & ſpecificata; & nos ſic eis renuntiamus & etiam renuntiabimus omni via, modo, ſpeciali, communi vel generali, qui nobis pertineat vel pertinere poſſit quomodocunque, de conquerendo vel denunciando, vel petendo, vel ponendo ſeu contradicendo, in judicio vel extra judicium, nec venire per alium quemcunque modum contra dictam pacem, finem,

Digitized by Google

remiſſionem, quittationem, refutationem, renunciationem & concordiam factam & factas ſuper dictis cauſis; neque contra ſupra dicta vel quælibet eorum; atque etiam renunciabimus legi & juri, in quibus cavetur *quod generalis renunciatio non valeat;* Et faciemus omnes obligationes & obligationem, renunciationem & renunciationes, quæ pro bona & firma obſervantia iſtius contractus debent fieri, & quæ per nos in iſta carta ſunt dicta, facta & ſpecificata, ſic, & tam completè, prout in eadem continetur. Et etiam quod ſupplebimus quemcunque defectum vel defectus juris vel facti vel ſolemnitatis ſeu fori, fazaneæ, moris, uſus, quæ in ipſo contractu deſint vel defuerint, vel ſint omiſſa vel poſita, quæ talia vel tale ſunt, de quibus deberet eſſe facta expreſſa & ſpecialis mentio; quod vel quæ nos omnia & quælibet eorum habebimus hic pro expreſſis & expreſſè nominatis vel nominato. Et volumus & concedimus, quod non obſtantibus dictis defectibus vel defectu, dicta pax, finis, remiſſio, quittatio, refutatio, renunciatio & concordia & omnia alia ſupra dicta & quodlibet eorum ſint firma, ſolida & valida perpetuè, ſic & tam completè, ac ſi in iſto contractu nulli defectus eſſent, nec aliqua ſolemnitas vel ſolemnitates quæcumque deſint vel eſſent obmiſſæ. Et finaliter faciemus, tenebimus, obſervabimus & complebimus ſub dicto juramento omnia & quodlibet eorum in iſta noſtra carta contenta, nec veniemus nec faciemus contra ea vel partem eorum nunc vel de cætero, nec *in aliquo mundi tempore* in aliqua forma vel modo quocumque quod poſſit fieri.

§. 11. Præterea volumus & concedimus, quod omnia bona, quæ Portugalenſes, qui erant vicini & commorantes in Portugalia tempore quo dicta guerra incepit inter dictum Regem Dominum Johannem noſtrum avum & dictum Regem Dominum Johannem de Portugal poſſidebant de ſuis patrimoniis in iſtis dictis noſtris regnis & dominiis, quæ eisdem fuerint capta & ablata à dicta guerra citra quod ſint eis reſtituta, liberè eis reſtituantur, & qui nunc ea detinent eis relinquent; & quod nos faciemus reſtituere realiter & cum effectu damna paſſis, vel eis ſolvemus æſtimationem veram dictorum bonorum quod nos maluerimus; & quod à die quod fuerimus requiſiti per illum cui dicta bona pertinent, vel per procuratorem ſuum ejus nomine, usque ad tres menſes proximos venturos tenebuntur declarare & declarabimus *electionem* quam maluerimus facere *vel reddere dicta bona in ſtatu in quo hodie ſunt* ſupradictis, *vel ſolvere æſtimationem* illorum; & dicta electione facta per nos, quod volumus ſolvere dictam æſtimationem, tunc nos ſolvemus ſibi quantum valent hodie dicta bona, vel quantum valebant, nunc ſunt quinque anni elapſi, quod maluerit pars quæ æſtimationem debuerit habere.

§. 12. Et ut melius fieri poſſit, volumus & promittimus, quod a die datæ iſtius cartæ usque ad novem menſes proxime venturos nos dabimus *unum bonum hominem* & unum Notarium pro parte noſtra, & Rex Portugaliæ in eodemmet termino det reliquum bonum hominem, alterum Notarium pro parte ſua; qui usque ad unum menſem proximè venturum venient coram nobis, & in præſentia noſtra præſtent juramentum ſuper Crucem & Sancta Dei Evangelia corporaliter cum ſuis manibus tacta, quod bene, fideliter, legaliter & veraciter videbunt dicta bona, eundo perſonaliter ad loca ubi dicta bona fuerint & ea æſtimabunt quantum hodie valent vel quantum valebunt, modo ſunt quinque anni, quod pars maluerit, prout dictum eſt, ſecundum Deum & ſuas conſcientias ſub dicto juramento, informati prius à bonis hominibus Patriæ in qua fuerint dicta bona; & eodem modo dicti Notarii jurabunt quod ſcribent bene, fideliter, legaliter, & veraciter præſentibus dictis æſtimationibus, æſtimationes in quibus fuerint appreciata dicta bona; quam æſtimationem faciant a die qua fuerint requiſiti

Digitized by Google

requisiti per partem vel procuratorem suum usque ad octo menses proxime venturos *ad tardius*, vel antè si commode facere poterint, sub dicto juramento quod præstiterunt. Et facta dicta æstimatione à die si fuerimus requisiti per partem quæ debuerit habere prædictam æstimationem, vel per Procuratorem suum usque ad sex menses proxime venturos faciemus & mandabimus facere legaliter de facto cum effectu solutionem de omni eo, quod sic fuerit æstimatum illis qnorum erant, vel pertinent aut sunt dicta bona, sine defectu aliquo.

§. 13. Tamen hæc non extendantur ad bona quæ Monasteria, Ecclesiæ vel ordines de Portugal habent in istis nostris dictis regnis & dominiis, quæ stant occupata, ratione *schismatis quod est in Ecclesia Dei*, sed remanebunt sicut hodiè stant, quousque Deus provideat de uno indubitato Papa, cui ambæ partes obediamus, qui determinet quod super eo debet fieri. Et etiam volumus & concedimus & promittimus, quod Castellani nunc commorantes in Portugal qui illac transierunt, tempore quo dicta guerra incepit inter dictum Regem Domnum Johannem Civum nostram & dictum Domnum Johannem de Portugal, qui non fuerunt Vasalli dicti Regis Domini Johannis avi nostri nec steterunt sub sua obedientia, nec cognoverunt eum in Dominum; quod faciemus emendam eis pro bonis sui patrimonii, quæ hic in dictis regnis Castellæ & Leonis terris propriis (*) & dominiis eorum habebant, & possidebant tempore quo illuc transiverunt; nisi fuerint dona Regum; secundum quod dicta bona hodiè valent vel valebant hodie sunt quinque anni à die datæ istius nostræ cartæ; quod maluerit qui debuerit recipere dictam emendam.

(*) *al.* patriis.

§. 14. Et ut verius sciatur valor dictorum bonorum, volumus quod sint electi duo pro nostra parte, videlicet unus bonus homo & unus Notarius ad dictam æstimationem faciendam, & alter bonus homo cum reliquo Notario pro parte dicti Regis Portugalliæ, qui jurabunt super crucem & sancta Dei Evangelia cum suis manibus corporaliter tangendo, quod benè fideliter, legaliter & veraciter facient æstimationem dictorum bonorum, secundum quod nunc valent & valebunt nunc sunt quinque anni elapsi, quod maluerit eligere pars quæ dictam emendam debuerit recipere, prius tamen declarando suam electionem quam dicta æstimatio fiat; & quod dicti Notarii jurabunt etiam quod bene fideliter & legaliter & veraciter scribent dictas æstimationes in præsentia dictorum æstimatorum, & omnia alia quæ fuerint acta per dictos æstimatores. Quam æstimationem facient dicti æstimatores eundo personaliter ad loca ubi sunt dicta bona, & recipient informationes ab hominibus patriæ in quo steterunt dicta bona quæ & quot erant & quomodo stabant reperta, tempore quo supradicti elegerint, quod sit facta dicta æstimatio prout dictum est, cum omnibus qualitatibus quæ necessariæ fuerint dictæ æstimationi. Et volumus quod sint nominati dicti boni homines æstimatores & Notarii à die datæ hujus cartæ usque ad novem menses proximè futuros, & jungantur insimul à die, qua fuerint nominati usque ad triginta dies proximè futuros ubicumque nos fuerimus. Et ipsi sic adjuncti præstent dictum juramentum coram dictis Notariis in nostra præsentia, & quod dicti Notarii ponant dictum juramentum in principio dictæ æstimationis; & à dictis triginta diebus usque ad unum annum proximè futurum facient & perficient dictas æstimationes, & jurent quod si ante dictum tempus bono modo potuerint facere & perficere dictas æstimationes quod sic facient. Et nos realiter & de facto cum effectu solvemus & faciemus solvi quantitates, in quibus dicta bona fuerint æstimata uni bono homini dicti regis Portugalliæ quem ipse nominaverit, & ad hoc suum procuratorium sufficiens tenuerit in nostra *Civitate de Badajos*, à die qua nos approba-

Digitized by Google

probabimus & jurabimus dictam pacem, postquam fuerimus constituti in decimo quarto anno complete usque ad sex menses proxime futuros.

§. 15. Et ut dictæ quantitates in quibus dicta bona fuerint æstimata, possint computari cum tempore, & solutio possit fieri usque ad dictum terminum, ad quem dictus Rex Portugalliæ mittet dictum suum hominem cum dicto Procuratorio ad dictam civitatem de Badajos à die, qua sic per nos fuerit approbata & jurata dicta pax usque ad tres menses proxime futuros, & remaneant alii tres menses, in quibus possint computari & recipi dictæ quantitates; & si in dicto termino dictorum trium mensium dictus homo non accesserit, & venerit post cum dicto procuratorio ad recipiendum dictas quantitates, quod nos teneamur à die qua ibi accesserit usque ad tres menses proxime venturos eidem facere dictam solutionem prout dictum est, taliter quod ipse libere & absque impedimento aliquo sit solutus integre ad sui libitum, de omnibus quantitatibus in quibus dicta bona fuerint æstimata; & ipso sic reintegrato & soluto eum mandabimus poni salvum & securum in *villa de Yelues* quæ est dicti Regis Portugalliæ; taliter quod ipse non patiatur furtum neque damnum aliquod in persona nec in bonis & quantitatibus, quæ sic receperit à nobis nec à subditis nostris extraneis quæ in dictis regnis & dominiis sunt, tamen si Portugalenses aut Algarbenses aliqui intraverint in nostra regna & dominia dicto tempore, quo dicta solutio debet fieri à quindecim diebus ante, causa furandi vel *disrobandi* dictas quantitates, quod nos non teneamur furto & roberia quæ isti tales fecerint. Et tamen nos promittemus per fidem sine aliqua fraude facere nostram diligentiam de observando & facere observari, quod tale furtum vel latrocinium, malum & damnum non possit fieri per tales, sic & taliter quod dictus homo positus sit, libere, salve in dicta villa de Yelues cum dictis quantitatibus. Et ibi dictus homo sic nominatus & missus à dicto rege Portugaliæ solvat dictis Castelanis dictas quantitates in quibus fuerint æstimata dicta bona. Et si nos non fecerimus dictas solutiones in ipsis duobus capitulis contentas, prout in eis continetur & declaratur, quod solvamus *pro pœna* dicto Regi Portugaliæ duo centum mille Scuta Franciæ boni auri & justi ponderis. Qua pœna soluta vel non soluta, quod nos teneamur & sumus obligati ad faciendum dictas solutiones bonorum vel solutionum, prout in istis duobus capitulis continetur & declaratur.

§. 16. Et insuper * quod ista dicta pax, finis, remissio, renuntiatio, quietatio super & infra scripta sit nulla & nullius valoris, & habeatur pro nulla & non facta, neque approbata, nec ratificata, quæcumque dictæ approbationes & ratificationes sint factæ, & quod non poterimus dicere quod supra dicti, qui sic debeant habere dicta bona vel æstimationes, prout dictum est, non debent habere dicta bona vel æstimationes, quia fuerunt contra nos vel contra nostra dicta regna vel contra terras de qua sunt naturales, neque per aliam excusationem nec prorogationem aliquam; tamen si nos posuerimus dictas quantitates in quibus dicta bona fuerint æstimata in dicta nostra Civitate de Badajos, vel solverimus dicto homini qui potestatem habuerit à dicto Rege Portugaliæ in dictis terminis prout dictum est; & ipsum posuerimus salvum & securum in dicta villa de Yelues prout dictum est; quod nos sumus liberi & quicti de dictis quantitatibus & summis, quibus dictis Castellanis tenebamur solvere, ac si de eisdemmet solvissemus easdem; & quod non incurremus pœnas aliquas in isto capitulo contentas; nec sit dicta pax adnullata, nec reprobata, sed remaneat firma valida perpetuis temporibus.

§. 17. Et ad evitandum aliquas fraudes quæ possent fieri in dicta moneta, in qua dicta bona fuerint æstimata, volumus quod dicta bona apprecientur in moneta aurea scutorum de Francia, vel in moneta nunc currenti in regnis

Digitized by Google

regnis noſtris. Et facta dicta æſtimatione protinus dicti æſtimatores habeant ſuam informationem quantum valet, & qualiter dicta moneta aurea, in noſtra Civitate Burgenſi de iſta dicta moneta nunc currenti in regnis noſtris; & facient ſcribi ſic ſtatim, cum ſcribentur dictæ informationes dictorum bonorum; & ſic & taliter quod ſcribatur dicta æſtimatio dictorum bonorum in moneta aurea & etiam in moneta currenti, & ſi de tunc & à die quo fuerunt factæ dictæ æſtimationes usque ad diem qua debent fieri dictæ ſolutiones, fecerimus vel præceperimus facere monetam aliquam qualitercumque ſit, quod *moneta* quæ nunc eſt tempore dictarum æſtimationum, eſt currens valuerit minus, quam nunc valet tempore dictarum æſtimationum; vel defuerit quovis modo de ſuo valore, quod teneamur & ſimus obligati ſolvere, & ſolvemus dictas quantitates dictorum bonorum & in moneta aurea in qua fuerunt æſtimata dicta bona vel in moneta alia aurea vel argentea æquivalenti ad reſpectum valoris dictæ monetæ auri in quo fuerint, æſtimata illa bona. Et ſi tempore quo fecerimus dictas ſolutiones non fecerimus nec præceperimus facere monetam aliquam taliter, quod non ſit defectus in valore dictæ monetæ currentis prout dictum eſt, & voluerimus ſolvere dictas æſtimationes dictorum bonorum in dicta moneta currenti tempore, quo fuerunt factæ dictæ æſtimationes, quod ſolvamus in dicta moneta currenti ſecundum æſtimationem ſupra dictam factam per dictos æſtimatores de eo, quod valebat tunc dicta moneta aurea in dicta Civitate Burgenſi de iſta moneta currenti, & valore dictorum bonorum per eos ſcripto quantum valebat in dicta moneta currenti; & promittemus per fidem quod à die qua fecerimus dictas ſolutiones in dicta moneta currenti usque ad quinque annos proxime futuros, non faciemus nec præcipiemus facere monetam aliquam per quam dicta moneta currens, in qua fuerint factæ dictæ ſolutiones valeat minus, vel ſit defectus in ſuo valore quovis modo, nec reprobabimus nec deprimemus dictam monetam currentem, neque faciemus eam minus valere per aliquem modum, quod poſſit fieri.

§. 18. Et ad majorem ſecuritatem dictæ pacis volumus & concedimus, quod de cætero vicini commorantes in dictis Regnis Portugaliæ & Algarbæ, dominiis, terris, patriis eorum & cujuslibet eorum poſſint intrare & ſtare, exire, ambulare in iſtis noſtris regnis & dominiis cum mercantiis ſuis ſalvè & ſecurè; & quod non fiet eis impedimentum nec contrarietates neque aliquod malum nec præjudicium; ſolvendo tamen jura & tributa quæ tenentur ſolvere noſtri ſubditi cum tales *mercantias* faciunt tranſportari & levari, & ſi non ſolverint dicta jura & tributa, quod incurrent easdemmet pœnas, quas incurrerent, ſi eſſent noſtri ſubditi tranſportando vel levando aliqua quæ tempore pacis antiquæ fuerunt *vetita*, quæ quidem ſunt iſta quæ ſequuntur, ſcilicet aurum, argentum moneta, monetata, arma, caballi juvenes & Equi, jumenta, ſaraceni, (*) & ſi aliquis vel aliqui levaverint vel tranſportaverint ſupra dicta ſic vetita vel aliquod eorum quod poſſint ſibi auferri in locis illis ubi conſuetum eſt auferri tempore pacis; & inſuper quod patiantur easdem pœnas, quas paterentur & deberent pati naturales, vel naturalis dictorum regnorum noſtrorum, ſi ſupra dicta tranſportarent, vel levarent; & quod utantur vel convertentur benè & completè in omnibus & per omnia prout melius & completius utebantur & conſueverant, uti temporibus retroactis cum pax erat.

(*) *al.* Saracenenſium.

§. 19. Et quia iſta vocabula: *Aurum & argentum*, important multa dubia qualiter debeant intelligi; & eſt dictum nobis quod judices ſive prætores talium rerum vetitarum utuntur ad ſui voluntatem, declaramus per hunc modum, quod non intelligatur aſportari vel levari aurum nec argentum, cum quis tranſportaverit *gyneteria* ſive vela mulierum quamvis ſit in eis filum

lum aureum vel argentum; nec intelligatur transportari aurum nec argentum cum aliqui portant librum deauratum vel argentatum, nec etiam in transportando fræna deaurata vel argentata, nec marsupia, nec pannos, quamvis sint *brodati* de aliquo opere auri vel argenti vel similibus; & etiam volumus, quod quæcumque personæ tam Castellanorum quam Portugalensium & aliorum extraneorum quorumcunque qui pertransiverint de istis nostris regnis in Portugaliam & portaverint aurum vel argentum pro suis sumtibus, pro eundo, stando & redeundo secundum distantiam loci quo vadunt, & statum, quem ducunt, quod eis non capiatur, sed permittatur ire libere cum eo, & credatur suo juramento præstito, in præsentia majoris prætoris talium custodum vel eorum locumtenentium, dicendo quo vadunt.

§. 20. Et quia quereloſe nobis fuit expositum, quod locumtenens majoris Prætoris seu Magistri Portuum, vetitarum rerum & eorum custodes committunt multa gravamina indebitè, & quod non est judex eorum quo possint querelæ determinari, quia in ordinatione *rerum transportatarum seu vetitarum reservavimus cognitionem nobismet*; & quia homines citius permitterent pauca perdere propter expensas magnas, quæ super talibus sunt, veniendo quereloſe coram nobis quam petere; & ideò volumus & mandamus, quod de gravaminibus, quæ supradicti commiserint, dictus Prætor major rerum transportatarum cognoscat, si præsens fuerit; & si non fuerit, cognoscat in quocumque Episcopatu vel prætoria, in loco vel locis ubi est caput Episcopatus, vel prætoriæ; unus bonus homo quem nominemus, qui potestatem habebit à dicto Prætore majore rerum transportatarum cognoscendi de gravaminibus illatis per dictos Prætores minores vel eorum custodes; ut homines damna passi habeant, coram quo querelas instituant & inveniant, qui eis ministret complementum justitiæ; & nos teneamur nominare dictum bonum hominem, & facere cum dicto Prætore majore, quod ei conferat dictam potestatem à die hujus cartæ usque ad sex menses proxime futuros.

§. 21. Et si dictus Prætor noluerit dare dictam potestatem, tunc ei debemus præcipere sub pœna disobedientiæ & privationis officii; & ad evitandum repressalias & pignora, quæ ob defectum justitiæ ab una parte ad alteram possent fieri, volumus quod in omnibus placitationibus civilibus & criminalibus, quas habuerint dicti Portugalenses, in omnibus casibus & causis, quæ evenerint de cætero, super quibus debeant esse rei vel actores in istis nostris regnis & dominiis, vel accusati seu accusatores, & debeat procedi per officium judicis vel aliter quomodocumque sint sic auditi, judicati & privilegiati; & gaudeant & habeant easdem & libertates & privilegia, & sint judicati per eosdemmet judices & leges, forum, usus, mores, ac si omnes essent Castellani nostri naturales & morarentur in dictis nostris regnis & dominiis

§. 22. Et si elegerint dimittere omnes alios judices & venerint coram nostris auditoribus principaliter, vel dimissis judicibus appellationis vel supplicationis, elegerint nos in judicem appellationis vel supplicationis, quod nos teneamur eis mandare fieri justitiæ complementum, prout dictum est; & per eundemmet ordinem nostri naturales, vicini & commorantes in dictis nostris regnis & dominiis habeant petere, & petant complementum justitiæ in dictis regnis Portugaliæ & Algarbæ, terris, patriis & dominiis eorum, & cujuslibet eorum; & si principaliter vel per viam appellationis seu supplicationis coram nobis venerit casus, vel fuerit querelatum de defectu justitiæ dictorum judicum, vel alicujus eorum; quod nos teneamur facere & mandare fieri justitiæ complementum in casibus supra dictis, & in quolibet eorum breviter, sine aliquibus dilationibus malitiosis & sine strepitu & figura judicii, solum cognita veritate

Digitized by Google

ritate facti. Et si fuerimus negligentes & non fecerimus & mandavimus facere justitiam damnificatis in casibus supra dictis vel in aliquo eorum; quod dictus Rex Portugaliæ nos possit requirere per suas cartas vel procuratorem, quod nos faciamus vel mandemus facere justitiam dictis damnificatis realiter cum effectu, quæ requisitio volumus nobis fieri coram Notariis nostræ Cameræ & non per aliquem alium.

§. 23. Et si nos fecerimus justitiæ complementum, prout dictum est, vel de eo, quod fecerimus, pars quereloſa vel qui potestatem habuerit à dicto Rege Portugaliæ illud petierit signatum; volumus & mandamus dicto nostro Notario Cameræ, coram quo nobis fuerit facta dicta requisitio, & aliis Notariis coram quibus transierunt omnes alii actus, quod dent totum signatum, taliter quod faciat fidem sub pœna privationis officiorum, prout supra dictum est, à die qua fuerint requisiti usque ad tres dies proxime futuros, si scriptura fuerit talis, quæ in dictis tribus diebus possit scribi, aliter habeat tantum spatium, quod dictus Notarius seu scriba illud possit scribere, & quod ipse faciat sine excusatione aliqua malitioſa, & à die quâ potuerit perfici, scribi usque ad tres dies proxime futuros, teneatur dare talem scripturam, prout dictum est, ut dictus Rex Portugaliæ videat & sciat, quod dictis naturalibus & vicinis commorantibus dictorum regnorum Portugaliæ & Algarbæ est facta justitia vel defectus. Et si ipse intellexerit, quod justitia est in aliquo defectuoſa, quod ipse nos requirat & possit requirere, iterum exprimendo per capitula & articulos gravamina, quæ dixerit esse facta, & nos teneamur respondere cuilibet capitulo & gravamini, usque ad triginta dies proxime futuros.

§. 24. Et si in dicto termino vel die, nos Regina & Infans nostri Tutores & Gubernatores, vel illi de nostro Consilio, non responderimus in modo supra dicto; quod in tali casu *justitia sit habita tanquam denegata*, & ipse possit & mandet facere *represalias* in bonis mobilibus & se moventibus solum, & non in hominibus, nec mulieribus, civitatibus, villis, nec castris, nec quibuscumque locis pro summa & quantitate ad quam ascenderit dicta causa, supra quam justitia est vel fuerit denegata.

§. 25. Et si dicti nostri Notarii, coram quibus transierint dicti processus & actus & aliæ causæ, vel dictus noster Notarius Cameræ, per quem transierint dictæ requisitiones de facto noluerit dare signatum illud; Nos ex nunc damus licentiam cuicumque Notario dicti Regis Portugaliæ, qui ad regna nostra venerit cum dicto suo Procuratore dicti Regis Portugaliæ, quod det signatas dictas requisitiones, quæ contra nos fuerint factæ, & elapso dicto tertio die, quo fuerimus requisiti, quod mandabimus dare dictam requisitionem signatam dicto Notario; & si non fecerimus illud, quod dictus Notarius Portugaliæ dederit signatum, in isto casu sit firmum & validum, ac si dedisset illud signatum dictus noster Notarius Cameræ, coram quo transierint dictæ requisitiones; & pariter, si alii Notarii, per quos transierint alii actus coram judicibus supra dictis, noluerit dare signatum parti principali, nec Procuratori dicti Regis Portugaliæ in dicto termino, quod dictus Notarius dicti Regis Portugaliæ possit dare signatum, ut nobis pateat justitiæ defectus, quem idem passus fuerit, & nos provideamus vel mandemus provideri, prout dictum est.

§. 26. Et etiam volumus, quod si dictus Rex Portugaliæ principaliter cognoverit de causis, litigiis & placitationibus, quas naturales & nostri subditi tenuerint in suis regnis, dominiis, vel per viam appellationis vel supplicationis vel aliter quovis modo, & per suam propriam personam, vel per gentes sui Consilii dederit sententiam; quod talis sententia per nos non possit adnullari nec dici injusta vel iniqua; & quod nos ob defectum talis justitiæ, quod per dictos nostros naturales vicinos & commo-

Digitized by Google

ratores dictorum noſtrorum regnorum fuerit querelosè nobis expoſitum, & dictum eſſe factum per dictum Regem Portugaliæ vel per Gentes ſui Conſilii; non faciamus nec præcipiamus facere, ut poſſint fieri repreſaliæ aliquæ.

§. 27. Et ſi principaliter vel per viam appellationis ſeu ſupplicationis coram ipſo venerit caſus, vel ſibi fuerit querelatum de defectu juſtitiæ dictorum judicum, vel alicujus eorum, vel ſibi fuerit requiſitum, quod faciat vel mandet facere juſtitiæ complementum, & non fecerit, quamvis talis requiſitio coram nobis appareat, nec ideo non mandabimus facere repreſalias aliquas; ſed tenebimur requirere & præcipere requiri iterum in ſcripto exprimendo gravamina per capitula & articulos, taliter, quod per ea appareat, per quæ dixerimus juſtitiam eſſe denegatam. Et ſi ipſe reſponderit cuilibet articulo & capitulo, & allegaverit cauſas, per quas appareat, juſtitiam non eſſe denegatam, & dictam reſponſionem dederit per ſe vel per gentes ſui Conſilii, quod finis dicti negotii ibi detur, nos non faciemus, nec præcipiemus facere repreſalias ob defectum juſtitiæ, quam dixerimus ſic eſſe illatam.

§. 28. Et ſi à die, qua dictus Rex Portugaliæ fuerit requiſitus ſecunda vice, quod faciat juſtitiæ complementum, usque ad triginta dies proxime venturos, non reſpondeat per ſe vel per gentes ſui Conſilii per formam & modum ſupra ſcriptum, in tali caſu juſtitia habeatur pro denegata; & nos poſſimus & faciamus & mandemus facere repreſalias per hunc modum, quod per nosmet vel per dictos noſtros Tutores, vel per gentes noſtri Conſilii cognoſcamus de dicto juſtitiæ defectu, & pronuntiemus ſententiam in dicta cauſa, in qua dicta juſtitia fuerit dicta eſſe denegata. Et de ſumma in dicta ſententia contenta, ordinabimus bonos homines non ſuſpectos, qui faciant repreſalias in bonis vicinorum & commorantium regnorum & dominiorum Portugaliæ & Algarbæ, quæ non ſint Civitates, villæ, caſtra vel loca, nec bona radicalia aliqua, nec corpora virorum nec mulierum; ſed fiant in aliis bonis mobilibus vel ſe moventibus; & quod dicta bona, quæ ſic fuerint capta per dictas repreſalias teneantur manifeſtè & non vendantur usque nonaginta dies proximos futuros; in quo tempore illi, quibus fuerint ablata dicta bona poſſint requirere tam dictum Regem Portugaliæ, quam alios, quod factum tangit, ut mittant ſolutionem ſummæ, in dicta ſententia contentæ, cum expenſis in dictis repreſaliis expoſitis. Et ſi in dictis nonaginta diebus non venerint dictam ſolutionem facere, prout dictum eſt, quod bona, quæ ſic fuerint capta, poſſint vendi ſecundum forum & ſtatuta regnorum noſtrorum & de illo, quod valuerint, damna paſſi ſint reintegrati ſecundum tenorem ſententiarum cum expenſis. Et ſi dicta bona plus valuerint contento in dictis ſententiis cum dictis expenſis, prout dictum eſt, bona fide ſine aliqua deceptione ſit reſtitutum illis, in quorum bonis fuerint factæ dictæ repreſaliæ.

§. 29. Etiam ſi aliquis vel aliqui dictorum regnorum, dominiorum noſtrorum furati fuerint vel ceperint, ſeu intraverint civitatem, villam, caſtrum, vel locum dictorum regnorum Portugaliæ & Algarbæ, dominiorum, Terrarum, Patriarum eorum; non obſtante, quod eis ſit datum per aliquos commorantes vel naturales dictorum regnorum Portugaliæ & Algarbæ, contra voluntatem dicti Regis Portugaliæ vel hæredum & ſucceſſorum ſuorum, qui tempore dictæ captionis fuerint, teneamur & ſimus obligati procedere, & procedemus contra malefactorem vel malefactores, qui tale commiſerint, & contra illos, qui ſecum erunt vel ſteterunt, ad illas pœnas criminales & civiles, quas ſecundum jus, forum, leges, & ordinationes regnorum noſtrorum merentur illi vel ille, qui talia committunt; & de bonis, quæ tales malefactores habuerint, ſit ſatisfactum dicto Regi Portugaliæ,

Digitized by Google

galiæ, vel ſuis hæredibus & ſucceſſoribus, qui pro tempore fuerint, prout dictum eſt; & inſuper dictus Rex Portugaliæ, vel hæredes & ſucceſſores, qui pro tempore fuerint, poſſint vel mandent circumdare talem civitatem, villam, caſtrum, vel locum, & poſſint capere vel mandare capi, per vim, vel aliter quovis modo, & apprehendere dictos malefactores, & facere de iis juſtitiam, ſecundum dictam pœnam; & quod nos nec noſtri hæredes nec ſucceſſores, qui eodem tempore fuerimus, non dabimus nec conſentiemus dari favorem neque adjutorium aliquod, tali malefactori vel malefactoribus, pro ſe defendendo; ſi autem ad noſtra regna venerint, tenebimus bona fide ſine fraude laborare pro poſſe quod apprehendantur; vel ſi apprehenſi fuerint illos conferemus & remittemus dicto Regi Portugaliæ vel hæredibus & ſucceſſoribus, qui pro tempore fuerint, ut illic puniantur ubi deliquerint.

§. 30. Et etiam ſi aliquis vel aliqui dictorum regnorum Portugaliæ & Algarbæ, dominiorum, terrarum, patriarum & locorum eorum, venerint ad regna noſtra & dominia, Terras, Patrias, loca eorum, cum aliqua vel aliquibus rebus quibuscumque, & furtivè contra voluntatem dominorum ſuorum; vel aliquis duxerit mulierem uxoratam, vel ipſa receſſerit contra voluntatem mariti ſui, & venerit ad dicta regna noſtra & dominia; ſi nos vel hæredes & ſucceſſores noſtri, qui pro tempore fuerint, vel juſtitiarii noſtri, vel aliquis eorum, fuerimus requiſiti, faciemns mitti captum de loco in locum, usque ad primum locum Portugaliæ, cum dictis rebus, quæ inveniri poſſit; ut fiat de eis quolibet eorum jus in loco vel locis ubi fuerint, vel commiſerint delictum, vel delicta.

§. 31. Et etiam nos de noſtra abſoluta, plena & regali poteſtate ſupplemus quemcunque defectum vel defectus facti vel juris, ſolemnitatis vel ſolemnitatum, fori, ſtili, conſuetudinis, uſus, qui in iſto tractatu ſint vel deſint, vel ſint omiſſi; quamvis tales ſint, de quibus debet fieri ſpecialis & expreſſa mentio; quem vel quos omnes, & quemlibet eorum habemus hic pro expreſſis & ſpecificatis, & expreſſè nominato vel nominatis. Et volumus & concedimus, quod non obſtante dicto defectu vel defectibus, dicta pax, finis, remiſſio, refutatio, renunciatio, quietatio & concordia & omnia alia ſupra dicta, & quælibet eorum ſupra & infra ſcripta, ſint firma, valida, rata in perpetuum, ſic & tàm completè ac ſi in iſto contractu non eſſet aliquis defectus nec ſolemnitas ſeu ſolemnitates quæcumque, deficerent vel eſſent omiſſæ, ſed hic de verbo ad verbum eſſent contentæ.

§. 32. Et ad majorem firmitatem & obſervantiam iſtius dictæ pacis & contentorum in ea, perſonæ conſilia ſive loca infra ſcripta, à die datæ hujus cartæ, usque ad ſex menſes proxime futuros, jurabunt ſuper crucem & ſancta Dei Evangelia, obſervare & complere iſtam pacem; quod juramentum præſtabit unusquisque in iſta forma quæ ſequitur: Ego talis juro Deo & per dictam Crucem, & ſancta Dei Evangelia cum manibus meis corporaliter tacta, quod benè, fideliter, legaliter & veraciter, ſine aliqua arte vel fraude, tenebo, obſervabo & complebo; & faciam obſervare, tenere & complere, toto meo legali poſſe, iſtam pacem & omnia & quodlibet eorum in iſta carta contenta, de cætero & in perpetuum, cum fuerit dicta pax per dictum Dominum Regem approbata, jurata & obſervata, prout in iſta carta ſua continetur. Quæ *perſonæ Conſilia* ſunt quæ ſequuntur:

§. 33. Dompnus Alphonſus *Magiſter Sancti Jacobi:* Dominus Johannes *Magiſter de Alcantara*, iſti duo jurabunt cum fuerint in ætate conſtituti, Dompnus Henricus filius Domni Petri Prior Sancti Joannis; *Prælati:* Archiepiſcopus Toletanus, Archiepiſcopus Iſpalenſis, Epiſcopus Palentinus, Epiſcopus Burgenſis, Epiſcopus Zamorenſis, Epiſcopus Seguntinus, Epiſcopus Abutenſis, Epiſcopus Segobienſis, Epiſcopus Mendonienſis, Epiſcopus

pus Legionenſis, Epiſcopus Salamantinus, Epiſcopus Placentinus, Epiſcopus Cartaginenſis, Epiſcopus Lucenſis, Epiſcopus Jaenſis, Epiſcopus Civitatis Roderici, Epiſcopus de Tuis (Tuda) Epiſcopus de Crens (al. Sina) Epiſcopus Ovetenſis, Epiſcopus Cordubenſis, Epiſcopus Calicenſis, Epiſcopus Conchenſis, Epiſcopus Ocenenſis, (al. Oreſenſis) Epiſcopus Calaguritanus, Epiſcopus Murcienſis, Epiſcopus de Coria.

§. 34. *Comites & Domini:* Comes Dompnus Federicus, Comes Dompnus Henricus, Manuel Comes de Niebla, *Coneſtabularius*, Alfonſus, Henricus Admiraldus, Joannes de Velaſco, Didacus Lupi d'Eſtuniga, Domnus Petrus de Marchena, Petrus Manriquez *Adelantatus* Legionenſis, Petrus Aphan de Ribera, Didacus Fernandi, *Mareſcallus*, Joannes Alvari de Oſtorro, (al. Oſorio) Didacus de Sant Doval, Adelantatus Caſtellæ, Dompnus Alvarus, Petrus de Gusman, Prætor Major Yſpalis, Garſias Fernandi Manrique, Didacus Sancii de Beneiven, (al. Benavides) Carolus de Arellano, Fernandus Petri de Ayala, Dompnus Petrus de Guevara, Joannes Furatus de Mendoça, Didacus Fernandi de Quinnones, Adelantatus de Galecia, Martinus Fernandi Portocarero, Petrus de Eſtuniga Juſtitiarius major, Gometius Suares Filius Magiſtri, Petrus Magni de Avellanada, Petrus Garſiæ de Ferrara Mareſcallus, Didacus Petri Sarmiento, Didacus de Eſtunniga, Martinus Fernandi *Prætor Domicellorum*, Numus Ferrer de Andrada, Joannes Alphonſi de Muxica. *Doctores:* Doctor Petrus Johannis, Doctor Petrus Sancii, Doctor Joannes Alphonſi, Doctor Joannes Roderici.

§. 35. Civitates & Villæ: Tolletum, Sanctus Jacobus, Sibilia, Burgenſis, Legionenſis, Palentinenſis, Avila, Segobienſis, Seguntina, Ovetenſis, Conchenſis, Cartaginenſis, Murcienſis, Cordubenſis, Jaenſis, Calaquiritana, Calicenſis, Badajocenſis, Placentina, Coria, * Ovectenſis, Lucenſis, Mendonienſis, Orenſis, Tuy Valliſoleti, Taurum, Cancera, Trugillo, Camora, Betancos, Vivero, Sanctus Andreas, Sanctus Sebaſtianus, Bermeobilbao.

§. 36, Et ut verius ſupra dicta teneantur, obſerventur & compleantur & quodlibet eorum, obligamus nos & omnes noſtros hæredes & ſucceſſores & omnia noſtra bona præſentia & futura, tam regalia quam fiſcalia, patrimonia & alia quæcumque, & quomodocumque vulgariter nominentur, quæ nos habeamns vel nobis pertineant, vel ut Regi vel fiſco vel aliter quovis modo. Et renunciamus ſpecialiter & expreſſe omni actioni & Juri Canonico & Civili, ſcripto & non ſcripto, officio & beneficio, & privilegio juris ſpecialis, communis, generalis, fori, ſtili, moris, uſus; & ſpecialiter beneficio & privilegio, beneficiis & privilegiis Juris ſpecialis, quæ pertinent Regibus velut Regibus vel fiſco vel aliter quovis modo, quod nobis pertinent vel poſſint pertinere, & de quibus nos & hæredes & ſucceſſores noſtri nos poſſumus vel poſſemus juvare & proficere quovis modo, quod nobis pertineant; quæ beneficia vel beneficium, privilegium vel privilegia, forum, ſtilum, uſum, morem, habemus hic pro expreſſis & ſpecificatis, & ſpecialiter nominatis: Et nos habemus ea certa & ſpecificatâ, ac ſi hic de verbo ad verbum eſſent ſpecificata, poſita & ſcripta. Et iis nos hic renuntiavimus & renuntiamus omni viæ ſpeciali, communi vel generali, quæ nobis pertineat vel pertinere poſſit qualitercumque conquerendi, denunciandi vel petendi, componendi, vel contradicendi in judicio vel extra judicium; nec veniendi alio quovis modo, contra dictam pacem, finem, remiſſionem, refutationem, renunciationem, quictationem & concordiam factam ſuper ſupradictis, nec contra ſupradicta & quodlibet eorum. Et renunciamus etiam legi & juri, quod dicit, quod generalis renunciatio non valeat.

§. 37. Et

Digitized by Google

§. 37. Et ad majorem firmitatem iſtius pacis, finis, remiſſionis, refutationis, renunciationis, quietationis & concordiæ & omnium ſupradictorum, & cujuslibet eorum, & ut ipſa ſint magis firma & melius obſervata; concedimus, promittimus per fidem noſtram regiam, pro nobis & pro omnibus hæredibus & ſucceſſoribus noſtris, & pro dictis noſtris regnis & dominiis, terris, Patriis, locis, gentibus & ſubditis eorum, & cujuslibet eorum; de tenendo, obſervando, complendo; & tenebimus, obſervabimus & complebimus, & faciemus tenere, ſervare, complere, bene, fideliter, legaliter & veraciter, ſine aliquâ arte vel fraude, dictam pacem, finem, remiſſionem, refutationem, renunciationem, quietationem & concordiam, & omnia alia ſupra dicta & quodlibet eorum in perpetuum, prout in iſta carta & capitulis ejus plenius continetur. Et etiam quod nos non poterimus nec impetrabimus per nos nec per alium, reſtitutionem in integrum, contra ſupra dicta & quodlibet eorum, dicendo, quod ſumus damnificati vel læſi, vel recipimus damnum vel fraudem aliquod vel aliquam, ut Rex vel ut fiſcus, vel aliter quovis modo, quod noſtra ex parte poſſit dici vel allegari; nec veniemus, nec faciemus venire contra omne ſupradictum vel partem ejus nunc & de cætero; nec in aliquo tempore per aliquam formam vel quomodocumque poſſit fieri, nec ratione ſchiſmatis, quod nunc eſt, nec alicujus cujusvis diſcordiæ, quæ ſit vel fuerit in Eccleſia Dei, nec cujusquam Perſonæ cujuscumque legis, ſtatus & conditionis exiſtat.

§. 38. Et nos ſupra dicti Regina Dompna Catharina & Infans Dompnus Fernandus *Tutores* dicti Domini Regis, Rectores & Gubernatores Regnorum ſuorum, principaliter aſſiſtendo omnibus ſupradictis & cuilibet eorum; damus & concedimus, *ut tutores ſpecialiter dicti Domini Regis*, noſtram licentiam, & interponimus noſtram authoritatem ad hoc, quod iſte contractus & omnia in eo contenta & quolibet eorum ſint firma, valida & rata nunc & in perpetuum. Et ad majorem abundantiam & firmitatem dicti contractus & in eodem contentorum, quia dictus Dominus Rex eſt minoris ætatis nos ſupra dicti Tutores, habendo pro ſervitio Dei & dicti Domini Regis & utilitate bonâ communis regnorum ſuorum, dictam pacem firmam, & cum conſilio & concordia gentium conſilii dicti Domini Regis & Prælatorum, Ducum, Comitum, Magiſtrorum, divitum hominum, Militum & Procuratorum, civitatum, villarum & locorum dictorum regnorum ſuorum, ſic & in quantum de jure vel de facto ſit neceſſarium & opportunum pro bono dicti contractus; Nos, ut tutores dicti Domini Regis, firmamus & facimus, ponimus, damus & concedimus, pro & nomine dicti Regis & pro omnibus hæredibus ſucceſſoribus ſuis & omnibus regnis ſuis, dominiis, gentibus ſuis, & ſubditis eorum dictam pacem bonam, fidelem, puram, veridicam, ſtabilem, firmam, perpetuam in perpetuum, dicto Regi Domino Joanni Portugalliæ & Algarbæ, & ſucceſſoribus & regnis, Dominiis & Gentibus ſuis & ſubditis eorum; in eadem forma & modo, prout in iſta carta continetur; & melius & efficacius quod per nos fieri poſſit. Et etiam pro dicto Rege & ſuo nomine ut Tutores ſui facimus dictam pacem, finem, remiſſionem, quietationem & concordiam ſpecialem & expreſſam cum dicto Rege Portugaliæ & omnibus ſuis hæredibus & ſucceſſoribus & regnis, dominiis & gentibus ſuis & ſubditis eorum ſuper omnibus dictis guerris, controverſiis & malis præteritis; & etiam facimus dictam remiſſionem, refutationem, & renunciationem ſpecialem & expreſſam totius juris & actionis, quæ dictus Dominus Rex & hæredes & ſucceſſores ſui & ſua regna, dominia, gentes & ſubditi eorum habent vel ptætendunt habere ratione dictarum guerrarum & diſſenſionum & malorum prætentorum, contra dictum Regem Portugaliæ & hæredes & ſucceſſores ſuos, regna & dominia, gentes & ſubditos eorum.

§. 39. Et

Digitized by Google

§. 39. Et etiam pro & nomine dicti Domini Regis ut ſui tutores facimus omnes obligationem & obligationes, renunciationem & renunciationes, quæ pro bono, firmitate & obſervantia iſtius contractus per dictum Dominum Regem in iſta ſua carta ſunt dictæ, factæ, declaratæ, ſic & in eâdem forma & modo, prout in dicta carta continetur. Et promittimus de non petendo nec aſſentire peti dictas magnas diſſenſiones & mala præterita, prout in iſta littera continetur. Dictam pacem, finem, remiſſionem, refutationem, quietationem, renunciationem & concordiam & omnia alia & quodlibet eorum, nos dicti tutores nomine dicti Domini noſtri Regis & pro ipſo & omnibus hæredibus & ſucceſſoribus ſuis & regnis, dominiis, & gentibus ſuis & ſubditis eorum, facimus, damus, & concedimus cum dicto Rege Portugaliæ & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus & ſuis gentibus, regnis, dominiis & ſubditis eorum; in eadem forma & modo, prout in iſta dicta carta continetur; & melius & efficacius, quod per nos & nomine dicti Domini Regis fieri poſſit; ſic & tam complete, ac ſi omnia verba, quæ ſunt dicta, concepta, pronunciata & poſita in perſona dicti Domini Regis, in iſta carta eſſent dicta, poſita, concepta & pronuntiata, per nos in noſtris propriis perſonis, ut tutores ponimus & concipimus & pronuntiamus quælibet verba in ſuo loco, ſicut ſunt ſituata & ſcripta in iſta dicta carta.

§. 40. Et ſtatim de præſenti promittimus & juramus per Deum & ſignum crucis & ſancta Dei Evangelia cum noſtris manibus corporaliter tacta, usque quo dictus Dominus Rex ſit ætatis quatuordecim annorum completorum, quod nos benè, fideliter, legaliter & veraciter, ſine aliqua arte vel fraude, toto noſtro legali poſſe, ut tutores dicti Domini Regis, etiam Dompna Catharina Regina & Infans Fernandus tenebimus, obſervabimus, complebimus & faciemus tenere, obſervare, complere iſtam dictam pacem, finem, remiſſionem, quietationem, refutationem, renunciationem & concordiam & omnia alia & quodlibet eorum; ſic & in tali forma, prout in iſta dicta carta plenius continetur; quantum in nobis fuerit & nobis pertinebit, ut tutoribus Domini noſtri Regis; & in quantum dictum Dominum Regem & ſuos hæredes & ſucceſſores, regna, dominia & ſubditos ſuos tangit & pertinet, obſervare, complere; & etiam in quantum nos tangit & pertinet, ut Reginam Dompnam Catharinam, & ut Infantem Dompnum Fernandum, ſic & taliter, prout in iſta dicta carta & capitulis ejus plenius continetur; Et non veniemus nec faciemus contra ſupra ſcripta vel quodlibet eorum, nec petemus, nec impetrabimus per nos, nec per alium reſtitutionem in integrum, nec abſolutionem dicti juramenti contra dictam pacem & contenta in eadem; & quodlibet eorum in noſtro tempore vel dicti Domini Regis; nec ratione ſuæ minoris ætatis, nec ratione damni vel deceptionis alicujus quæ pro parte dicti Domini Regis vel noſtri dici vel allegari poſſit, renunciando expreſſe omni juri, actioni, exceptioni, officio, beneficio vel privilegio Juris ſpecialis, communis vel generalis, per quod vel quæ contra ſupra dictam pacem vel partem ejus poſſemus venire quovis modo; habendo dicta jura, officium vel officia, beneficium vel beneficia, privilegium vel privilegia hic omnia & quolibet eorum, pro ſcriptis & ſpecificatis & ſpecialiter nominatis; & nos dicimus de eis & de quolibet eorum certos & certificatos, & pariter renuntiamus legi & juri, in quo cavetur, quod generalis renuntiatio non valet.

§. 41. Ac etiam promittimus & juramus per Deum & ſuper ſignum crucis & Sancta Dei Evangelia, cum noſtris manibus corporaliter tacta, ut tutores dicti Domini Regis, & ut Regina Dompna Catharina ejus Genetrix, & ut Infans Dompnus Fernandus ejus Avunculus; tractare, facere, procurare & conſulere toto noſtro legali poſſe benè, fideliter, legaliter & veraciter cum

Digitized by Google

cum Deo placuerit quod dictus Dominus Rex sit in ætate quatuordecim annorum completorum; quod approbabit, complebit, ratificabit, tenebit & observabit, & faciet tenere, observare & complere veraciter supra dictam pacem, finem, remissionem, quictationem, refutationem, renuntiationem & concordiam; & omnia alia in ista carta contenta & quodlibet eorum; & non veniet nec faciet contra hoc vel partem ejus aliqua ratione vel modo, quo possit; & renunciabit omni actioni juri vel officio, beneficio vel privilegio juris specialis, communis vel generalis, per quod vel quæ contra supra dictum vel partem ejus possit venire quovis modo & faciet omnes obligationes, renunciationem & renunciationes; sic & in eadem forma prout in ista carta continetur; & quod supplebit de sua potestate regali & absoluta quemcunque defectum vel defectus juris vel solemnitatis seu solemnitatem juris, vel cujusvis alterius quod in isto tractatu esset vel deesset aut esset omissum quovis modo.

§. 41. Et finaliter jurabit expresse per Deum & supra crucem & sancta Dei Evangelia cum suis manibus corporaliter tacta: quod bene, fideliter, legaliter & veraciter faciet, tenebit, observabit & complebit, & facere, tenere, observare & complere supra dictam pacem, finem, remissionem, quitationem, refutationem & concordiam & omnia alia & quodlibet eorum sic & in forma & modo prout in ista carta & capitulis ejus plenius continetur. Et non petet nec impetrabit per se nec per alium restitutionem in integrum, nec absolutionem dicti juramenti contra dictam pacem & contenta in eadem & quodlibet eorum quovis modo possit. Et ad majorem corroborationem istius contractus Nos supra dicti Tutores, ut Tutores dicti Domini Regis & Rectores & Gubernatores dictorum regnorum suorum, corroboravimus sive apposuimus hic nostra manualia signa; & præcepimus sigillari cum sigillo plumbi dicti Domini Regis, ac etiam præcepimus præsentibus Notariis publicis & scribis quod conferant signatum pro tuitione ambarum partium; Et præsentibus quod sint testes qui sunt, scilicet Dompnus Alphonsus Herici, Admiraldus Castellæ; Et Petrus Afan de Ribera Adelantatus major Fronteriæ; & Didacus Fernandi Marescallus & Joannes Alvari de Osorio *Custos major Regis*, & Dominus Frater Johannes Henrici Episcopus Lucensis. Datum &c. Anno Domini nostri Jesu Christi millesimo CCCC. undecimo. Et erant hæc nomina infra scripta ibi posita in Idiomate Yspanico Yo la Regina, Yo el Infante.

CXXIV. *Concessio Vicariatus Sacri Imperii facta* Ludovico de Sabaudia *Principi Achajæ per* Imperatorem Sigismundum. *Budæ* 1412.

SIgismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, *Illustri Ludovico de Sabaudia, Principi Achayæ, Consiliario, Principi & consanguineo nostro carissimo*, gratiam Regiam & omne bonum: Illustris Princeps, Consiliarie & consanguinee charissime. Ex quo æterni Regis dispositio ineffabilis, acutâ ratione dispositionis nos quanquam immeritos, ad totius orbis regimen evocavit, jugi meditatione ad hoc salubriter intendimus, ut status Reipublicæ feliciter gubernetur, quem tunc felici nempe gressu progredimur, cum in commissæ nobis solicitudinis partem coadjutores idoneos evocamus.

§. 2. Pensatis igitur internæ mentis nostræ consideratione, super excellentis famæ tuæ præconio circumspectionis industria, innatæ tibi fidei constantia aliarumq; multiplicium virtutum tuarum insigniis, quibus plurimum redimitus esse dignosceris, nec non fervido caritatis zelo, ac magnæ fidelitatis

Digitized by Google

affectu, quos ad Majestatem nostram, & sacrum Romanum geris Imperium, habendoque respectum ad *multa probitatis & præclaræ devotionis merita, quibus Illustris Domus tuæ recolendæ memoriæ progenitores, ipsum Imperium, dignis quidem honoribus venerari studuerunt,* & quod tu ad nostros, & ejusdem Imperii procurandos honores, tam singulari, tamque puro inclinaris ardore. Te animo deliberato, sanoque Principum, Comitum, Baronum, Procerum, & Nobilium, ac aliorum fidelium nostrorum, accedente consilio, ex certa nostra scientia & plenitudine Romanæ Regiæ potestatis, *nostrum & Imperii Sacri Vicarium* in omnibus & singulis civitatibus, castris, castellis, oppidis, dominiis atque terris, quæ & quas possides, & tenes, *in partibus Pedemontium* ordinavimus, fecimus, constituimus & creamus, dantes ex nunc & concedentes tibi plenam, liberam & omnimodam autoritatem, & jurisdictionem generalem & specialem, ac gladii potestatem, merum & mixtum Imperium, vice & autoritate, atque nomine nostris, in præfatis civitatibus, castris, castellis, oppidis, villis, dominiis atque terris extendendi, animadvertendi in facinorosos & reos cohertitionem quamlibet, ratione præcisâ & mediante justitiâ exequendi.

§. 3. Et ut etiam apud te merum & mixtum Imperium Jurisdictio sive contentiosa sive voluntaria in eisdem civitatibus, castris, castellis, oppidis, villis, dominiis atque terris, ac subditis, incolis & hominibus ibidem secularibus dumtaxat cujuscumque status, præeminentiæ vel conditionis existant, de rebus, contractibus, vel quasi contractibus, ultimis voluntatibus, maleficiis, criminibus & delictis, vel quasi commissis & perpetratis in subditos, incolas & homines præfatos, & per eos, seu etiam per alios in dictis civitatibus, castris, castellis, oppidis, villis, dominiis atq; terris, perpetratis, seu etiam perpetrandis, exerceatur libere, secundum quod jus & ratio persuadebunt.

§. 4. Concedentes tibi nihilominus auctoritatem plenam, pœnam & mulctas ratione præviâ imponendi, levandi, & ex causis rationabilibus augmentandi, minuendi, remittendi in judicio & extra, *Judæos Cameræ nostræ servos* acceptandi, defendendi & tuendi jura Cæsarea; collectas, subventiones ab ipsis prout hoc honor Imperii & necessitas postulaverint, exigendi, in Judicio & extra in causis, quæstionibus, arbitriis, arbitramentis, & litibus quibuscumque, tàm cum causarum cognitione quàm sine, Deum præ oculis habendo, ac de plano & summariè sine strepitu & figurâ judicii solâ veritate inspectâ procedendi, determinandi, sententias exequendi, fugitivos inquirendi, & puniendi maleficos, assasinos & *robatores stratorum*, laqueandi, judicandi, ac *piratas maris submergendi*, juxta sacrorum Legum Canonum & jurium communium sacratissimas sanctiones, & prout secundum ritum, & terræ consuetudinem municipalia jura & statuta persuaserint; ac proditores decapitandi, suspendendi, & eos ac eorum quemlibet, dum & quotiens se casus obtulerit, condemnandi, puniendi, membra truncandi, fustibus cædendi, de patria ad tempus, vel perpetuò relegandi, carcerandi, & igne cremandi, mutilandi & debilitandi, bona talium publicandi & confiscandi; officiales instituendi, & de omnibus criminibus ordinariis & extraordinariis, enormibus, levibus, publicis & privatis cognoscendi, puniendi & executiones faciendi, ac tam secundum jura communia quam municipalia decidendi, cognitionem & decisionem hujusmodi committendi, in integrum restituendi, absolutionem quamlibet in judicio vel extra exercendi, infamiam tam juris quam facti irrogandi, absolvendi & disponendi de causis principalibus, & appellationibus quibuslibet, tanquam judex super hiis à nobis delegatus cognoscendi, examinandi, & diffiniendi, decreta primum, secundum, & cum juris solemnitate tertium interponendi, jura declarandi, & omnia quæ causarum merita requirunt exercendi & exequendi, ita tamen, quod à tua sententia, vel sententiis ad audientiam nostri culminis possint

possint liberè, totiens quotiens opportunum fuerit procurare, monetas sub vero pondere, aureas & argenteas instituendi, *ferias imponendi* & tollendi, rebelles sacri Imperii persequendi & puniendi, nec non omnibus & singulis te, atque tuos, ac terras, & dominatus injustè opprimentes, seu invadentes, ac opprimere seu invadere molientes, in quantum justa resistentia, vel defensio exigunt, vim vi repellendo resistendi, ac justum bellum movendum, ac judicandi decreta, statuta & provisiones in prædictis omnibus & quolibet prædictorum faciendi, de novo corrigendi, tollendi jam facta semel & pluries aut totiens, quotiens opportunum fuerit, & ordo dictaverit rationis, dotes & dotalitia, *donationes propter nuptias admittendi*, approbandi & confirmandi, mente captis Curatores, & orphanis, pupillis & Viduis Tutores præficiendi, devolutiones fiscales quarumcunque hæreditatum seu etiam rerum, mobilium & immobilium, dum ratio & jus illud exegerint, nostro Regio nomine exigendi, *tenutam* & possessionem talium pro nobis & Imperio capiendi, & generaliter *omnia & singula, quæ ad verum & legitimum sacri Romani Imperii* in supra dictis civitatibus, castris, castellis, oppidis, villis, dominiis, atque terris, *Vicarium* pertinent, ut præmittitur liberè, & absque impedimento, quodlibet faciendi, etiam si qua ex eis jure vel consuetudine exigerent mandatum magis speciale, sacrosanctâ Ecclesiasticâ libertate, ac nostris & Imperii sacri juribus nec non regalibus & feudis quorumlibet Episcoporum, Prælatorum, ac cæterarum Ecclesiasticarum & secularium personarum in præfatis dominiis consistentium, quæ à nobis & Imperio sacro immediatè dependent, in præmissis omnibus & singulis semper salvis.

§. 5. Quapropter fidelitati tuæ firmiter & districtè præcipiendo mandamus, quatenus ad statum pacificum civitatum, castrorum, castellorum, oppidorum, villarum, dominiorum atque terrarum prædictarum, ac recuperatione nostrorum, & Imperii sacri jurium in præmissis omnibus & singulis fidem & solicitudinem tuas, sicut de te confidimus, sic efficaciter & diligenter impendas, ut ipsis diligentiæ tuæ testimonio electionis nostræ judicium commendetur, dum talem & tanto negotio duximus præponendum, ex cujus fidelitate, fide & justitia Serenitatis nostræ salutare propositum, de observatione jurium Imperii singulis exprimatur, præsentium sub nostræ Romanæ Regiæ Majestatis sigillo testimonio literarum. Datum Budæ, anno Domini M CCCC XII. primâ die Julii Regnorum nostrorum, &c. anno Hungariæ XXV. Romanorum vero II.

CXXV. *Confœderatio inter* Sigismundum Imperatorem & Carolum VI. *Regem Galliæ. Tridenti*, 25. *Jun.* 1414.

SIgismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex; Notum facimus universis præsentibus, atque futuris. Quod nos ad memoriam reducentes uniones, colligationes & fœdera per Serenissimos Principes Dominum *Carolum Quartum* divæ memoriæ Romanorum Imperatorem semper Augustum, & Bohemiæ Regem, Genitorem nostrum charissimum pro se, hæredibus ac successoribus Bohemiæ Regibus, cum deinde per Dominum *Wenceslaum tunc* Romanorum & Bohemiæ Regem, fratrem nostrum charissimum, pro se ac pro nobis, & illustri *Joanne quondam Duce Juliacensi fratre nostro* charissimo, nostrisque hæredibus & successoribus Bohemiæ Regibus, cum serenissimo Principe Domino Carolo *quondam Francorum Rege* inclytissimo, cujus animam possideat Paradisus, pro se & *filiis suis* Carolo primogenito, tunc Delphino Viennensi, & Ludovico Comite Valesii, nec non Ludovico Andegavensi, Joanne Bituricensi, & quondam Philippo tunc Burgundiæ Duci-

Digitized by Google

bus Germanis ſuis, hæredibusque & ſucceſſoribus eorum factas, initas & juratas; easdemque uniones, alligationes, & fœdera cum Sereniſſimo Principe Domino *Carolo nunc Francorum Rege* inclytiſſimo, renovaſſe & confirmaſſe; menti pariter non immeritò reducentes, quantis favore, zelo, & amore, nexibus etiam ſanguinis & fœderis ad hoc ipſum impellentibus, ipſe conſanguineus noſter Dominus Carolus quondam Francorum Rex inclytiſſimorum progenitorum ſuorum veſtigiis inhærendo, nos & noſtram Domum Bohemiæ fuerit continuò favorabiliter proſecutus, & præfatus Dominus Carolus nunc Francorum Rex de die in diem proſequi non deſiſtit; compellimur, tàm divinæ legis inſtitutione quam ſanguinis proximitate, & præmiorum viciſſitudine vicem rependere.

§. 2. Quas ob res cum eodem Sereniſſimo Principe Domino Carolo Francorum Rege conſanguineo noſtro cariſſimo, ſuisque hæredibus, & in eodem Francorum Regno ſucceſſoribus, in Dei Salvatoris nomine, totius quoque Trinitatis, pro conſolatione ac ſtabilitate Regnorum, ac grata ſalute, noſtris ſuisque ditionibus fidelium & ſubjectorum; uniones, fœdera, colligationes & promiſſiones hactenus cum eo, & aliis ut ſupra factæ, ſalva & excepta excluſione infra ſcripta, perpetua roboris firmitate vigere volentes; ipſos & ipſa, ſicut inter præfatum Dominum Carolum Quartum, & poſtmodum Dominum Wenceslaum pro ſe, ac nobis, & chariſſimo fratre noſtro Joanne olim *Duce Juliacenſi*, ac hæredibus & ſucceſſoribus noſtris, ac antedictum Dominum Carolum Francorum Regem & pro ſe & ſuis hæredibus factæ ſeu facta fuerunt, & in litteris deſuper confectis liquidius ſunt expreſſæ & expreſſa, cum jam dicto Domino Carolo nunc Francorum Rege, Ludovico primogenito Duce Aquitaniæ & Delphino Viennenſi, Joanne Turoniæ Comite & de Ponthiuro, ejusdem Domini Caroli Francorum Regis filios; Sereniſſimo Principe *Ludovico Hieruſalem & Siciliæ Rege, Andegavenſi Duce*, Joanne Duce Bituricenſi, Carolo Duce Aurelianenſi, Philippo & Joanne ejus fratribus, Joanne Duce Borbonii, Joanne Comite Alençonii, & Eduardo Duce Barrenſi conſanguineis noſtris chariſſimis, ipſorumque hæredibus & ſucceſſoribus; pro nobis ac Sereniſſimo Principe *Domino Wenceslao Bohemiæ Rege fratre noſtro* chariſſimo, noſtrisque hæredibus; & tam in Romanorum, quàm Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ & Bohemiæ prædictis Regnis, & eorum quolibet ſucceſſoribus, de novo facimus, renovamus, ratificamus, & approbamus, ac etiam confirmamus.

§. 3. Et ad horum majorem firmitatem promittimus bonâ fide, & ſub virtute juramenti per nos ad ſancta Dei Evangelia præſtiti, pro nobis & hæredibus ac ſucceſſoribus noſtris prædictis: quod à modo in antea & in perpetuum erimus boni, legales, atque perfecti amici ipſius Domini Caroli Francorum Regis, filiorum, nepotum, & aliorum prænominatorum conſanguineorum ſuorum, & noſtrorum; & quod honorem, uberem ſtatum, commodum & profectum eorum ſemper procurabimus, viis, modis, & ingeniis quibuscumque realiter & cum effectu; ac univerſum damnum, quod ipſis vel eorum hæredibus & ſucceſſoribus in perſonis, honore vel rebus, ſeu Regno Franciæ antedicto, ac etiam juribus ſuis per quempiam irrogari poſſet, quomodocumque & qualitercumque, dum ad noſtri notitiam devenerit, fideliter vitabimus. Ipſos quoque hæredes & ſucceſſores ſuos prædictos adverſus quoscumque, qui contra ſtatus, jura ac conditiones eorum moliti ſunt hactenus, aut quomodolibet molirentur, tàm in adipiſcendis, quam in recuperandis, & retinendis adjuvabimus, & reſtaurari curabimus ac fortificabimus totâ noſtra potentia, conſilio, auxilio & favore, ac alio quoquo modo, & realiter effectiveque nos opponemus omnibus & ſingulis Regibus, Principibus, Communitatibus, & aliis quibuscumque tàm

Digitized by Google

tàm Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, cujuscumque ſtatus, dignitatis aut eminentiæ exiſtant, qui ipſorum diſpendium, jacturam ac verecundiam modo aliquo procuraſſent, ſive deinceps procurarent; ac honorem, profectum & ſtatum eorum cuſtodiemus, manutenebimus, exaltari & recuperari procurabimus legaliter toto poſſe noſtro.

§. 4. Et ne poſt hujusmodi unionis & amoris gratam concordiam aliquæ dubietates inter nos, ſeu noſtros utrobique, quacunque ratione, ſeu occaſione conſurgant, & ut futuris ſcandalis via ſeu materia præcludatur, promittimus, ut ſupra, quod ipſos Dominum Carolum Francorum Regem inclytiſſimum, ac cæteros prænominatos, hæredesque & ſucceſſores ſuos præfatos in Regno Francorum prædicto, ac quibuscumque ejusdem Regni Principatibus, Eccleſiaſticis & ſecularibus, Comitatibus, terris & caſtris, ditionibus, civitatibus, dominiis, prærogativis, honoribus, præeminentiis, ac quibuscumque juribus & pertinentiis ad eundem Francorum Regem, & ejusdem Regni Coronam, aut hæreditario, ſeu quocumque alio jure ſpectantibus non impediemus, moleſtabimus, impedirique aut invadi conſentiemus publicè, vel occultè; imò verius ad recuperandum, reſtituendum, manutenendum & poſſidendum, atque obſervandum prædicta, conſilio, auxilio, favore & modis omnibus contra omnes & quoscumque, ac etiam contra Joannem *nominatum* Ducem Burgundiæ, ejusque Coadjutores & adhærentes præſentes & futuros, quem & quos in præſentibus unione, confœderatione & colligatione, ac etiam in præmiſſis renovatione & confirmatione; *non obſtante*, quod dictus Philippus olim Dux Burgundiæ, & ſui hæredes in eisdem comprehenſi fuiſſent & expreſſè nominati, *excluſum* & excluſos eſſe, & pro excluſo & excluſis penitus haberi volumus, ope, conſilio & auxilio, poſtquam ad notitiam noſtram pervenerit, juvabimus ſine fraude. Quodque ſi per inadvertentiam vel aliter, in dictarum promiſſionum, obligationum, & confœderationum præjudicium, & contra ipſarum tenores factum ſive promiſſum quovis modo extiterit, noſtrorum ſubditorum quorumcunque ſeu officiariorum ex parte, fiatque ſeu attentetur, quandocumque in poſterum; illud & illa quam primùm de ipſis erimus informati reparare, ac reparari, redintegrari, recuperari & reſtaurari facere debere, & cum effectu, ſub virtute prædicti juramenti per nos præſtiti, promittimus, dictas quoque confœderationes, uniones & colligationes modo & forma præmiſſis inviolabiliter obſervare.

§. 5. Et ut hæc omnia robore & valetudine perpetuis validentur & confirmentur, has præſentes litteras noſtras fecimus Majeſtatis noſtræ ſigilli noſtri appenſione muniri, *noſtro* & Imperii ſacri Coronarum Hungariæ &c. Bohemiæ &c. *in reliquis, ac alieno in omnibus juribus ſemper ſalvis.* Datum Tridenti anno Domini milleſimo quadringenteſimo decimo-quarto, vigeſima quinta die menſis Junii, Regnorum noſtrorum anno Hungariæ vigeſimo octavo, Romanorum verò quarto.

CXXVI. *Erectio Comitatus Sabaudiæ in Ducatum, facta à* Sigismundo *Imperatore. Camberiaci, 19. Febr. 1416.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, fœliciter, Amen. *Sigismundus* Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Dalmatiæ Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæque Rex, ac Marchio Brandenburgenſis, nec non Bohemiæ & Lucenburgenſis hæres, ad perpetuam rei memoriam: *Illuſtri Principi Amedeo Duci Sabaudiæ, conſanguineo noſtro cariſſimo*, & fideli dilecto, gratiam Regiam, & omne bonum. Sceptrigera Regiæ dignitatis ſublimitas, ſicut inferioribus poteſtatibus officii & autoritatis elatione præfertur, ut commiſſos ſibi fideles

Digitized by Google

optatæ gubernet consolationis præsidio, quo thronus Regius tanto solidetur felicius, ac uberiori prosperitate proficiat, quantò indeficientis suæ virtutis donaria largiori benignitatis munere copiosius fuderit in subjectos; sic accrescente splendore Regalis solii, Nobilitates aliæ velut è sole radii prodeuntes, fidelium status & conditiones illustrant; quæ primæ lucis integritas minorati luminis detrimenta non patiatur, imò amplioris utique, scintillantis jubaris expectato decore perfunditur, dum in circuitu sedis Augustæ illustrium & magnificorum Virorum numerus ad Imperii sacri decorem fœliciter adaugetur.

§. 2. Sanè dum *antiquitatem prosapiæ tuæ, nobilitatem, præclara ac fidelissimæ progenitorum tuorum multiplicium virtutum, probitatumque merita, mentis constantiam, ac indefessi laboris solicitudinem, quibus Serenissimos & Invictissimos Principes divæ memoriæ Romanorum Imperatores & Reges, nostros prædecessores, signanter autem Serenissimos Principes quondam Henricum septimum proavum, & Carolum quartum Romanorum Imperatores, Regem Boemiæ Dominum & genitorem nostros carissimos, ac sacrum Romanum Imperium, extraordinaria diligentia semper honorare studuerunt;* quemadmodum ex diversis privilegiis, eisdem tuis parentibus, & præsertim per præfatos proavum & Genitorem nostros, progenitoribus tuis supra dictis ditis collegimus, ac evidenter cognovimus, in examen proinde rationis deducimus, dum & innatam illam & approbatam fidelitatis tuæ promtitudinem, eminentem legalitatis industriam, aliarum quoque multarum insignia virtutum, super quibus in conspectu Majestatis nostræ Regiæ, tum multorum fide digno testimonio commendaris, tum etiam ipsa rerum omnium magistra experientiâ approbatus existis, attentâ mente revolvimus, dumque grata plurimum & accepta serviciorum tuorum obsequia, quibus Nobis & Imperio prædicto tam promptè quam effectualiter benevoleque placuisti, sollicitis studiis quotidie places, & in antea quidem tanto ferventius & utilius placere poteris ac debebis, quanto te excellentiora, amplioraque dignitatum & honorum beneficia & antidota cognoveris à nostro culmine & sacro Imperio suscepisse, pia consideratione pensamus; ad ea utique Majestas nostra benignis inclinatur affectibus, quæ tuum totiusque domus tuæ status exaltationem & honorem concernunt pariter & profectum.

§. 3. Notum itaque meritorum tuorum intuitu, Te *Amedeum Principem & consanguineum nostrum dilectum,* non per errorem aut improvidè, sed animo deliberato, propriique nostri motus instinctu, sano etiam Principum, Comitum, Baronum, Nobilium, procerum, & fidelium nostrorum accedente consilio, de certa nostra scientia, ac de Romanæ Regiæ potestatis plenitudine; Hodie in nomine Domini Salvatoris nostri, à quo omnis honor, Principatus & Nobilitas provenire noscuntur, *in verum Principem & Ducem illustravimus, ereximus,* creavimus & sublimavimus, illustramus, erigimus, creamus, sublimamus, & tenore præsentium *in & sub diademate & apparatu nostro Regio & Imperiali, prout in talibus moris est,* solemniter & præsentialiter decoramus. Decernentes expressè, & Edicto Romano Regio & Imperiali statuentes, quod tu, hæredes legitimi naturales, & successores tui Duces Sabaudiæ, perpetuò omni præeminentia, dignitate, nobilitate, jure, potestate, libertate, honoribus & consuetudinibus continuò gaudere debeatis & perfrui, quibus cæteri Imperii sacri Principes, & signanter Illustres Duces facti sunt hactenus, & quomodolibet potiuntur; *Comitatumque tuum Sabaudiæ,* & civitates, castra, munitiones, oppida, villas, districtus, montes, colles & plana, cum omnibus sylvis, rubetis, pratis, pascuis, aquis, aquarum decursibus, lacubus, piscinis, piscaturis, theloneis, judiciis, bannis, sive inhibitionibus, venationibus, censibus, redditibus, accusationibus & pœnis inde sequentibus, de consuetudine vel de jure, Baronibus, Baroniis,

Digitized by Google

Baroniis, feudis, feudatariis, vaſallis, vaſallariis, militibus, clientibus, judicibus, civibus, nobilibus & plebeis, ruſticis, agricolis, pauperibus & divitibus, & omnibus eorum pertinentiis, eo modo dumtaxat, ſicut & quemadmodum *per dominos prædeceſſores noſtros* territorium hujusmodi in & ſub metis & limitibus antiquis *in Comitatum Sabaudiæ creatum fuit & erectum*, & ſicut prædicta, & eorum quodlibet latitudo prædicti Comitatus comprehendit; ſalvis tamen Eccleſiaſtica libertate, & omnium aliorum jure, *in verum & perpetuum Principatum & Ducatum Sabaudiæ erigimus* & inſignimus, & de prædictæ Romanæ Regiæ poteſtatis plenitudine, decoramus tibi Illuſtri Principi Amadeo Duci Sabaudiæ prædicto, Ducatum ſive Principatum Sabaudiæ ſupra dictum, cum omnibus nobilibus, hominibus, juribus, privilegiis, immunitatibus, præeminentiis, honoribus, pertinentiis, mero & mixto Imperio, gladii poteſtate, ac jurisdictione omnimoda, quemadmodum Ducatus ſeu Principatus inſignes ab illuſtribus ſacroſancti Romani Imperii Ducibus vel Principibus poſſidentur ſive tenentur, ſive poſſideri conſueverunt hactenus, & in quantum à ſacro Romano Imperio in feudum dependent de benignitate Regni conferentes.

§. 4. Decernimus etiam, & hac Edictali conſtitutione ſancivimus, quod tu, hæredes & ſucceſſores tui perpetuò, Duces Sabaudiæ appellari & nominari in antea debeatis, & tanquam cæteri Imperii ſacri Duces & Principes teneri & honorari, & ubique ab omnibus reputari, omnique jure, privilegio, honore, gratia & dignitate, absque impedimento perfrui, quibus alii ſacroſancti Romani Imperii Duces & Principes, *in dandis ſeu recipiendis juribus, & conferendis ſeu ſuſcipiendis feudis*, & omnibus aliis illuſtrem ſtatum & conditionem Ducum ſeu Principum concernentibus, fruiti ſunt hactenus ſeu quomodolibet potiuntur. Decernimus etiam & volumus, ac Regali edicto duximus perpetuò ſtatuendum, quod tu, hæredes & ſucceſſores tui Duces Sabaudiæ, Ducatum ſeu Principatum Sabaudiæ prædictum, cum omnibus ſuis pertinentiis, ſicut expreſſetur ſuperius, à nobis nec non à noſtris ſucceſſoribus Imperatoribus ſeu Regibus Romanis, & ab ipſo Romano Imperio, totiens quotiens oportunum fuerit debito ſolemnitatis honore, & *cum vexillis ut moris eſt*, & ſoluta reverentia ſuſcipere debeatis; nobisque ac eisdem ſucceſſoribus noſtris, in caſibus præmiſſis, ſicut alii Imperiales Duces & Principes, præſtare & facere, fidelitatis, homagii, obedientiæ & ſubjectionis debita corporalia juramenta, & nullo modo vel tempore Eccleſiis vel Prælatis, & cæteris perſonis Eccleſiaſticis in dicto Ducatu, olim Comitatu Sabaudiæ appellato, quoquo modo adverſari; nec de bonis & juribus Eccleſiaſticis, quæ ob reverentiam Dei & ſanctorum ejus ſalvâ ſemper & illæſa perſiſtere volumus, te ingerere, neque alium ſeu alios quoscumque permittere, ſed ipſos charitativè tractare, ac illæſos undique pro poſſe cuſtodire; & quod in dicto Ducatu Sabaudiæ pacem & juſtitiam omnibus & ſingulis æque pauperibus & divitibus, procurare, facere & adminiſtrare velis & debeas efficaciter juxta poſſe.

§. 5. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc noſtræ Illuſtrationis, erectionis, ſublimationis, creationis, decorationis, collationis ſeu Decreti paginam infringere, ſeu ei quovis auſu temerario quomodolibet contraire. Si quis autem ſecus attentare præſumpſerit, præter indignationem noſtram graviſſimam, pœnam mille marcharum auri puriſſimi totiens quotiens contractum fuerit, ſe noverit irremiſſibiliter incurſurum, quarum medietatem Regalis noſtri ærarii ſive fiſci, reſiduam verò partem ſupra dicti Ducis, hæredum & ſucceſſorum ſuorum uſibus decrevimus applicari, præſentium ſub noſtræ Majeſtatis ſigilli appenſione teſtimonio literarum. Datum Camberiaci Gratianopolitanæ Dioceſis, Anno à Nativitate Domini

mini M. CCCC. XVI. menſis Februarii. Regnorum noſtrorum anno Hungariæ XXIX. Romanæ electionis VI. Coronationis vero II.

CXXVII. *Inveſtitura Ducatus Sabaudiæ recenti creati, cæterarumque ditionum* Amadæo Duci *ab* Imperatore Sigismundo *data, Chamberiaci* 20. *Febr.* 1416.

tione aut literis explicari: Et quia tanti Principes & Domini cupiunt, nec immeritò antiquam amoris & generis unitatem puro & sincero mentis affectu consistere imò verius augeri, Altissimo concedente.

§. 2. Pateat universis & singulis hanc paginam inspecturis, quod anno à nativitate Domini millesimo quadringentesimo vigesimo quarto, Indictione secundâ *secundum stilum & consuetudinem Mediolani;* die Jovis decima septima mensis Februarii, Reverendus in Christo Pater & Dominus Artaudus Abbas Monasterii sancti Antonii Viennensis Diœcesis Procurator & procuratorio nomine prælibati Domini Regis, secum Advocato venerabili Magistro Petro Salvage juxta tenorem Regii mandati infra scripti, de cujus mandato constat litteris patentibus ejusdem Domini Regis sigillo Regio pendenti munitis, ibidem lectis, ostentis & visis infra scripti tenoris, pro præfato Domino Rege & nomine suo, & nomine & vice filiorum & heredum suorum, ac pro omnibus civitatibus, terris, castris & locis, quas & quæ idem Dominus Rex & ejus filius Dalphinus tenent & possident, & eos tenere & possidere in futurum continget, nec non pro omnibus subditis & fidelibus, quos idem Dominus Rex habebit, pro omnibus quoque adhærentibus & colligatis ejus inferius declaratis ex parte una; & spectabilis Cunradinus de Capitaneis & Vicemercato, natus quondam nobilis & egregii Domini Thomæ Civis Mediolani Portæ Cumanæ parochia sancti Thomæ in Terramara Consiliarius, ac Secretarius præfati Domini Ducis, ut constat, publico Instrumento illius mandati hodie paulo ante per me Notarium infra scriptum confecto tenoris infra scripti, pro seipso Domino Duce & nomine suo ac nomine & vice filiorum & heredum suorum, seu illius quem legitimaverit & habilitaverit, aut legitimabit & habilitabit ad ejus successionem & hereditatem, de cujus quidem legitimatione & habilitatione facta vel fienda per præfatum Dominum Ducem constabit publico & authentico documento sigillo suo magno Ducali sigillato, ac pro omnibus civitatibus, terris, castris & locis, quos & quæ tenet & possidet, & eum tenere & possidere in futurum continget, nec non pro omnibus subditis & fidelibus, quos idem Dominus Dux habet & in futuro habebit, pro omnibus quoque adhærentibus & colligatis ejus inferius declaratis, ex parte altera.

§. 3. Ad laudem & gloriam omnipotentis Dei & totius Curiæ cœlestis, ad honorem, conservationem, & bonum præfatorum Dominorum Regis & Ducis, ac eorum & utriusque eorum dominii & status, harum serie fecerunt, inierunt, celebrarunt, & concluserunt, & faciunt, ineunt, celebrant & concludunt bonam, veram, firmam, realem, solidam & perfectam ligam, confœderationem, unionem & compositionem, & quicquid melius dici, esse & censeri potest, invicem & inter se duraturam & incorrupte bona fide & sine fraude per & inter eosdem dominos Regem & ducem his modis & nominibus, quibus supra colligatos servandam *hinc ad annos centum* proxime futuros, sub modis, formis, tenoribus, pactisque inferius annotatis. Videlicet:

§. 4. Quod prædicta liga, confœderatio, unio & compositio facta sit & intelligatur modis & nominibus, quibus supra, habendo & tractando hinc inde amicos quoscumque pro amicis & inimicos quoscumque pro inimicis; qui quidem amici pro amicis, & inimici pro inimicis habendi intelliguntur, de & pro iis omnibus qui vivere & mori possunt, *excepto Domino nostro Papa.*

§. 5. Item quod si quis præfatorum dominorum quidquam senserit, eveniens aut evenire volens in sinistram & ad incommodum alterius quomodocumque & undecumque, id statim ille sic alteri revelabit & obviabit, pro posse ne id fiat, totoque posse suo proteget & conservabit honorem, statum & commodum alterius; Et è converso insuper si grande aliquid perceperit

Digitized by Google

ceperit ſaluti ferum ſtatui & dominationi alterius, ille ſic percipiens aperiet & nuntiabit alteri, cujus interierit, quam celerius, & quam efficacioribus atque honeſtioribus modis poterit; & ſic è contra.

§. 6. Item, quod ſi alter præfatorum Dominorum indigeat & requirat alterum proviſione gentium in ſubſidium illius indigentis & requirentis, ut ſupra, teneatur ille alter Dominus requiſitus ſibi requirenti mittere & præſtare quæcumque poſſibilia ſubſidia & favores, tam in gentibus armigeris, quàm in quibuscumque aliis ſubſidiis neceſſariis.

§. 7. Item, quod uterque Dominorum præfatorum conducere poſſit ad ſua ſervitia & ſtipendia *gentes armorum* tàm equeſtres quàm pedeſtres de territorio & per territorium alterius & ſuorum hinc inde collegiatorum, dando gentibus illis taliter conducendis patientiam & liberum tranſitum, ac victualia neceſſaria ſumptibus tamen conducentis aut conducere volentis, ut ſupra: hoc tamen intellecto, quod neutra prædictarum partium poſſit aut debeat quovis modo tentare ad ſua ſervitia, nec aliquatenus firmare, aut conducere gentes aliquas armigeras equeſtres ſeu pedeſtres, quas altera pars ad ſua ſervitia aut ſtipendia haberet vel caſſaret ſine licentia & beneplacito partis illius, ad cujus ſervitia vel ſtipendia eſſent, vel quæ illas caſſaret.

§. 8. Item, quod ſimiliter alteri ex præfatis Dominis non permittatur adducere ad eorum ſervitia de territorio, nec propè territorium alterius Domini, & ejus colligatorum aliquas gentes armorum equeſtres ſeu pedeſtres.

§. 9. Item, quod *ſi contingeret alteram partium prædictarum caſſare è ſuis ſervitiis & ſtipendiis aliquos armigeros equeſtres ſeu pedeſtres, teneatur ipſa pars adjurare dictos armigeros ſic caſſatos ſeu caſſandos, de non veniendo quovis modo*, directè vel per indirectum *ad offenſas & damna alterius partis infra unum annum* à die caſſationis proximè ſecuturum: Et ſi tales gentes caſſatæ ſeu caſſandæ, ut præfertur, vel aliquæ earum contra facerent & venirent ad offenſas dictæ alterius partis, quod pars prænominata, quæ illos caſſaverit teneatur facere & agere toto ſuo poſſe contra ipſas ſic contra facientes & venientes ad offenſas, ut ſupra.

§. 10. Item, quod altera prædictarum partium non poſſit aliquam, quamvis pacem ſeu concordiam, aut quodvis concordiæ genus devenire cum aliquo quovis Principe Domino aut quavis perſona, cujusvis ſtatus, præeminentiæ & dignitatis exiſtat, in quam vel in qua non includatur pars altera, modis & forma rationabilibus & convenientibus.

§. 11. Item quod uterque præfatorum Dominorum teneatur præſentem ligam, confœderationem, unionem, & compoſitionem, & omnia & ſingula in præſenti inſtrumento contenta, ratificare infra menſes ſex proximè futuros, per publica documenta ſigillis magnis utriusque præfatorum Dominorum munienda congrueque referenda.

§. 12. Adhærentes verò & colligati prælibati Domini Regis, de quibus ſupra fit mentio ſunt ii: videlicet, Rex Hiſpaniæ, Rex Scotiæ, *Rex Ludovicus*, Dux Aurelianenſis, Comes Angolismenſis, Dux Borbonii & ejus geniti, Alençonii, *Dominus Reinerius Dux Barri*, Dominus *Carolus frater Regis Ludovici*, Comes Arminiaci, *Richardus de Britannia*, Comes d'Eſtampes, Dominus d'Ellebreto.

§. 13. Adhærentes autem & colligati prælibati Domini Ducis ſunt ii: videlicet Sereniſſima Domina *Regina Joanna ſecunda*, Sereniſſimus Dominus Rex Ludovicus, Illuſtriſſimus Dominus Dux Aurelianenſis, Comes Angolismi, *Dux Sabaudiæ*, Marchio Montisferrati, Dominium Venetorum, *Marchio Eſtenſis*, Dominus Mantuæ.

§. 14. Quam quidem ligam, confœderationem, unionem & compoſitionem

Digitized by Google

tion em & prædicta omnia & singula præfati Procuratores dictis nominibus promiserunt, & promittunt sibi dictis nominibus vicissim per solemnem stipulationem & mihi Notario infra scripto personæ publicæ stipulanti & recipienti nomine, quorum interest, & interesse potest & poterit in futurum sub eorum Dominorum Regis & Ducis, & utriusque eorum bonorum obligatione, ac etiam juraverunt & jurant ad sancta Dei Evangelia in animas præfatorum Dominorum constituentium, habita congrua relatione, firmiter attendere & observare, & nullo tempore contra facere vel venire, per se nec submissas personas directè nec per indirectum, nec ullo quæsito colore.

§. 15. Tenor mandati præfati Domini Regis talis est: Charles par la grace de Dieu Roy de France à tous ceux qui ces presentes lettres verront salut. Comme nous ayons entention & voulenté de continuer les ligues, confederations & amitiez, que le Ducs de Milan ont à nous & à nos predecesseurs Roys de France, & icelles entretenir avec nostre tres cher & amé Cousin le Duc de Milan, qui à present est, sçavoir faisons: que nous confians à plein des loyauté, *preudhommie* & prudence de nostre amé & feal Conseiller & Abbé de Sainct Antoine de Vienois, iceluy appellé avec luy, se bon luy semble nostre amé & feal Conseiller Messire *Pierre Sauvage*, avons commis & deputé, & par ces presentes de nostre certaine science commettons & deputons, pour aller & eux transporter de par nous devers nostre dict Cousin, de traicter & accorder avec luy ligues & confederations pour le bien de nous, de nostre Seigneurie & d'iceluy nostre Cousin, & de sa Seigneurie, pareillement de traictier & chapitrer sur les dictes ligues & alliances de nostre dict Cousin, ou ses commis & deputez, ayans à ce suffisant pouvoir, & de nous obliger à ce ainsy, que bon semblera à nostre dict Conseiller l'Abbé de saict Antoine, au bien, honneur & proffict de nous & de nostre dicte Seigneurie, & à la continuation & entretement de l'amour de nous & de nostre dict Cousin, & generalemènt de faire tout ce qu'il verra estre profitable & necessaire, pour conclure & fermer les dictes ligues & confederations, lesquelles faictes par iceluy Abbé, nous prometrons avoir fermes & agreables, & sur ce donner nos lettres telles & si bonnes, qu'il appartiendra. En tesmoing de ce nous avons faict mettre nostre seel à ces presentes. Donné en nostre hostel de Meheun sur Ciraille, le seiziesme Septembre, l'an de grace mil quatre cens vingt trois, & le premier de nostre regne. Par le Roy en son grand conseil: Unde

§. 16. Tenor verò mandati præfati Domini Ducis talis est: Anno à nativitate Domini millesimo quadringentesimo vigesimo quarto, Indictione secundâ, die Jovis decima septimâ mensis Februarii, Illustrissimus Princeps & excellentissimus Dominus, Dominus Philippus Maria Anglus Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæq; Comes, ac Janoæ Dominus, natus quondam Illustrissimi Principis & excellentissimi Domini, Domini *Joannis Galeas Vicecomitis, olim primi Ducis Mediolani &c.* nunc isto momento moras agens in *castro Habeatisgrasi* Ducatus Mediolani, sponte ac deliberatè, & ex certa animi scientia, omniq; modo, jure, vi & forma, quibus & prout melius ac validius potuit ac potest, tenore præsentis mandati fecit, constituit & creavit, facit, constituit & creat suum certum verum & indubitatum missum, nuntium & procuratorem, & quicquid melius dici & esse potest, spectabilem *Conradinum de Capitaneis de Vicemercato* Consiliarium & Secretarium ejusdem Domini Ducis, natum quondam nobilis & egregii Domini Thomæ Civem Mediolani Portæ Cumanæ parochiæ sancti Thomæ in Terramara, præsentem & ad hoc mandatum sponte suscipientem specialiter & expresse ad faciendum, contrahendum, ineundum, celebrandum & concludendum pro se Domino Duce & nomine suo, ac nomine & vice

Digitized by Google

filiorum & hæredum ſuorum, ſeu illius, quem legitimaverit & habilitaverit, aut legitimabit & habilitabit ad ejus ſucceſſionem & hæreditatem, de cujus quidem legitimatione & habilitatione facta vel fienda per præfatum Dominum Ducem conſtabit publico & authentico documento ſigillo ſuo magno Ducali ſigillato, ac pro omnibus Civitatibus, terris, locis & caſtris, quas & quæ tenet & poſſidet, & eum tenere & poſſidere in futurum continget, nec non pro omnibus ſubditis & fidelibus, quos idem Dominus Dux habet, & in futurum habebit, pro omnibus quoque adhærentibus & alligatis ejus declarandis, ac nominandis per præfatum Conradinum procuratorio nomine ipſius Domini Ducis in Inſtrumento ligæ fiendæ, ut infra; & qui Conradinus de mente & intentione ejusdem DOMINI DUCIS plenius informatus, cum ſereniſſimo Principe Chriſtianiſſimo & excellentiſſimo DOMINO, Domino Carolo Rege Francorum, & ejus Procuratore ad hoc ſpeciale & ſufficiens mandatum habente, & maximè cum Reverendo Patre & Domino, *Domino Artaudo, Abbate Monaſterii ſancti Antonii Viennenſis Diœceſis* Procuratore & procuratorio nomine præfati Domini Regis pro ſe Domino Rege, & nomine ſuo, & nomine & vice filiorum & heredum ſuorum, & pro omnibus civitatibus, terris, locis & caſtris, quas & quæ præfatus DOMINUS Rex, & ejus filius Dalphinus tenent & poſſident, & eos tenere & poſſidere in futurum continget; nec non pro omnibus ſubditis & fidelibus, quos idem Dominus Rex habet & in futurum habebit, pro omnibus quoque adhærentibus & colligatis ipſius DOMINI Regis nominandis & declarandis pro parte ejusdem DOMINI Regis in dicto Inſtrumento ligæ fiendæ, ut ſupra & infra: bonam, veram, firmam, realem, ſolidam & perfectam ligam, confœderationem, unionem & compoſitionem, & quicquid melius dici, cenſeri, fieri & eſſe poteſt, invicem & per & inter præfatos DOMINOS Regem & Ducem ſic modis & nominibus, quibus ſuprà, colligandos duraturam, & incorruptè ac bonâ fide & ſine fraude per eos DOMINOS Regem & Ducem ſervandam, hinc ad annos centum proximè futuros cum & ſub modis, formis, tenoribus, capitulis & pactis, cum quibus præfatus Conradinus *dicto procuratorio nomine Ducali voluerit*, & de quibus ac prout ſibi videbitur & placebit, & generaliter ad omnia & ſingula, quæ eidem Conradino dicto procuratorio nomine Ducali opportuna, neceſſaria, utilia & expedientia videbuntur, in prædictis omnibus, & circa prædicta, & quodlibet prædictorum, etiamſi eſſent talia, quæ mandatum plus ſpeciale depoſcerent, vel quæ etiam minùs generalia dici poſſent, & vellent in ſpeciale mandatum veriſimiliter venire, & quæ, etiamſi in eis lateat ambiguitas, idem DOMINUS DUX facere poſſet, ſi perſonaliter intereſſet, & ad faciendum fieri de prædictis quodlibet publicum documentum, cum promiſſionibus, obligationibus, pactis, capitulis, juramentis, conditionibus, ſolemnitatibus, & clauſulis debitis, & de quibus eidem Conradino dicto procuratorio nomine DUCALI videbitur & placebit.

§. 17. *Dans & concedens* idem DOMINUS DUX conſtituens *dicto Conradino* conſtituto in prædictis omnibus, nec non in dependentiis et connexis plenius quam generale et ſpeciale mandatum, cum plena et libera, generali et ſpeciali adminiſtratione, et *totaliter vices ſuas;* promittens quoque idem DOMINUS DUX ſub ſui et bonorum ſuorum obligatione mihi nominato Notario infra ſcripto perſonæ publicæ ſtipulanti et recipienti nomine præfati DOMINI Regis, et omnium, quorum intereſt, et intereſſe poterit quomodolibet in futurum, ac etiam juravit; et qui DOMINUS DUX ibidem juravit, et *jurat ad ſancta Dei Evangelia, manibus tactis ſcripturis*, quod perpetuò, ratum, gratum et firmum habebit et tenebit præſens mandatum; rataque, grata et firma ſemper habebit, quæcumque præfatus Conradinus fecerit, geſſerit et concluſerit in prædictis et circa prædicta et quodlibet prædictorum.

Et

Digitized by Google

Et quod non faciet nec veniet contra prædicta per ipsum Conradinum dicto procuratorio nomine Ducali facienda, gerenda & concludenda, nec aliquod eorum directè nec per indirectum, nec ullo quæsito colore, & perinde etiam prædicta omnia servabit, ac si per omnia præfatus Dominus Dux personaliter & irrevocabiliter peregisset. Et qui etiam dominus Dux ad cautelam, & ad majorem hujus mandati & gerendorum per ipsum Conradinum virtutem, hujusmodi mandati firmitatem & validitatem ex nunc ratificavit & approbavit, & ratificat & approbat, quæcumque per præfatum Conradinum dicto procuratorio nomine Ducali, ut præfertur, facta, gesta & concluſa fuerint, & de prædictis sæpe dictus dominus Dux jussit per me Notarium infra scriptum confici debere publicum Instrumentum, hoc etiam mandati Instrumento, & Instrumento ligæ fiendæ, ut suprà, cum in membrana, seu in membranis per me Notarium Donatum infra scriptum conscripta fuerint: sigillo Ducali pro majore robore muniendis.

§. 10 Actum in prædicto castro Habiatisgrasi præsentibus sapientibus & famosis Artium & Medicinæ Doctoribus, Magistris, Joseph de Castronovali filio quondam Domini Magistri Florii Physici Portæ novæ parochiæ sancti fidelis; & Joanne Francisco de Balbis, filio quondam Domini Luchini portæ Vercelinæ parochiæ sancti Petri intus vineam Physico ambobus Medicis præfati Domini Ducis; Spectabili Zacharia Rizio, filio Stephani portæ Vercelinæ, parochiæ Monasterii novi, Secretario ejusdem Domini Ducis; Egregiis Georgio picto Caramuzia, Domini de Sancto Georgio filio; & Sylvestro de Mangano filio quondam Domini Joannis, ambobus *Caudariis* præfati Domini Ducis, & cum eo stantibus. Et Zanino de Becario, filio quondam Domini Francischini portæ Vercelinæ parochiæ Monasterii novi, Magistro Ducalis Curiæ; *Omnibus habitatoribus Civitatis Mediolani*, testibus notis; idoneis, rogatis & ad prædicta vocatis; Nec non Antoniolo de Mordegerano filio quondam Domini Petri, & Ludovico de Fayde filio quondam Domini Johannioli, ambobus habitatoribus terræ Habiatisgrasi Ducatus Mediolani, præsentibus, similiter ad prædicta vocatis.

CXXXVII. *Confœderatio* Amedei Ducis Sabaudiæ *cum Rebuspublicis* Veneta & Florentina, *contra Ducem Mediolani Venetiis*, II. *Jul.* 1426.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen. Anno à nativitate ejusdem Domini nostri Jesu Christi milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſexto, Indictione quartâ, die undecima menſis Julii, ad laudem & reverentiam omnipotentis Dei, & glorioſæ Virginis Mariæ matris ejus, ac Beatorum Marci Evangeliſtæ, & Patriarchæ, ac Joannis Baptiſtæ, & totius cœleſtis Curiæ triumphantis, & ad honorem, exaltationem, bonum liberum & pacificum ſtatum, regimen & pacem perpetuam infra ſcriptorum colligatorum & colligandorum, ac cujuslibet eorum; nec non Civitatum, terrarum & locorum ſuorum, eorumque Civium diſtrictualium, ſubditorum & fidelium: Spectabiles, & egregii Viri Domini *Manfredus ex Marchionibus Salutiarum*, miles Dominusque Mulazani; Henricus de Colomberio, Dominus de Vuflens; ac Petrus Marchiandi Legum Doctor, *Scindici* & Procuratores Illuſtris & excelſi D. Domini *Amedei Ducis Sabaudiæ*, Chablaiſii, & Auguſtæ Principis, Marchionis in Italia, Comitis Pedemontium, & Gebennenſis, Valentinenſisque, & Dienſis; ut de eorum Sindicatu & mandato plenè conſtat publico Inſtrumento, ſcripto, publicato & corroborato per prudentem Virum Petrum Catterii

Digitized by Google

Catterii Maurianenſis dioceſis, publicum Imperiali auctoritate Notarium & prælibati D. Ducis Sabaudiæ Secretarium, Curiarumque ſuarum juratum anno milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſexto, indictione quartâ, die vigeſima ſecunda menſis Martii à nobis Notariis infra ſcriptis viſo & lecto: & ſpectabiles & egregii viri domini Robertus Mauroceno, quondam Marci, Leonardus Moccenigo Procurator Eccleſiæ ſancti Marci, Fantinus Michael quondam Maphei, Fantinus Dandulo Juris utriusque Doctor quondam Leonardi Militis, Thomas Michael quondam domini Laurentii, & Nicolaus Contareno Juris utriusque Doctor; honorabiles cives Civitatis Venetiarum, Scindici & Procuratores Illuſtris & Excelſi **D.D.** *Franciſci Foſcari Dei gratia Incliti Venetiarum Ducis*, Dominii, ac communis Venetiarum: ut de eorum Scindicatu & mandato plenè conſtat publico Inſtrumento, ſcripto, completo, roborato & publicato per providum Virum David de Tebaldino Imperiali auctoritate, & Ducatus Venetiarum Notarium, in præſentibus milleſimo,* indictione, & die à Nobis Notariis infra ſcriptis viſo & & lecto: & ſpectabilis, & egregius Vir Dominus Marcellus Stroce de Strocis Legum Doctor, honorabilis civis Florentinus, Scindicus & Procurator *Magnificæ Communitatis Florentiæ*: ut patet pubiico Inſtrumento ſcripto, publicato, & corroborato per prudentem Virum Antonium quondam Jacobi de Salvetis, Civem & Notarium Florentinum, in milleſimo quadringenteſimo vigeſimo quinto indictione quarta, *ſecundum curſum & conſuetudinem Florentinorum*, die vero decima nona menſis Decembris, à nobis Notariis infra ſcriptis viſo & lecto,

§. 2. Inierunt, fecerunt, celebraverunt & contraxerunt ac firmaverunt; iniunt, faciunt, celebrant, contrahunt atque firmant inter ſe bonam unionem, & firmam confœderationem & ligam, ad conſervandum, manutenendum & defendendum Status ſuos, *contrà & adverſus Illuſtrem D. Philippum Mariam Ducem Mediolani &c.* & ſucceſſores ſuos, colligatos, adhærentes, *recommendatos*, fautores, complices, ſubditos & ſequaces, & *ad diffidandum & guerrizandum* dictum Dominum Ducem Mediolani, hæredes & ſucceſſores ſuos, colligatos, adhærentes, recommendatos, fautores ſuos ac ſuos ſubditos & ſequaces, nec non eorum terras & loca, durante tempore præſentis unionis & ligæ, & cum modis, formis & capitulis infra ſcriptis. Videlicet primò, quod præſens liga, unio & confœderatio incipere & durare debeat inter partes prædictas, à celebratione præſentis contractus, usque ad decem annos proxime ſequuturos, cum omnibus modis, formis, pactis & conditionibus, qui & quæ in præſenti inſtrumento & contractu iſtius unionis & ligæ, inſerti & inſerta ſunt; & ſi dictus Illuſtris dominus Dux Mediolani, finitis & transactis dictis decem annis adhuc ſuperviveret, præfati Illuſtris & excelſus **D.** Dux, dominium & commune Venetiarum promittunt ex nunc procurare toto poſſe, quod dicta Magnifica communitas Florentiæ, unà cum ipſo **D.** Duce, dominio & communi Venetiarum erunt contenti, quod prædictus terminus præſentis ligæ, unionis & confœderationis duret & durare debeat, adhuc toto tempore vitæ prædicti **D.** Ducis Mediolani, & *per unum annum poſt ipſius mortem.* Quod ſi ipſa Magnifica communitas facere & contentari noluerit, ex nunc ſe obligant prædicti **D.** Dux, dominium & commune Venetiarum, quod prædicta liga, unio & confœderatio, duret & durare debeat inter prædictum illuſtrem & excelſum Principem dominum Ducem Sabaudiæ, hæredesque & ſucceſſores ſuos, ex unâ parte, & ipſum illuſtrem & excelſum dominum Ducem, dominium & Commune Venetiarum ex altera, adhuc per dictum tempus & terminum vitæ dicti illuſtris domini Ducis Mediolani, & per unum annum poſt ipſius mortem.

§. 3. Et viceverſa dictus illuſtris & excelſus **D.** Dux Sabaudiæ, per ſe hæredes-

Digitized by Google

hæredesque & ſucceſſores ſuos promittit & ſe obligat, quod præſens liga unio & confœderatio duret & durare debeat, inter ipſum, hæredes & ſucceſſores ſuos, ex unâ parte; & præfatum Illuſtrem & excelſum dominum Ducem, dominium & Commune Venetiarum, & Magnificam Communitatem Florentiæ, ſi contentari voluerit ex altera; ultra dictum terminum annorum decem, adhuc per totum tempus & terminum vitæ dicti Illuſtris domini Ducis Mediolani, & per unum annum poſt ejus mortem: & ſi ipſa Magnifica Commnitas Florentiæ contentari noluerit, duret inter ipſum dominum Ducem dominium & Commune Venetiarum, ex alia, adhuc per totum tempus & terminum ſupra ſcriptum vitæ domini Ducis Mediolani & perpetuum annum poſt ipſius mortem; modis, formis, pactis & conventionibus omnibus præſentis unionis & ligæ ſeu confœderationis.

§. 4. Item quod præfatus illuſtris & excelſus D. Dux Sabaudiæ, tempore guerræ habere & tenere teneatur illam *quantitatem equitum & peditum quæ ei erit poſſibilis, & ſuper hoc ſtetur bonæ fide ſuæ*, & cum ipſis gentibus guerram facere illuſtri domino Duci Mediolani, colligatis & adhærentibus ſuis, & aliis contra quos præſens liga ſe extendit: & ſimiliter Illuſtris & excelſus dominus Dux, dominium & Commune Venetiarum, & Magnifica Communitas Florentiæ, teneatur habere & tenere dicto tempore guerræ, quantitatem equitum & peditum, qnæ eis erit poſſibilis, & ſuper eis ſtetur bonâ fide ipſorum, & cum ipſis guerram facere prædicto domino Duci Mediolani, colligatis & adhærentibus ſuis, & aliis contra quos præſens liga ſe extendit; non tamen præjudicando propter hoc ligæ inter ipſum dominum Ducem, dominium & Commune Venetiarum, & Magnificam Communitatem Florentiæ exiſtenti: tempore verò pacis prædictus dominus Dux Sabaudiæ habeat & teneat, ſeu teneri faciat ejus Vaſallos & ſubditos ita in ordine & puncto, ut quoties requiſitus fuerit per alteram partium prædictarum, cum illis infra unum menſem à die requiſitionis factæ inchoandum ſubvenire poſſit & debeat colligatis oppreſſis, & cum ipſis facere honorem & debitum ligæ, contra illuſtrem dominum Ducem Mediolani colligatos, adhærentes & alios ſuos, ut ſuprà.

§. 5. Et prædicti domimus Dux, dominium & Commune Venetiarum dicto tempore pacis habere & tenere debeant Equites bonarum gentium tres mille, & pedites mille, & Magnifica Communitas Florentiæ donec perſeveraverit in liga præſenti, ſimiliter tempore pacis tenere & habere debeat ſuis expenſis Equites tres mille, & pedites mille: & teneantur dictæ partes ſibi invicem, & viciſſim cum gentibus quas habere & tenere debent, tam tempore pacis quam guerræ, vel earum parte ſubvenire, ſicut expediens fuerit in opportunitatibus occurrentibus, contra dictum dominum Ducem Mediolani, colligatos, adhærentes, recommendatos, ſubditos & alios ſuos ut ſuprà, toties quoties fuerit opportunum, & una pars ab altera, vel è contrà fuerit requiſita; & hoc, durante tempore præſentis unionis & ligæ.

§. 6. Item quod prælibatus Illuſtris dominus Dux Sabaudiæ omninò teneatur & debeat, à die qua publicabitur præſens liga, in antea cuſtodiri & claudi facere paſſus & tranſitus ſuos, & eorum qui ex parte ſua in præſenti liga & unione comprehenduntur, quod per ipſos paſſus aut per terras & loca ſua, & de terris & locis ſuis non poſſint tranſitum facere gentes aliquæ in ſubſidium domini Ducis Mediolani prædicti; ſeu ad terras & loca ſua ſuorumque colligatorum, adhærentium, recommendatorum, complicum, ſubditorum & ſequacium, vel eorum cujuslibet, victualia aliqua, mercationes, ſeu aliæ res & bona cujuscunque generis conduci vel apportari non poſſint ullo modo; neque de terris & locis præfati domini Ducis Mediolani, vel ſuorum, ut ſuprà, aliquid conduci vel portari non poſſit per ali-

quem, ad terras, passus, loca præfati Domini Ducis Sabaudiæ, tam nunc quàm alio quocumque tempore occurret guerra inter partes prædictas, & dominum Ducem Mediolani, & suos per totum tempus præsentis unionis & ligæ: similiter etiam facere ut præmittitur, debeant prædicti dominus Dux, dominium & Commune Venetiarum, & magnifica Communitas Florentiæ, quocumque tempore per ipsas partes contingeret guerram facere, vel ad eam prosilire adversus dictum dominum Ducem Mediolani, & suos ut suprà.

§. 7. Quinimò etiam teneatur & debeat dictus dominus Dux Sabaudiæ, contra ipsum dominum Ducem Mediolani & suos superius nominatos, unà cum supra scriptis domino Duce, dominio & Communi Venetiarum, & Magnifica Communitate Florentiæ, usque per totum mensem Augusti proximo rumpere & prosequi cum gentibus prædictis, quas tempore guerræ habere & tenere debet, ipsumque facere & fieri facere contra dictum dominum Ducem Mediolani & suos prædictos, cum gentibus suis prædictis. Item quod *præsens liga* & unio seu confœderatio, *banniatur & publicetur* per dictum illustrem & excelsum dominum Ducem Sabaudiæ, in suis principalibus Civitatibus die primo mensis Septembris proximè futuri, & ad ipsum terminum banniri & publicari debeat in suis principalibus Civitatibus per dictum Illustrem & Excelsum dominum Ducem, dominium & Commune Venetiarum & Magnificam Communitatem Florentiæ.

§. 8. Item quod dictæ partes & illi, pro quibus agitur, ac quilibet eorum, teneantur & debeant vicissim, videlicet una alteri, & altera alteri, præbere & aperire liberè passus, transitus & itinera per Civitates, Terras, Portus, aquas, castra, & loca, habitabiles & habitabilia, pro transitu gentium ipsarum partium, & prædictorum pro quibus agitur, ut supra cujuslibet eorum, eisdemque dare facere Victualia & alia opportuna pro ipsis gentibus pro pretio competenti: Et si contingat Campum in aliquo poni, quod nunc & eo casu, partes & colligati de victualibus dicto Campo providere teneantur, juxta eorum possibilitatem.

§. 9. Item quod si durante tempore præsentis unionis & ligæ, præfatus dominus Dux Mediolani, aut ejus colligati, recommendati, complices, fautores, subditi vel sequaces, moverent guerram per mare civitati *Nicie* de Provincia, vel in Comitatu vel districtu civitatis ejusdem; tunc & eo casu præfatus dominus Dux, dominium & Commune Venetiarum & Magnifica Communitas Florentiæ, donec perseveraverint in dicta liga, teneantur & debeant providere *cum Galea de Monaco, vel aliis Galeis Florentinorum*, quæ sunt in mari seu portibus * deinde aut per alium modum de succursu dictæ civitati: Et si providebitur de *Armata per mare contra Januam*, pars ipsius Armatæ teneatur *in portu Ville-Franche, Monaci*, & alibi, ubi melius videbitur, ita *ut ipsa civitas Januæ facilius reducatur ad pristinam suam libertatem*; & in omnem eventum, quo dicta civitas Januæ subtrahatur ab obedientia domini Ducis Mediolani, remaneat Januensibus, & in sua pristina libertate.

§. 10. Item quia apud Deum & mundum est opus laudabile, quærere & velle pacem, quæ supra omnia optanda est, possit dominus Dux, dominium & Commune Venetiarum *tractare & practicare* ac procurare pacem & treugam cum præfato domino Duce Mediolani, *sed non possit pax aliqua vel treuga concludi, nisi de voluntate & consensu omnium trium* partium prædictarum, videlicet, domini Ducis Sabaudiæ, domini Ducis dominii & Communis Venetiarum & Communitatis Florentiæ, seu duarum partium ex ipsis tribus; ita quod *quidquid per duas ex ipsis tribus partibus & Potentiis deliberatur & concludetur de pace vel treuga, sit validum atque firmum*, & per aliam tertiam partem attendi debeat & inviolabiter observari.

§. 11. Et

Digitized by Google

§. 11. Et quia per formam unius capituli contenti in liga existente inter præfatum dominum Ducem, dominium & Commune Venetiarum, & Communitatem Florentiæ, stat in solo arbitrio & potestate præfati domini Ducis, dominii & Communis Venetiarum, procurare, tractare & firmare pacem & treugam, cum domino Duce Mediolani; ex nunc dictus dominus Dux, dominium & Commune Venetiarum, liberant & absolvunt dictam Communitatem Florentiæ ab omni promissione & obligatione contenta in dicto capitulo, quantum pertinet ad factum pacis & treugæ fiendæ cum domino Duci Mediolani: Verum si casus occurreret, quod post conclusionem hujus ligæ, aliquid ex his quæ per partes prædictas ad præsens tenentur & possidentur, perderetur, & per partem adversam occuparetur; *non possit aliquo modo perveniri ad pacem, nisi omnia loca dictis partibus ablata restituantur.*

§. 12. Item si casus occurreret, quo facta pace vel treuga cum illustri domino Duce Mediolani, postea per ipsum dominum Ducem Mediolani vel colligatos, adhærentes & recommendatos suos, vel per aliquem vel aliquos ex illis, contra quos præsens liga & unio se extendit, rumperetur, moveretur, aut fieret guerra directè vel per indirectum, contra aliquem prædictarum partium colligatorum vel earum recommendatis, colligatis & adhærentibus, seu alicui ipsorum vel eorum, ac cujuslibet ipsorum terris & locis, vel dictus Dux gentes suas armorum *cassaret, aut transitum aliquibus gentibus armorum, vel societatis daret*, quo offenderent, invaderent guerramque facerent seu facere vellent prædictis partibus colligatis aut alteri earundem: in hiis casibus aut eorum quolibet procedatur ad guerram contra ipsum dominum Ducem Mediolani, terras & loca sua, subditos & fideles suos, & contra illos, qui dictam guerram moverent & facerent cum gentibus ipsarum partium, quas casu guerræ tenere tenentur vigore præsentis ligæ & unionis.

§. 13. Item quod prædictæ partes teneantur & *debeant nominare suos colligatos*, adhærentes, recommendatos, complices & sequaces, & omnes alios, qui pro ipsis debent beneficio hujus ligæ uti, infra tres menses à die præsentis ligæ publicationis numerandos. Item quod *præsens liga*, unio & confœderatio *non intelligatur rupta*, nec violata seu dissoluta, usque ad tempus quo durare debet, *etiam si aliqua partium prædictarum, vel aliquis suorum suprà nominatorum in ipsa liga in aliquo deficeret*; sed omnes defectus quanto citius fieri poterit, per partem deficientem emendentur, *sub pœna* in præsenti Instrumento contenta. Item quod omnia intelligantur, observentur & adimpleantur bonâ fide, recto & puro animo, & ad sanum & purum intellectum, quâlibet cavillatione, & malâ interpretatione cessante.

§. 14. Quam quidem ligam, unionem & confœderationem, ac omnia & singula supra scripta, & infra scripta, promiserunt dicti Scindici & Procuratores, ac contrahentes supra scripti, & quilibet ipsorum, Scindicariis & Procuratoriis nominibus quibus supra, sibi adinvicem & vicissim *unus alteri, & alter alteri, & unus omnibus, ac omnes uni, stipulationibus debitis hinc inde intervenientibus*, firmam & ratam, ac firma & rata habere, tenere, attendere, observare facere & implere in totum, & non contrà facere, dicere, apponere vel venire, per se vel alium seu alios, modo aliquo vel ingenio, directè vel indirectè, tacitè vel expressè de jure vel de facto, vel aliquo exquisito colore in Judicio vel extra *in pœna & sub pœna ducentorum millium ducatorum auri*, stipulatione præmissa. Quæ pœna toties committatur, quoties in prædictis vel aliquo prædictorum fuerit quomodolibet contrà factum, vel contraventum, aut non observatum vel obmissum: & pœna soluta, vel non exacta,

Digitized by Google

cta, vel non una vice vel pluribus, nihilominus prædicta omnia & singula, firma perdurent, & sub eadem pœnæ stipulatione debeant à partibus inviolabiliter observari.

§. 15. Pro quibus omnibus & singulis firmiter observandis & adimplendis, obligaverunt dicti Scindici & Procuratores sibi invicem & vicissim unus alteri, & alter alteri, & unus omnibus, & omnes uni, nominibus ante dictis, & debitis stipulationibus hinc inde intervenientibus, *pignori* omnia eorum & cujuslibet eorum, quorum sunt Scindici & Procuratores, bona mobilia & immobilia, præsentia & futura. *Renuntiantes* sibi invicem partes prædictæ nominibus quibus supra, in prædictis omnibus & singulis, exceptioni dictæ unionis, ligæ & confœderationis, non factæ, non sic factarum promissionum, obligationum, & conventionum supra scriptarum, & prædictorum omnium non sic gestorum, & non sic celebrati contractus, & omnium exceptionum & *conditionum, sine causa, vel ex injusta causa*, privilegio fori, doli mali, & in factum *novarum Constitutionum Divi Adriani de fidejussoribus*, & omni alio Legum, Jurium, & Constitutionum auxilio, & Legi dicenti generalem renuntiationem non valere, nec non omni privilegio, litteris & absolutionibus impetratis vel impetrandis, quibus contra prædicta, vel aliquod prædictorum possent tueri aut dicere, facere vel venire.

§. 16. Et ad majorem expressionem & firmitatem omnium præmissorum, prædicti Scindici, & Procuratores, & quilibet ipsorum, in animabus & super animabus eorum, quorum sunt Procuratores & Scindici, tactis Dei scripturis ad sancta Dei Evangelia, sic ut præmissum est, in omnibus & singulis superius annotatis attendere & observare, & attendi & observari facere, corporaliter juraverunt. Mandantes, rogantes & volentes, quod de præmissis omnibus confici debeant unum & plura publica Instrumenta, per nos Franciscum della Siega, præfati Domini Ducis & Dominii Venetiarum Secretarium, & Andream Maleti de Combaviana Taurinensis Diocesis, publicos Imperiali autoritate Notarios infra scriptos, & quemlibet nostrûm in eodem tenore similia. Actum Venetiis, in Ducali Palatio Residentiæ præfati Illustris Domini Ducis, in Sala *Præsentibus egregiis & nobilibus Viris Dominis Victore Barbaro, quondam Mafei, Ludovico Donato Domini Bartholomei, Civibus Venetiarum, cum Domino Presbytero Joanne Bartholomei Locarini de Luca & Francisco Denucanoser, Joachino Thomisano, præfati Domini Ducis, & Dominii Venetiarum Secretariis, & aliis testibus ad præmissa vocatis, habitis & rogatis, Signé Mallet, & la Siega.

CXXXVIII. *Diffidatio seu belli denuntiatio ab* Amadæo Duce Sabaudiæ *facta* Philippo Mariæ Duci Mediolani, 21. *Aug.* 1427.

Amedeus Dux Sabaudiæ, Chablaysii & Augustæ Princeps, Marchio in Italia, Comes Pedemontium & Gebennensis Valentinensisque & Dyensis &c. Illustri Domino Philippo Mariæ *Anglo*, Duci Mediolani &c. Exigentibus certis justis causis, resultantibus ex non modicis defectibus vestris, fide dignorum testimonio compertis, non sine cordis nostri displicentia vehementi, juste coarctamur contra Vos et vestros, velut à nostrâ amicitiâ, vestrûm culpâ separatos, cum amicis nostris de cætero prosilire, ut dum licet valeamus, Altissimo concedente, conspiratis injuriis obviare. Scriptum Thononi, die vicesimâ primâ Augusti, M CCCC XXVII.

CXXXIX.

Digitized by Google

CXXXIX. *Responsio Ducis Mediolani, 4. Septemb. 1427.*

PHilippus Maria *Anglus*, Dux Mediolani &c. Papiæ Angleriæque Comes, ac *Januæ Dominus*. Illustri Domino Amedeo Duci Sabaudiæ &c. Tædet admodum, illustris Domine, quod nulla præcedente causa legitima, debeatis contra nos & nostros prosilire velut scribitis, juraque vigentis utrimque consanguinitatis & ligæ perturbare. Quicquid literæ vestræ contineant, nullæ id exigunt justæ causæ, nulli nostri defectus, nullæ denique injuriæ conspiratæ, quibus obviare velle scribitis. De testibus autem, quos fide-dignos appellatis, cum eorum nomina taceatis, nos non loquimur; sed hoc non silemus, quod facillimum nobis fuisset & esset, quoscumque testes hujusmodi reprobare.

§. 2. Cum igitur Domini Progenitores vestri semper fidelitatis decore claruerint, nunquamve ab honestate, nunquam à debito sua inclyta progenies deviarit, vosque per retroacta tempora tuleritis fidelis & honesti Domini semper famam; querimur, miramur & dolemus, quod tàm immaturè & impetuosè vos gesseritis cum eo, qui vobis erat consanguinitate-, fœdereque astrictus, nobiscum scilicet, *ut cum hostibus nostris ligam prius inieritis, & literas diffidentiæ promiseritis, quam nobis eas volueritis intimare causas quas justas appellatis*, illas culpas, quas defectus dicitis, illas injurias, quas subjungitis conspiratas.

§. 3. Quæ omnia si recta itum esset via, debitusque fuisset ordo servatus, nobis per priùs intimare debueratis. Nam cum veritas per se ipsam-, semper eluceat, facillimè vobis cognitam nostram innocentiam & sinceritatem feciissemus, dixissemusque defectus aliquos non posse nec debere nobis ascribi: & vos denique feciissemus ita claros, quod procul dubio remansisset de nobis vestra Dominatio benè contenta. Non erat ita prosiliendum pro consanguinitate & liga utrinque vigenti. *Nos enim semper juris determinationi stetissemus, & offerimus adhuc stare,*

§. 4. Verumtamen si libet prosilire, sicut scribitis, adversusque consanguineum & confœderatum vestrum agere, procedatis. Nos enim vos & vestros læto & gratioso animo expectamus, insultus vestros posse tenùs repulsuri. Confidentes etiam in divina clementia, quæ justas fovet semper causas, quæ adjutrix nobis erit & propitia in agendis. Gratius tamen esset, invicem benè vivere juxta solitum, & consanguinitatem ac ligam nostram-, illæsam & inviolatam conservare; cum satis atque satis incongruum videatur & absurdum, eos qui sanguine & fœdere sunt connexi, manus debere conserere, & lædere se vicissim. Datum Mediolani, die quarta Septembris, M CCCC XXVII.

CXL. *Tractatus Matrimonii inter* Sigismundum Austriacum & Radegondem *filiam primogenitam Regis Galliæ. Oenipont. 22. Jul.* 1430.

FRidericus *Dei gratia Dux Austriæ*, Stiriæ, Carinthiæ & Carniolæ, Dominus Marchiæ Slavonicæ ac portus Naonis, Comes in Habsburg, Tirolis, Ferretis & in Kiburg, Marchio Burgoyæ ac Landgravius Alsatiæ &c. recognoscimus pro nobis & hæredibus nostris per præsentes: quod nos * & diligenter consideramus, quod dignissimum Regnum Franciæ & laudabilis Domus Austriæ à longis temporibus in verâ & bonâ unitate singularique amore & naturali amicitia insimul conjuncta fuere, huc usque-, fœliciter permanserint, & ut in tali dilectione & amicitia permaneant, & per amplius in melius augmententur; nos erga Serenissimum Principem

Digitized by Google

Dominum noſtrum Dominum *Carolum* Regem Franciæ quæſivimus, & gratiam ejus magnâ cum diligentia rogavimus, *ut illuſtriſſimam Dominam, Dominam Radegundem ejusdem Serenitatis filiam primogenitam dilectiſſimo filio noſtro primogenito Sigismundo Duci Auſtriæ cauſa Matrimonii daret* atque concederet conthoralem & conſortem. Qui quidem Dominus noſter Sereniſſimus Rex aſpectis & intellectis noſtris diligentibus ſupplicationibus, cum noſtra ſincera & bona voluntate, quam erga ſacram coronam Franciæ ſemper habuimus geſſimusque huc usque & gerimus, conſanguinitate * perutili & confœderatione, in quibus prædeceſſores ejusdem Serenitatis Reges Franciæ, nec non noſtri meritis plurimum attollendi celebris laudabilisque memoriæ * unà cum ejusdem Majeſtate hunc in conſenſum noſtrorum unanima voluntate pervenimus, & ſpecialiter propter noſtram majorem pacem invicem & ſecuritatem, ambarumque noſtrarum domorum & ſubditorum Franciæ & Auſtriæ tranquillitatem & honorem: videlicet quod præfatam Illuſtriſſimam Dominam, Dominam Radegondem præfatæ Serenitatis Domini noſtri filiam primogenitam Sigismundo dilecto filio noſtro etiam primogenito in veram & perpetuam conthoralem & uxorem ſpopondit dare & conceſſit, prout hæc omnia in literis ejusdem Serenitatis ſuper his confectis plenius & latius enodantur & continentur.

§. 2. Qua propter promiſimus & affirmavimus, promittimusque & affirmamus & juramus, per honorem, dignitatem & fidem noſtram, quod præfatus *Domicellus Sigismondus* filius noſter primogenitus dilectiſſimus, prænominatam illuſtriſſimam Dominam Radegundem in Uxorem & ſponſam, ipſamque ſecundum formam & legem ſacroſanctæ Rom. Eccleſiæ, *dummodo & quando ad annos diſcretionis pervenerint*, pro uxore ſua legitima accipiet, ac ei carnaliter copulabitur, ut moris eſt; & ad hæc debemus & tenebimus ipſum informare & inducere, omni dolo & fraude penitus ſemotis.

§. 3. Amplius concordavimus & per præſentes conſentimus, quod ſi prædictus noſter cariſſimus filius viam univerſæ carnis ingrederetur, quod Deus per ſuam piiſſimam miſericordiam avertat, & priusquam carnaliter copularetur prædictæ Illuſtriſſimæ Dominæ Radegundi, & Dei clementia aliam nos ducere contingeret Uxorem; * quod eadem *Domina Radegundis* prædictæ Majeſtatis filia primogenita *detur eidem filio noſtro legitimo* ſimili modo & forma, quibus ſupra dictum eſt de dilectiſſimo filio noſtro Sigismundo, *in uxorem* & ſponſam perpetuam.

§. 4. Item, & ſi nullum futuris temporibus haberemus filium legitimum inſuper concordavimus, quod eadem Domina R. uni de filiis inclytæ memoriæ *fratris noſtri* illuſtris Principis *Erneſti Ducis Auſtriæ*, & præſertim primogenito *Filio Duci Friderico nepoti noſtro* perdilectiſſimo detur in uxorem; ſi autem forte vita idem nepos obiret, quod abſit, vel aliam mulierem duceret uxorem, prædicta Domina Radeg. dilecto *noſtro Nepoti Alberto ſecundogenito* dabitur & concederur: & niſi idem ſupervixerit, aut aliam duxerit, alteri noſtro nepoti Erneſto Fratri prædictorum, & tertio genito dabitur in Uxorem eidem, & ſimili modo *de uno ad alium deſcendet*, ſicut dictum eſt de dilectiſſimo filio noſtro Sigismundo: dum tamen alter nepotum noſtrorum, cui nuptura eſſet, ſuccederet nobis, ſicut faceret Sigismundus filius noſter, ſi viveret. Quæ ſæpefatus Dominus noſter Rex univerſa cum filiabus ſuis legitimis conſimiliter & pariformiter facere promiſit & affirmavit, ſeque ad hæc literis ſuis patentibus aſtrinxit, ut ipſa noſtra amicitia & mutua Confœderatio conſanguinitas debita & affinitas ex ambabus partibus certius, firmius & inviolabilius ſervetur, & inconcuſſe permaneat, omni dolo & fraude procul motis. In cujus rei teſtimonium perpetuamq; firmitatem ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum. Datum Inſprugg. 22. die

Digitized by Google

22. die menſis Julii, Anno Domini 1430. Scellé d'un ſeau pendant à un cordon de ſoye rouge & blanche.

CXLI. *Fœdus inter* Carolum VII. Regem Galliæ & Fridericum Auſtriacum, *qui promittit per fecialem bellum indicere* Henrico Angliæ Regi, & Philippo Burgundiæ Duci *Regis ſoceri ſui hoſtibus, apud Senones*, 15. *Septemb.* 1430.

Carolus Dei gratia Francorum Rex, univerſis præſentes litteras inſpecturis, ſalutem.* Omninò eſſe putamus, quo Principes magis eluceant vel clarioribus ſoleant ad cœlum laudibus ferri, quam cum veritatem videntur, et fidem colere; quoniam in rebus humanis nihil ipſa fide meritis præſtantius excogitari poteſt, nam ejus virtute gratiaque amicitiæ, dilectiones & fœdera digna cum honeſtate inconcuſſa obſervantur: proinde cum nuper ob cauſam & in favorem dilectionis & amicitiæ capitula quædam, puncta, & articulos, in materia mutuæ confœderationis & bonæ colligantiæ inter nos noſtrosque hæredes & ſucceſſores Regni Franciæ parte ex una; & illuſtriſſimum & *præpotentem* Principem *Fridericum Ducem Auſtriæ* Conſanguineum noſtrum cariſſimum, atque dilectiſſimum alia etiam ex parte: ad utilitatem, honorem & commodum utriusque noſtri Regni & Principatuum, dominiorumque & ſubditorum noſtrorum pacem perpetuam; tranquillitatem, & tutelam ampliorem concordaverimus, concluſerimus ac obſervari ab omnibus noſtris ſubditis communi noſtro & utriusque noſtrum conſenſu, edicto ac conſtitutione mandaverimus; & ſuper his, determinatis tamen, & certis in conditionibus & modificationibus in dictis capitulis & articulis noſtra utrinque unanimi, concordi & eadem voluntate ſatis declaratis, conſenſum præbuerimus, & illa & ſingula, quæ in eisdem capitulis & punctis contenta, deliberata & concluſa, decenti cum ſolemnitate obligationeque & pertinentiis facere, perficere & complere promiſerimus; veluti præfatus noſter conſanguineus & confœderatus ad ipſa & cuncta eorum opere & ad effectum realiter producere & complere liberaliter compromiſit, & ſua ſpontanea & bona voluntate ſpopondit & aſtrinxit; prout hæc omnia, ſerioſius ſunt inſerta in literis noſtris, & ejusdem conſanguinei noſtri ſuper his confectis, & plenius enodantur, quarum literarum tenor ſubſequitur, de verbo ad verbum, & eſt talis:

§. 2. *Carolus Dei gratia Francorum Rex*, univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem. Notum facimus, recognoſcimusque præſentium tenore pro nobis hæredibusque noſtris & ſucceſſoribus in futurum Regibus Franciæ univerſis, quod nos ſolerti mente conſiderantes bonam voluntatem, ſinceræque mentis affectum, quem huc usque erga Matrem noſtram inconcuſſe geſſit, aſſiduèque gerit illuſtris ac potens Princeps, *Dux Auſtriæ, Fridericus* Conſanguineus noſter cariſſimus, & qui nobis in noſtris gerendis bellis contra hoſtes noſtros in exilium eſſe, ſubſidiumque præſtare, ſingulari ſemper cum affectione deſideravit, quinimo & perſonam ſuam propriam, bona quæcunque & potentiam ejus iteratis vicibus liberali animo & bono ex corde præfatæ noſtræ Majeſtati in ſubventionem & præſidium eſſe obtulit: proinde ad ejusdem honeſtæ & perfectæ voluntatis & egregiæ intentionis ampliorem confirmationem, & ut cæteris eam voluntatem decenti modo innoteſceret ad Regni noſtri & dominiorum aliorum noſtrorum ſubditorumque & ſuorum *potentatium*, unà cum ſubditis ejusdem protectionem & tutelam, tutiorem, majorem & perfectiorem potentiam, nec non tranquillitatem & omnis incolæ eorundem pacem perpetuam; convenit, concordavit, appunctuavit, compromiſit & concluſit cum dilectis & fide-

& fidelibus noſtris *Ambaſſiatoribus Magiſtro Simone Caroli Conſiliario & Hoſpitii noſtri Requeſtarum Magiſtro, & Joanne Frambergio Scutifero ac cuſtode ſcutiferiæ dilectiſſimæ conſortis noſtræ Reginæ Franciæ*, ad ejusdem nobilitatis præſentiam noſtrâ ex parte dicta de cauſa transmiſſis, & cum ſufficienti poteſtate à nobis delegatis, & ad infra ſcripta ſubſequentia ſpecialiter commiſſis & deputatis; articulos, puncta & capitula inferius declaratos & declarata: & ipſi præfati Ambaſſiatores noſtra etiam ex parte, & nomine, virtute ipſorum Commiſſionis & poteſtatis à nobis ut præfertur eisdem conceſſæ eadem concordarunt, compromiſerunt & conſenſerunt modo & forma immediatè ſubſequentibus.

§. 3. Et primò quod nos ſub honore & dignitate noſtris promittimus & juramus, quod nos erimus de cætero, & deinceps etiam hæredes noſtri & ſucceſſores Regni Franciæ, in præſidium & defenſionem magnifico Principi conſanguineo noſtro cariſſimo Friderico Duci Auſtriæ & ejus hæredibus & poſteritati; procurabimusque toto ex poſſe, et cuſtodiemus honorem, utilitatem et commodum eorundem, ut decens fuerit; et conſilium et auxilium in omnibus licitis et honeſtis per æterna tempora præſtabimus, quando et quotiens fuerimus requiſiti, ſicuti amicitiæ virtus et ſanguinis præclari proximitas amicos et confœderatos jure aſtringunt et obligant; modo et forma, quibus dictus conſanguineus noſter ſua *libera voluntate & gratis* nobis obtulit, et ſuis literis ſe ad ea perficienda obligavit: illis duntaxat exceptis, cum quibus Sereniſſima domus Franciæ et nos confœderati ſumus et noſtris ſubditis, omni dolo et fraude penitus ſemotis. Inſuper ſperantes, divinâ favente clementiâ digna cum honeſtate futuris temporibus magnificentiam conſanguinei noſtri prædicti Ducis Friderici Auſtriæ de laboribus ſuis juſtiſſimis recompenſare; nobis per eundem et per ſuas patentes literas *obligationem factam & præſentatam, de faciendo guerram ex patria ſua Alſatia, in favorem noſtri; quamvis ejus nomine & querela, perfidis Burgundis*, qui Majeſtati noſtræ et inobedientes et rebelles exiſtunt, et damna quam plurima intulerunt, et hoc *infra feſtum beati Michaelis* proximè futuri *facere ſpopondit*, acceptamus * certo animo ejusdem affectionem ſuſcepimus.

§. 4. Etiam voluit et *promiſit* dictus noſter conſanguineus et confœderatus, *nobis mittere literas ſuas diffidentiæ Henrico (pro Rege Angliæ ſe gerenti) antiquo noſtro hoſti, & Philippo de Burgundia nobis inobedienti & rebelli pertinentes*, & eas dare ſeu transmittere per ſuum Heraldum, nobis vel à nobis deputatis infra feſtum natalis domini proximè futurum, ut prædictis Henrico & Philippo transmittentur cum ſolemnitate, modo & formâ in talibus fieri conſuetis. De quarum literarum traditione ac præſentatione, & de tempore, quo præſentabuntur, eundem noſtrum conſanguineum & confœderatum faciemus certificari, ut ipſe ſuper ea ſit adviſatus absque etiam dolo & fraude quacunque. Et quæ ulterius nobis jam dictus conſangvineus noſter & confœderatus armata cum potentia ejusdem parare, & eam paratam fore & eſſe intra octavum diem menſis Aprilis in proximum venturi, in patria ejusdem Alſatia, propriis ſumtibus, & expenſis compromiſit, & propria voluntate liberaliter præſentavit, & ex poſt ad noſtri beneplacitum dictum regnum noſtrum intrare, ac in ipſo Regno noſtro per menſes cum dicta ſua Armata & ſociis ſuis propriis ſumtibus & expenſis noſtros inimicos, hoſtes & rebelles meliori modo, quo poterit, invadere, damnificare & moleſtare, eisdemque inimicis noſtris hoſtibus & rebellibus juxta velle noſtrum unà cum gentibus noſtris guerram facere, prout in literis ipſius ſuper hoc confectis latius inſeritur.

§. 5. Hoc itaque grato animo ſuſcipimus et acceptamus, promittimusque infra dictum terminum de noſtris gerendis negotiis, ſingulariter et maximè bellorum, ad plenam nobilitatem ejusdem conſanguinei et confœderati noſtri

Digitized by Google

noſtri certificare ; nos inſuper intuitu meritorum laudabilium ejusdem, conſanguinei & confœderati noſtri erga noſtram Serenitatem, aliisque variis rationibus ad hoc animum noſtrum moventibus conſentimus, & dicto noſtro conſanguineo & confœderato Friderico Duci Auſtriæ concedimus; quod ſi quæ Civitates, villæ, oppida, caſtra, vel alia loca defenſibilia, exiſtentes & pertinentes, ſive exiſtentia & pertinentia ex proprio hæreditagio & domanio, hoſtibus & inimicis noſtris, per ipſum noſtrum conſanguineum & confœderatum & ejusdem exercitum, ſua potentia aut compoſitione, vel alia via licita ab ipſis hoſtibus & inimicis noſtris recuperentur & conquirentur, ac noſtræ bonæ & veræ obedientiæ reducantur ; idem noſter, conſanguineus & confœderatus talia tenere & poſſidere valeat ex noſtro conſenſu & voluntate, ipſaque regere & gubernare ac gaudere plenarie, omnibus fructibus, proficuis emolumentis & obventionibus hujusmodi Civitatum, villarum, oppidorum, caſtrorum, aliorumque locorum defenſibilium, ac ſuarum pertinentiarum, quousque per nos & dictum noſtrum, conſanguineum, vel à nobis vel ab eo ſuper hoc utriusque commiſſo, aliis fuerit ordinatum & *appunctuatum*.

§. 6. Amplius etiam conſentimus & concordamus, ut *de captivis & priſonnatis*, qui per gentes exercitus Conſanguinei noſtri & Confœderati, quam diu tamen erit in noſtri ſubſidium & auxilium, & vires ſuas & potentiam in noſtri favorem & pro noſtra querela expoſuerit, detenti & captivi fuerint, ſive in conflictibus, aut aliis inſultibus ſeu bellicis actibus, aut etiam in captione ſeu redditione villarum, civitatum ſeu caſtrorum ; idem Conſanguineus noſter & confœderatus *poſſit liberè diſponere*, ad ſui beneplacitum & voluntatem ordinare, & hoc ſemper absque dolo, fraude & fallacia, quibuscumque.

§. 7. Ulterius conſentimus & promittimus, quod ſi de cætero, aliquis præſumeret dicto conſanguineo noſtro & confœderato aut ſuis & dominiis ejus guerram facere, ſeu damnum inferre, hoc nos tenebimus & debemus prævenire & impedire, ut melius poterimus, & in illis & contra illos, quandocumque fuerimus requiſiti, conſilii, ſubſidii & auxilii eſſe, & juvamen, præſtare, ſine aliqua fallacia aut dolo.

§. 8. Placet etiam nobis, conſentimus & concedimus in majorem, favorem jam dicti conſanguinei noſtri & confœderati & amorem perfectiorem, intuituque hujus præſentis tractatus & colligantiæ, ut de cætero cum prædictis nuntiis noſtris aut aliis quibuscunque, cum quibus ex noſtra, communi amicitia & confœderatione contingeret, nos eſſe futuris temporibus in guerram, treugas, *abſtinentiam guerræ* aut tractatum aliquem, pacis & concordiæ non faciamus aut fieri conſentiamus ; verum etiam cum aliis Principibus, poteſtatibus & communitatibus quibuscunque confœderationes ſeu amicitias (non) tractemus, quin illa antea ſignificare & notificare habeamus dicto conſanguineo noſtro & confœderato ſeu ſignificare, faciamus : niſi tamen in illis treugis, guerræ abſtinentiis pacis & concordiæ tractatibus, amicitiis, confœderationibus & colligantiis comprehenſus etiam per expreſſum exiſtat & nominatim comprehendatur, ſi fuerit ſuæ voluntatis aut beneplaciti, quod ipſe indilatè nobis intimare eademque vice verſa adimplere, complere & facere tenebitur. Nos inſuper ut (ob) cauſam veræ amicitiæ & obſequiorum, quæ grato & liberali animo nobis impendere diſpoſuit præfatus noſter conſanguineus & confœderatus *Fridericus Auſtriæ* Dux affirmamus, quod deinceps perſonam ſuam unà cum illuſtri & magnifico Principe Sigismundo Duce etiam Auſtriæ conſanguineo noſtro cariſſimo ejus filio primogenito eorumque hæredes ſingulari cum affe-

Digitized by Google

ctione habebimus, ut decet, recommissos & specialiter recommendatos, ipsosque voluntate perfecta amicabilibus auxiliis, specialiter gratiis & favoribus inter cæteros prosequemur, & de bonis à Deo nobis collatis feudis, dominiis & possessionibus tempore futuro liberaliter eisdem impartiemur, ut per amplius nobis obligati & astricti tanto ferventius & libentius nobis servitia & obsequia intendant & facere teneantur. Quæ omnia & singula, præinserta cum eorundem circonstantiis, modo & forma declaratis, & quæ acta, concordata & concluſa fuerunt per dictum nostrum consanguineum & confœderatum, aut ejus ex parte cum Ambassiatoribus nostris prædictis, & prout superius de verbo ad verbum sunt exposita, ratificamus, approbamus & confirmamus, ac ipsa complere & perficere in verbo Regio pronuntiamus & juramus.

§. 9. In quorum omnium fidem & testimonium sigillum nostrum in absentia magni ordinatum, præsentibus literis fecimus apponi. Datum Sen. die 15. mensis Septembris anno Domini 1430. Regni verò nostri octavo. *Et postmodum insequuntur literæ nostri antedicti consanguinei Ducis Friderici Austriæ in substantia & verborum sententia conformes ut præmittitur, & consimiles nostris præscriptis literis.* Fridericus Dei gratia Dux Austriæ, Stiriæ, Carinthiæ & Thirolis, Carniolæque Comes &c.

CXLII. *Fœdus inter* Carolum VII. Regem Galliæ & Johannem II. Regem Castellæ, *in oppido de Majorito (Madrit) 29. Januar.* 1434. *secundum æram incarnationis*, & 1435. *secundum stylum Hispaniæ, quo confirmantur antiqui tractatus inter* Carolum V. *Septimi avum Galliæ*, & Johannem I. & Henricum II. *Reges Castellæ, Johannis II. avum & patrem, & inseritur integer* tractatus Vallisoleti 7. *Decemb.* 1407. *inter* Carolum VI. *ab una parte*, & Catharinam *Reginam matrem*, Ferdinandumque *patruum & tutorem regentes, durante Johannis II. minoritate ab altera: Omnia sub pœna perjurii, & centum mille marcharum auri.*

JOannes, *Dei gratia Castellæ & Legionis Rex.* Universis & singulis has nostras litteras inspecturis, tam præsentibus quam futuris, salutem & gratiam in Domino. Cum abundantia tranquillitatis & pacis æterni Regis providentia disponente, inter Serenissimum & *Christianissimum* Principem, charissimum fratrem & consanguineum nostrum, *Carolum nunc Franciæ Regem*, ac Procuratores & Ambassiatores & nuntios suos, ac sui nomine; ad hoc specialem potestatem habentes, pro ipso carissimo Rege fratre nostro, ac primogenito suo, nato vel nascituro, vel primo Regnorum suorum hærede, terris & subditis ac ditionibus, dominiis & adhærentibus suis ex parte una; & Nos & nonnullos Procuratores nostros, nostris vice & nomine ad hoc specialiter, & plenâ cum potestate deputatos pro nobis & primogenito nostro, nato vel nascituro, vel primo Regnorum nostrorum hærede, terris, regnis & subditis, dominiis, ditionibus & adhærentibus nostris ex parte altera; ordinatæ, conceptæ, & confirmatæ fuerint, certæ ligæ, amicitiæ, confœderationes, compositiones, conventiones & pacta ad exterminium malorum, & utriusque Reipublicæ pacificum incrementum; eaque & eorum singula, sibi præpositis, tactisque sacrosanctis Evangeliis. & venerabili signo crucis, nostri nomine, & in animam nostram semper & omni tempore custodire, manutenere & inviolabiliter observare, pro nobis & primogenito nostro

Digitized by Google

ſtro nato vel naſcituro, & pro Regnorum noſtrorum hærede, Regnis, terris & ſubditis, dominiis, ditionibus, & adhærentibus noſtris, promiſerunt & firmiter juraverunt; & nos nunquam contra facere vel venire, per nos vel alium ſeu alios, aliqua ratione vel cauſa, publicè vel occultè, ſub hypotheca & obligatione Regnorum & omnium bonorum noſtrorum, & certa ſub pœnâ; prout hæc & alia per ſuas hinc inde patentes literas, ſuis nominibus roboratas, ac ſigillis ſuis communitas, & per Fernandum Didaci de Toleto decretorum doctorem, & auctoritate Apoſtolica Notarium publicum, Auditorem, Referendarium, *Calatorem & Secretarium* noſtrum confectas, & manu ſua propria ſignatas, pleniſſimè conſtat: Tenor vero literarum per dictos noſtros Procuratores, vice & nomine noſtri, initarum, conceſſarum & firmatarum ſequitur, & eſt talis.

§. 2. In Dei nomine, Amen. *Alvarus de Luna Conneſtabellarius Caſtellæ, Comesque ſancti Stephani*, Joannes miſeratione divina *Archiepiſcopus Hiſpalenſis*, & Rodericus Pimentel, Comes de Benavento, Conſiliarii *Sereniſſimi ac Chriſtianiſſimi Principis* & domini, domini noſtri Joannis, Dei gratia Caſtellæ & Legionis Regis ejusque Procuratores ad infra ſcripta poteſtatem & mandatum ſpeciale habentes, ſicut per literas ejusdem domini noſtri Regis præſentibus inſertas conſtat evidenter.

§. 3. Notum facimus univerſis præſentibus & futuris, quod cum æterna providente clementia, multis evolutis annorum curriculis, inter inclitiſſimæ recordationis defunctos *Sereniſſimum & Chriſtianiſſimum* dominum Henricum primum, quondam Regem Caſtellæ & Legionis, proavum præfati domini noſtri Regis Caſtellæ & Legionis moderni; & inclitiſſimæ recordationis *Sereniſſimum & Chriſtianiſſimum Regem*, dominum Carolum quintum, quondam Regem Francorum, avum Sereniſſimi Principis & domini, domini Caroli Regis Francorum moderni; certæ confœderationes, pactiones, ligæ, conventiones & amicitiæ fuerint initæ, conceptæ, ordinatæ & firmatæ: & poſtmodum per clariſſimæ memoriæ defunctum Sereniſſimum & *Chriſtianiſſimum* dominum Joannem avum, ac etiam per conſimilis memoriæ Sereniſſimum dominum Henricum ſecundum, Genitorem dicti domini noſtri Joannis ſecundi Regis Caſtellæ & Legionis moderni, pro ſe & ipſo domino noſtro Joanne, primogenito ſuo, Caſtellæ & Legionis Rege moderno, ex unâ parte; & per clariſſimæ memoriæ defunctum, Sereniſſimum & Chriſtianiſſimum, dominum Carolum ſextum, tunc Regem Francorum filium præfati domini Caroli quinti, genitoremque præfati Sereniſſimi Principis, domini Regis Francorum moderni, pro ſe & primogenito ſuo vel primo Regni ſui hærede, ex alia parte; approbatæ, confirmatæ, renovatæ, & roboratæ, prout per eorum patentes literas poteſt apparere, quarum quidem literarum tenores hic haberi volumus pro expreſſis & inſertis.

§. 4. Et conſequenter ipſe dominus noſter Rex Caſtellæ & Legionis modernus, nec non recolendæ memoriæ defuncta domina *Catharina Genitrix* ſua, ac ejusdem memoriæ defunctus dominus *Ferdinandus*, *Infans* Caſtellæ, patruus ſuus, ejusdem domini noſtri Regis Caſtellæ & Legionis moderni, ſuorumq; Regnorum tunc tutelam, curam & regimen habentes, ejus nomine & vice, & pro eo, proq; ejus primogenito, aut hærede, ac Regnis, terris & ſubditis ſuis, exiſtentibus in ejusdem Sereniſſimi noſtri Caſtellæ & Legionis Regis, *Majeſtatis* præſentia, nec non dictorum matris Patrisque ſui bonæ memoriæ, defuncto domino Gerardo tunc Epiſcopo ſancti Flori, domino Roberto de Bracquamonte milite, Conſiliariis, & Magiſtro Huonis Secretario, Ambaxiatoribus & Procuratoribus dicti defuncti domini

Digitized by Google

Caroli sexti tunc Francorum Regis, per ipsum ad dictum dominum nostrum Regem Castellæ & Legionis modernum destinatis; ipsisque virtute potestatis eis propter hæc specialiter attributæ & concessæ, per literas dicti defuncti domini Caroli sexti, tunc Regis Francorum, ac prænominatis suis Procuratoribus & Ambaxiatoribus, ejus nomine & vice, & pro eo, p[illegible] que ejus primogenito aut hærede ac Regno, terris & subditis suis; confœderationes, tractatus, compositiones, pactiones, ligas & amicitias confirmaverint, innovaverint, inierint & fecerint, modo & forma contentis in literis præfati domini Joannis Regis Castellæ & Legionis, quarum tenor talis est.

§. 5. Joannes Dei gratia Rex Castellæ & Legionis, universis & singulis Christi fidelibus præsentium seriem inspecturis & audituris salutem & gratiam in domino, cum abundantia tranquillitatis & pacis &c. Notum facimus & cunctis fieri volumus manifestum, quod cum æterna providente clementia, multis jam evolutis annorum curriculis, inter plæclaræ memoriæ defunctos Reges, Carolum quondam Franciæ & Henricum quondam Castellæ & Legionis Regem proavum nostrum, quorum gesta magnifica per universa mundi climata solemniter divulgantur; certæ confœderationes, pactiones, ligæ, conventiones, amicitiæ, initæ, conceptæ & ordinatæ fuerint & firmatæ, postmodum per serenissimum & Christianissimum Principem Carolum Regem Franciæ modernum præclarissimum fratrem nostrum pro ipso & primogenito suo, vel primo Regni sui hærede ex una parte; & tam per inclitæ recordationis sereniſſimum Principem Joannem avum, quam Henricum Genitorem nostros Reges Castellæ, pro ipso Genitore nostro & nobis ex parte altera; approbatæ, renovatæ, confirmatæ & roboratæ, sicut per eorum litteras patentes & authenticas suis magnis sigillis debitè communitas, potest luculentius apparere: quarum siquidem literarum originalia in Archivis utriusque partis non immeritò, debitè conservantur, ipsorumque tenores hic haberi volumus pro expressis & insertis.

§. 6. Nos revolventes in animo, quam laudabile, quam salubre, quamque dulce semper extitit, in unitatis amore, vinculum charitatis observare, quæ sua virtutis efficacia Ecclesiæ membra fortiter ligat, & ad invicem, & cum Christo, qui non permittit eos, quos perfectè semel junxerit, ab invicem separari, neque consilium & auxilium sibi mutuo denegari: cum potius eorum omnia facit esse communia, & insuper operatur in ipsis identitatem voluntatum; nostræque considerationis aciem dirigentes ad utilitates innumeras & inenarrabilia beneficia, quæ vero lapsis temporibus, Regibus & Regnicolis utriusque Regnorum, ex amicitiis hujusmodi pervenerunt bona; cupientes & desiderabiliter affectantes memoratam fraternæ charitatis unionem; quæ tam diu permansit illibata, non diminutionem nostris temporibus recipere, sed crescere semper & proficere potius in augmentum; omnemque cujuslibet occasionem amputare materiamque, quæ tam ex verborum, quam sententiarum dictarum literarum antiquarum obscuritate, ambiguitate, aut forsan inæqualitate, vel alio quovis modo causam afferre posset dissentionis, alterationis seu contentionis in futurum.

§. 7. Constitutis in nostræ Majestatis præsentia, nec non præclarissimæ Genetricis nostræ *Catharinæ Reginæ, & illustris patrui nostri Ferdinandi Infantis Castellæ, gerentium ad præsens nostri Regnorumque nostrorum Regimen, curam & tutelam*, Ambaxiatoribus, procuratoribus & Nuntiis prædicti charissimi Germani nostri Regis Franciæ ad vos propter hoc specialiter destinatos, videlicet reverendo Patre Gerardo Dei gratia Episcopo sancti Flori; nec non domino Roberto de Bracquemont domino de Tinvilla milite, & magistris

Digitized by Google

magistris Joanni Huonis Archidiacono *Amalonensi*, ipsisque virtute potestatis eis attributæ, per literas præfati *Germani* nostri Regis Franciæ, suo majori sigillo roboratas, quarum tenor inferius inseretur; nomine præfati Germani nostri & pro eo, proque filio suo primogenito, nato vel nascituro, aut primo Regni sui hærede, ac pro Regno, terris, dominiis, subditis & adhærentibus suis & aliis & singulis, quorum interest vel interesse poterit quomodolibet in futurum, recipientibus, acceptantibus & solemniter stipulantibus, confœderationes, tractatus, compositiones, pactiones, ligas & amicitias: Tam ex nostra certa scientia, quam de prædictorum Genitricis & Patrui Tutorum nostrorum, nec non aliorum Prælatorum, Baronum, Magnatum, & Peritorum Regni & Consilii nostri propter hoc specialiter & personaliter vocatorum, consilio, voluntate pariter & assensu; tractamus, inimus, facimus & firmamus sub formis & modis infra scriptis.

§. 8. Primò quod nos Joannes Castellæ & Legionis Rex prædictus, filiusque noster primogenitus nasciturus, sive primus Regnorum nostrorum hæres, Regna, terræ, patriæ, dominia & subditi nostri, sumus ex nunc & erimus de cætero, una cum dicto Carolo Franciæ Rege fratre nostro charissimo, filioque primogenito, nato aut nascituro, seu primo Regni sui hærede, Regno, terris, patriis, dominiis & subditis suis; boni, veri, fideles, confœderati & adhærentes amici, *tanquam nostro vero fratri naturali & germano*: tali modo videlicet quod nos & filius noster primogenitus nasciturus, seu primus Regnorum nostrorum hæres damnum, vituperium, detrimentum aut dedecus dicti fratris nostris charissimi Regis Franciæ, filii primogeniti nati aut nascituri, seu primi Regni sui hæredis, Regni, terrarum, patriarum, dominiorum & subditorum suorum; non procurabimus ullo modo, nec cuiquam personæ viventi, cujuscunque status, conditionis, præeminentiæ aut dignitatis existat, etiamsi persona fuerit Regalis, aut alia quævis, quæ dicto fratri nostro charissimo Regi Francorum, filio primogenito nato aut nascituro, seu primo Regni sui hæredi, Regno, terris, patriis, dominiis, & subditis suis guerram, damnum, vituperium, detrimentum aut dedecus facere, perpetrare voluerit vel voluerint, aut inferre; consilium, auxilium præstabimus seu favorem.

§. 9. Quæ quidem ligæ seu confœderationes, pacta, amicitiæ, conventiones, tractatus supra & infra scriptæ, durabunt quoad vitam fratris nostri charissimi Regis Franciæ, filii primogeniti nati aut nascituri & primi Regni suis hæredis, nostrique Regis Castellæ & Legionis præfati filii primogeniti nascituri, sive primi Regnorum nostrorum hæredis prædictorum, & quamdiu ipsi & nos vitam duxerint seu duxerimus in humanis.

§. 10. Item prædictum fratrem nostrum charissimum Regem Franciæ, filium primogenitum natum aut nascturum, sive primum Regni sui hæredem, tam per mare, quam per terram, contra quascumq; personas, quæ possunt vivere sive mori, cujuscunque status conditionis, præeminentiæ aut dignitatis existant, etiamsi persona fuerit Regalis, aut alia quævis, quæ dicto fratri nostro charissimo Regi Franciæ, filio primogenito nato aut nascituro, sive primo Regni sui hæredi, Regno, terris, patriis, dominiis & subditis suis, guerram, damnum, vituperium, detrimentum, aut dedecus facere, perpetrare voluerint aut inferre; bonâ fide juvabimus & *juvare tenebimur*, absque fraude; nosque *guerram dicti fratris nostri* charissimi Regis, filii primogeniti nati aut nascituri, seu primi Regni sui hæredis, *in nos & in personam nostram tanquam propriam nostram recipiemus*, & ut *caput guerræ* recipere tenebimus; ac in Regnis & Dominiis nostris, tanquam nostram propriam, cum per literas patentes, sigillo dicti Regis Franciæ fratris nostri charissimi, aut filii sui primogeniti nati aut nascituri, seu

Digitized by Google

primi Regni ſui hæredis ſigillatas certificati fuerimus *quod guerra fuerit aperta, & in Regno Franciæ præconizata* inter eundem Regem Franciæ, aut filium ſuum primogenitum natum ſive naſciturum, ſive primi Regni ſui hæredem, ex una parte; & *Regem Angliæ, ſeu quemcumque alium*, ex parte altera, infra decem dies, à die prædictæ certificationis nobis factæ, facere præconizari jubere tenebimur.

§. 11. Sic tamen, quod ſi dictus frater noſter chariſſimus Rex Franciæ, filiusque primogenitus, natus aut naſciturus, ſeu primus Regni ſui hæres, ſive alter eorundem, nos aut primogenitum noſtrum natum ſeu naſciturum ſeu primum Regnorum hæredem requiſiverit, ſeu per eos, aut eorum alterum, fuerimus de juvamine ſubditorum noſtrorum armatorum ſeu galearum, aut aliorum navigiorum ad opus dictæ guerræ ſubvenire requiſiti; nos, primogenitus noſter, naſciturus, ſeu primus Regnorum hæres, hoc facere, galeasque & alia navigia, & gentes armorum, tam per terram, quam per mare, ad ſervitium & juvamen dicti fratris noſtri chariſſimi Regis Franciæ, filii primogeniti, nati aut naſcituri, & primi Regni ſui hæredis prædictorum, *ejus tamen vel eorum ſumtibus & expenſis*, fideliter & efficaciter, omni fraude ceſſante, mittere tenebimur. Jurabuntque Capitanei armatorum hujusmodi, tam per terram quam per mare ſint, *Admiraldi* vel alii quicunque, & facient juramentum ſolemne coram perſona vel perſonis, per dictum fratrem noſtrum ad hoc deputata vel deputatis, quod ambarum partium honorem, utilitatem & commodum diligenter obſervabunt, ac totis viribus fideliter procurabunt.

§. 12. Item poterunt Vaſalli & ſubditi noſtri liberè & absque offenſa qualibet per eos incurrenda ad ſervitium & juvamen dicti fratris noſtri chariſſimi, filii primogeniti nati aut naſcituri, ſeu primo Regni ſui hæredis, tam per terram, quam per mare, ad opus dictæ guerræ noſtræ, tamen Regnorum noſtrorum neceſſitate ceſſante, quoties eis placuerit ſe transferre.

§. 13. Item guerrâ nomine fratris noſtri chariſſimi Regis Francorum prædicti, filiique primogeniti, nati aut naſcituri, ſive primi Regni ſui hæredis, ſeu nomine noſtro, ſive primogeniti noſtri, naſcituri, aut primi Regnorum noſtrorum hæredis contra quemcunque, incepta ſive incipienda; Nos primogenitus, noſter naſcturus aut Regnorum noſtrorum primus hæres ex parte adverſa, pactum, tractatum, accordum, treugam ſeu pacem facere, tractare, accordare absque conſenſu & voluntate expreſſis prædicti fratris chariſſimi, ſeu primogeniti, nati aut naſcituri, ſeu primi Regni ſui hæredis, firmare non poterimus, ſeu poterit quomodolibet, aut inire.

§. 14. Poterit tamen prædictus Germanus noſter, filius primogenitus natus aut naſciturus ſive primus Regni ſui hæres, cauſis exigentibus, *treugas particulares ad annum vel aliud breve tempus*, citra præſentium offenſam tractare & inire, ſi & quando ſibi videbitur expedire; proviſo, quod dictas treugas particulares nobis, aut primogenito, naſcituro vel hæredi noſtro ſignificare teneatur, & quod in eisdem nos, primogenitus naſciturus vel hæres, cum patriis & ſubditis noſtris *comprehendamur, ſi nobis placuerit comprehendi*; quodque prædictæ treugæ particulares unius anni vel temporis brevioris, nequeant ad longius tempus ſine expreſſo conſenſu noſtro, primogeniti naſcituri, aut primi Regnorum noſtrorum hæredis, prorogari vel extendi: ceſſantibus in præmiſſis, & cæteris ſequentibus univerſis, omni fraude atque dolo.

§. 15. Item caſtra, civitates, villæ, fortalitiæ ſive loca, quæ & quas nos primogenitus aut hæres, ſive gentes noſtræ, tam in Regno & terra Angliæ & Ducatu Aquitaniæ, quam in aliis Regnis, terris & dominiis, contra

quæ

Digitized by Google

quæ & quas dictus frater noster, primogenitus natus aut nasciturus, sive primus Regni sui hæres guerram inceptam habuerit vel inceperit, acquisiverimus, occupaverimus, acquisiverit seu occuparit, per mare vel per terram, dicto fratri nostro charissimo Regi Franciæ, ejusque primogenito, nato sive nasciturо, aut primo Regni sui hæredi, seu suo certo nuntio aut mandato, nos & gentes nostræ prædictæ, & filius noster primogenitus, nasciturus, sive primus hæres Regnorum nostrorum libere dare & restituere tenebimur, ac etiam tenebuntur, *Bona tamen mobilia capta vel occupata efficiantur capientis*, & eidem concedentur secundum morem & consuetudinem Regnorum Franciæ & Castellæ prædictorum.

§. 16. Item volumus, quod si Rex Angliæ, aut suus primogenitus, quicunque Regni sui hæres, aut Ducatus Aquitaniæ, aut *aliquis* alius *de sanguine Regali Angliæ fuerit captus*, per nos, primogenitum, nasciturum, aut primum Regnorum nostrorum hæredem, sive per gentes nostras, tam per mare, quam per terram, vel quicunque *alius Rex, Dux, seve Comes contra quem principaliter* dictus frater noster, Rex Franciæ, ejusque primogenitus, natus aut nasciturus, primi Regni sui hæres, *guerram* inceptam habuerit, vel inceperit; ad arbitrium voluntatem & ordinationem dicti fratris nostri charissimi Regis Franciæ, vel ejus primogeniti, nati aut nascituri, sive primi Regni sui hæredis, nostrique vel primogeniti nostri nascituri, aut primi regnorum nostrorum hæredis, teneatur captus & captivus: insimulque *poterimus, una cum dicto fratre nostro charissimo*, super expeditione dicti capti sive captivi *ordinare*, prout ambarum partium placuerit voluntati. Quicunque vero *alius* ex prædictis captus sive *captivus* exstiterit, consentimus & volumus; quod *sit & efficiatur capientis*, & eisdem concedatur.

§. 17. Super quibus & eorum quolibet, tam super guerra, quam personis supra dictis, & omnibus aliis ad hoc necessariis factum guerræ utilitatem & commodum dicti fratris nostri charissimi Regis Franciæ, primogeniti, nati aut nascituri, seu primi regni sui hæredis, regni, terrarum & subditorum suorum concernentibus; nos aut primogenitus noster nasciturus, sive primus nostrorum regnorum hæres *relationi simplici & assertioni*, per dictum fratrem nostrum Regem Franciæ, aut primogenitum natum sive nasciturum, sive literis super hoc, aut certo suo nuntio, ad hoc specialem potestatem habenti, nobis aut primogenito nostro nasciturо, seu primo regnorum nostrorum hæredi, factus absque alia probatione seu informatione quacunque, per dictum fratrem nostrum charissimum regem Francorum, aut primogenitum natum seu nasciturum, sive primum regni sui hæredem, faciendum *fidem indubiam tenebimur & tenebitur adhibere*: intimationeque, prout prædicitur, nobis facta, nos & primogenitus nasciturus, aut primus regnorum nostrorum hæres, prædictum fratrem nostrum charissimum regem Franciæ, primogenitum suum, natum aut nasciturum, seu primum regni sui hæredem, tam de facto tenebimur & tenebitur utiliter adjuvare.

§. 18. Sane à ligis, confœderationibus, pactis, conventionibus & tractatibus prædictis, excipimus & *excipi volumus* personam sanctissimi in Christo Patris *Romani Pontificis*, nec non similiter *Regem Arragonum, & filium suum primogenitum*, qui nunc sunt; dum tamen idem Rex Arragonum & filius suus primogenitus, eorumve alter, contra dictum fratrem nostrum charissimum Regem Franciæ, primogenitum, natum aut nasciturum, seu primum regni sui hæredem, regnum, terras, dominia & subditos suos, sive nos primogenitum, nasciturum, aut primum Regnorum nostrorum hæredem, Regna, terras, dominia, & subditos nostros, nullam guerram, damnum, vituperium aut dedecus sive detrimentum faciat, inferat aut procuret, sive fieri, inferre, aut procurari faciant per alium quovis modo. Quod si, quod absit,

Digitized by Google

abſit, idem Rex Arragonum, aut ſuus primogenitus contrarium facerent, ceſſabit prædicta exceptio, & nos, primogenitus noſter naſciturus, aut primus Regnorum noſtrorum hæres, cum dicto fratre noſtro chariſſimo Rege Franciæ, ejus primogenito, nato vel naſcituro, ſeu primo Regni ſui hærede, erimus, prout ſumus, unanimiter confœderati contra Regem Arragonum, & ſuum primogenitum prælibatos.

§. 19. Quæ omnia prædicta & ſingula, Nos prædictus Rex Joannes, ſeria & proviſa deliberatione conſilii ſuper hæc habita pro nobis, primogenito naſcituro, & primo Regnorum noſtrorum hærede, terris, dominiis & ſubditis noſtris promittimus & juramus in animam noſtram, promiſeruntque, & jurarunt prænominati Genitrix & Patruus noſtro tutelæque noſtræ nomine *ſuper imaginem & memoriam Domini noſtri Jeſu Chriſti crucifixi, Evangeliaque ſua ſancta, per nos & ipſos corporaliter tactam & tacta:* promittimusque verbo Regio, bona fide, *fidemque & homagium* eidem præfato chariſſimo fratri noſtro Carolo Francorum Regi, primogenito, nato aut naſcituro, ſeu primo Regni ſui hæredi, præſtando, tenere, facere, & de puncto ad punctum, fraude & malo ingenio ceſſantibus quibuscunque, adimplere & inviolabiliter obſervare; & hoc hypotheca & obligatione omnium bonorum noſtrorum, hæredum & ſucceſſorum noſtrorum præſentium & futurorum, nec non *& ſub pœna perjurii, quam Rex poteſt incurrere tali caſu,* inſuper *ſub pœna centum millium marcharum auri.* In quibus obligationibus & pœnis Nos dictus Rex Caſtellæ & Legionis, interveniente dictorum tutorum noſtrorum autoritate & conſenſu, Regna & omnia bona noſtra, hæredum & ſucceſſorum noſtrorum, dicto fratri noſtro chariſſimo Regi Franciæ, ejusque primogenito, nato ſive naſcituro, ſeu primo Regni ſui hæredi applicandi, (*) *tanquam pro judicato, condemnato, confeſſato:* & in ipſas pœnas, ſi contra prædicta nos aut primogenitus, naſciturus, ſive primus Regnorum noſtrorum hæres fecerimus, aut fecerit, confitemur nos & primogenitum naſciturum, primumque Regnorum noſtrorum hæredem incurriſſe, & tam de jure, quam de facto adjudicamus totaliter incidiſſe, & nos ipſos de auctoritate & conſenſu prædictorum, primogenitum naſciturum, Regnorumque noſtrorum hæredes & ſucceſſores, Regna, dominia, terras & bona *noſtra*, hæredum & ſucceſſorum noſtrorum, præſentia & futura pro præmiſſis firmiter adimplendis, ſupponimus *& ſuppoſuimus cohibitioni & compulſioni Cameræ ſedis Apoſtolicæ.*

(*) *forte:* obligamus.

§. 20. Volumusque & conſentimus, quod ad majorem firmitatem prædictorum omnium & ſingulorum, *litteras Apoſtolicas ſuper ipſo fortiores* dicto ſapientum, ſubſtantia non mutata, nos & dictus primogenitus naſciturus, primusque Regnorum noſtrorum hæres, dicto fratri noſtro chariſſimo Regi Franciæ, ejusque primogenito nato aut naſcituro, primoque hæredi Regni ſui facere & concedere teneamur, ac etiam teneantur, quoties per dictum Regem Franciæ, fratrem noſtrum chariſſimum, ſeu primogenitum natum aut naſciturum, ſive primum hæredem Regni ſui, nos aut primogenitus noſter naſciturus, ſive primus Regnorum noſtrorum hæres, fuerimus ac fuerint requiſiti.

§. 21. Cætera verò alia omnia & ſingula inter utriusque noſtrorum prædeceſſores ipſumque fratrem noſtrum chariſſimum Francorum Regem, & noſtros progenitores hactenus hinc inde, per quæcunque inſtrumenta, litteras & tractatus publicos vel privatos, conjunctim vel diviſim qualitercunque inita, firmata, ratificata ſeu declarata, etiamſi juramentis & promiſſionibus ſint vallata, *quæ iis in tractatibus non ſint inſertæ, volumus deinceps eſſe nulla*, irrita, & caſſata, & caſſamus, irritamus, revocamus & penitus annullamus. In quorum omnium fidem & teſtimonium præſentes litteras, ſigilli noſtri munimine, nec non ad amplioris certitudinis firmitatem,

præfato-

Digitized by Google

præfatorum Genitricis & Patrui nominum subscriptione, sigillique, una cum signo Notarii publici fecimus & jussimus communiri. Datum in Valleoleti die septima Decembris, Anno Domini 1408.

§. 22. Nos verò supra nominati Alvarus Connestabularius, Joannes Archiepiscopus, Rodericus Alphonsi Pimentel, Comes de Benavento, Procuratores præfati Serenissimi & Christianissimi Principis & domini nostri, domini Joannis Regis Castellæ & Legionis moderni, sperantes, prædictas ligas, confœderationes, amicitias, compositiones, conventiones, tractatus & promissiones inter dictum dominum nostrum Regem Castellæ & Legionis moderni, pro se & pro suo primogenito, vel hærede, Regnis, terris, & subditis suis ex una; & dictum defunctum dominum Carolum sextum tunc Regem Francorum, Genitoremque ejusdem domini Regis Francorum, pro se & pro suo primogenito, vel hærede ac Regno, terris & subditis suis ex altera, partibus, sicut præmittitur, initas, conceptas & firmatas, fore ac futuras ad Dei laudem, malorumque exterminium, & utriusque prædictorum Regum ac Regnorum Reipublicæ prosperum incrementum, præsentibus una & pariter convenientibus: videlicet ex unâ parte nobis, pro dicto nostro Rege Castellæ & Legionis, & ex alia Reverendissimo in Christo Patre domino Dionysio Archiepiscopo Tolosano, nec non nobili & spectabili domino Joanne de Bonnay milite Seneschallo Tolosæ, Theodorico le Comte militibus & Consiliariis ac Henrico de Frenoy Secretario, Ambaxiatoribus & Nuntiis ac Procuratoribus dicti domini Franciæ Regis moderni, pro & ad hoc specialiter constitutis & ordinatis per litteras ipsius domini Regis Francorum moderni, & pro eo proque suo primogenito, nato aut nascituro, aut primi Regni sui hærede, ac pro Regno, terris, dominiis, subditis & adhærentibus suis, aliisque omnibus & singulis, quorum interest, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum; recipientibus, acceptantibus & solemniter stipulantibus: virtute potestatis nobis, ut supradictum est, attributæ, & concessæ, per dictum dominum nostrum Regem Castellæ & Legionis; vice & nomine ejus, & pro eo, proque filio suo primogenito, nato sive nascituro, aut primo Regnorum suorum hærede, ac pro Regno, terris, dominiis, subditis & adhærentibus suis, cæterisque omnibus & singulis, quorum interest vel interesse poterit, quomodolibet in futurum: Confœderationes, tractatus, compositiones, pactiones, ligas & amicitias, & omnia alia & singula in prædictis, & circa prædicta per dominum nostrum Regem Castellæ & Legionis modernum, per ejusque supradictos tutores, ejus nomine & vice, una cum dicto domino defuncto Carolo sexto tunc Rege Francorum, Genitore dicti Regis Franciæ moderni, & ad supra nominatis Ambaxiatoribus & Procuratoribus suis, ejus vice & nomine, ut præmittitur, acta, gesta, habita, conventa, prout in superius insertis litteris suis contenta & expressata sunt, laudamus, ratificamus, approbamus, acceptamus, ac etiam validamus; interimque de novo tractamus, inimus, facimus & firmamus sub pœnis, forma, modis, obligationibus & qualitatibus supra scriptis, pro dicto domino nostro Rege Castellæ & Legionis moderno, proque primogenito suo, nato vel nascituro, aut primo Regnorum suorũ hærede, Regnis, terris, dominiis, subditis & adhærentibus suis, & omnibus aliis, quorum interest vel interesse poterit in futurum, una cum dictis Consiliariis, Ambaxiatoribus & Procuratoribus dicti domini Regis Franciæ, ejus vice & nomine agentibus, ac pro eo & filio suo primogenito, nato aut nascituro, ac Regnorum suorum hærede, proque Regnis, terris, dominiis, subditis & adhærentibus suis, & aliis omnibus, quorum interest aut interesse poterit quomodolibet in futurum, & conformes pactiones, conventiones obligationes & submissiones, consentientibus & facientibus, nobis stipulantibus & recipientibus, pro & vice dicti domini nostri Regis Castellæ & Legionis, ejusque primogeniti nati aut nascituri, aut primi Regnorum suorum hæredis, ac pro Regnis, terris, dominis, subditis, ad-

Digitized by Google

hærentibus & aliis ſupra tactis, prout continentur in eorum litteris conſimilibus & conformibus iſtis, quas nobis tradiderunt.

§. 23. Verum tamen non intendimus in præmiſſis comprehendi clauſulam contentam in ſuperius inſertis literis, facientem mentionem de *exceptione* inclytæ memoriæ defuncti domini *Martini tunc Regis Arragonum, & ſui primogeniti*, qui tunc erant; ſed hinc inde tolli & abjici, & pro nulla haberi: cum etiam ſit ſupervacua, quia ipſe Martinus & ejus filius ab hoc ſeculo dudum, ſicut domino placuit, migraverunt.

§. 24. Promittimus inſuper & juramus in animam dicti domini Regis Caſtellæ & Legionis, ſuper imaginem & repræſentationem crucifixi Domini noſtri Jeſu Chriſti ac ſua ſancta Evangelia, per nos corporaliter tactam & tacta, bonâ fide, ceſſantibusque fraude & malo ingenio quibuscunque; omnia & ſingula præmiſſa, prout & quemadmodum per nos, quibus ſupra, vice & nomine firmata, geſta & facta ſunt teneri & tenenda, & de puncto ad punctum adimpleri & adimplenda, & inviolabiliter obſervari & obſervanda; per dictum dominum Regem Caſtellæ & Legionis, pro ſe & pro ſuo primogenito, nato vel naſcituro, aut primo Regnorum ſuorum hærede, & Regno, terris, dominiis, ſubditis & adhærentibus ſuis; ac etiam per eum, & per ejus patentes litteras ſupra & infra ſcripta, acceptanda & confirmanda, easque litteras dandas & tradendas dicto domino Regi Franciæ, quamprimum per ejusdem Regis Franciæ litteras aut nuntios requiretur; *ſimiles ſeu conformes ac ejusdem virtutis & efficaciæ dicti domini Regis Franciæ recipiendo;* & hæc ſub hypotheca & obligatione omnium bonorum, hæredum, ſuorumque ſucceſſorumque, præſentium & futurorum, nec non ſub pœna perjurii, quam Rex poteſt incurrere tali caſu, ac etiam ſub pœna centum millium marcharum auri: in quibus obligationibus & pœnis nos eundem dominum noſtrum Caſtellæ & Legionis Regem, ſua Regna pariter, & ſua ſuorumque hæredum & ſucceſſorum bona quæcunque eidem domino Regi Francorum, ejusque primogenito, nato ſive naſcituro, aut primo Regni ſui hæredi, & erga eum, tanquam pro confeſſato, judicato & condemnato teneri, & ipſas pœnas, ſi contra prædicta idem dominus noſter Caſtellæ & Legionis Rex, ſeu primogenitus ſuus, natus aut naſciturus, ſeu primus Regnorum ſuorum hæres fecerit, aut fecerint, confitemur, ipſum dominum noſtrum Caſtellæ & Legionis Regem, primogenitumque ſuum, natum aut naſciturum, ſive primum Regnorum ſuorum hæredem incurriſſe, & tam de jure quam de facto adjudicamus totaliter incidiſſe; & ipſum primogenitumque ſuum, natum vel naſciturum, ſive primum Regnorum ſuorum hæredem, & ſucceſſores ſuos, ejusque Regnum, dominia, terras & bona, ac hæredum, & ſucceſſorum ſuorum, præſentia & futura, pro præmiſſis firmiter adimplendis, ſuppoſuimus & ſupponimus coertioni & *compulſioni Cameræ ſedis Apoſtolicæ.* Volumusque & conſentimus, quod ad majorem firmitatem prædictorum omnium & ſingulorum litteras Apoſtolicas ſuper ipſis fortiores & meliores, dicto ſapientum, ſubſtantia non mutata, idem dominus noſter Caſtellæ & Legionis Rex, aut primogenitus ſuus natus aut naſciturus, ſive primus Regnorum ſuorum hæres, dicto domino Regi Francorum, ejusque primogenito nato aut naſcituro, aut primo Regni ſui hæredi facere & concedere teneatur, ac etiam teneantur; quoties per ipſum dominum Regem Francorum, vel ejus primogenitum natum ſeu naſciturum, aut primum Regni ſui hæredem, idem dominus noſter Caſtellæ & Legionis Rex, aut primogenitus ſuus, natus aut naſciturus, ſive primus Regnorum ſuorum hæres, fuerit aut fuerint requiſiti.

§. 25. In quorum omnium robur & teſtimonium præſentibus litteris nomina noſtra propriis manibus ſubſcripſimus, & ſigilla noſtra fecimus apponi, unà cum ſigno & ſubſcriptione Notarii publici infra ſcripti. Datum & actum in oppido de Majorito Toletanæ dioceſis, vigeſima nona die Januarii,

Digitized by Google

rii, Anno à nativitate Domini *ſecundum morem Eccleſiæ Hiſpaniæ* milleſimo quadrigenteſimo trigeſimo quinto, Yo el Condeſtable, Joannes Archiepiſcopus Iſpalenſis, Electus Eccleſiæ Toletanæ. El Conde, & ego Ferdinandus Didaci de Toleto Decretorum Doctor publicus Apoſtolica auctoritate Notarius, ac dicti Sereniſſimi ac Chriſtianiſſimi domini noſtri Caſtellæ & Legionis Regis Auditor Referendarius atque Secretarius, præmiſſis omnibus & ſingulis dum ſic, ut præmittitur, agerentur & fierent, unà cum infra ſcriptis teſtibus, ad hæc vocatis ſpecialiter & rogatis, videlicet egregiis & ſpectabilibus viris, Petro Nugno Comite de Guelva, Roderico Didaci de Mendoça majordomo & Petro Alvari de Oſorio Cuſtode majori noſtri corporis, *Petro Manuel avunculo*, præfati Sereniſſimi domini noſtri Regis Conſiliariis, ac nobilibus, Bartholomæo de Montesquin milite Joanne de Bretaigne Armigero; Magiſtro Seguino de Courchardis, Magiſtro in artibus & Baccalaureo in Medicina, Petro Normani Presbytero Toloſanæ, Rhemenſis, Cenomanenſis & Senonenſis Dioceſis, præſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi, & de mandato dictorum dominorum Comitis Stabularii, Archiepiſcopi Ipſalenſis ac Comitis de Benavento, præfati Sereniſſimi ac Chriſtianiſſimi domini noſtri Regis Caſtellæ & Legionis procuratorum hoc præſens publicum inſtrumentum, me aliis arduis occupato negotiis, per alium ſcribi feci, & in publicam formam redegi, ſignoque meo, una cum nominibus, & ſigillorum appenſione ipſorum dicti domini noſtrum Regis procurator ſolito ſignari, rogatus pariter & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium ſingulorum præmiſſorum. Ferdinandus Doctor & Referendarius, Notarius Apoſtolicus.

CXLIII. *Du different qui en l'an mil quatre cens trente quatre ſurvint au Concile de Basle*, pour la preſeance entre les Ducs de Bourgogne & de Bretagne.

L'An mil quatre cens trente quatre fut convoqué en la ville *de Basle*, ce grand *Concile general* tant celebré, lequel auparavant avoit envoyé vers le Duc de Bretagne un tres docte *Ambaſſadeur nommé Jean Evesque de Viſco en Portugal*, qui par ſon bien dire *attira le dict Duc au party du Concile contre le Pape Eugene quatrieſme*, que le Duc pour approbation dudict Concile y envoya ſon Ambaſſadeur, ſelon la couſtume des Princes, quant telles aſſemblées ſe font; & la ſur le rang & preſeance des deux Ambaſſadeurs des ces deux Princes s'esmeut un grand different, ſur lequel il fut finallement ordonné, que ſans prejudice des droicts poſſeſſoires & petitoires * mots du faict le coſté dextre ſeroit baillé au Duc de Bretagne, & de cy a lettres des chartres du 6. Juillet, mil quatre cens trente quatre, & y fut envoyé un *Herault nommé Montfort*; qui à ſon retour eſtant chargé ſon debvoir en cette pourſuitte fut en grand danger de fortune; eſtoit lors à Basle Meſſire Philippes de *Quictquia Breton*, natif de Lion, Archevesque de Tours, & *Ambaſſadeur du Roy de Frauce*, qui depuis fut Cardinal, lequel eſtant homme docte, fit par ſon auctorité retracter, ce qui avoit eſté ordonné par le Concile, touchant cette preſeance, & fiſt donner le premier rang au Duc de Bretagne, ſe monſtrant en cela Zelateur de l'honneur de la patrie. Quictquia revint depuis en Bretagne, comme par le Duc, qui luy fiſt tous les honneurs, qu'il peut, le remerciant de ce bon office. Depuis le Concile de Basle fut transferé à Ferrare par Eugene quatrieſme; choſe qui cauſa un ſchiſme entre les ſeculiers & les Eccleſiaſtiques, les uns improuvans, les aultres louans cette translation, les uns tenans le party d'Eugene les aultres celuy de Felix Antipape, ce debat quelque temps aprés fut appaiſé.

Digitized by Google

CXLIV. Caroli VII. Galliæ Regis *permissio & autoritas filio* Ludovico Delphino *data, ut licet minor annis* 14. *coram Archiepiscopo Turonensi matrimonium cum* Margaretha Jacobi Scotiæ Regis filia *primogenita contrahere possit. Bituricis.* 1436.

Carolus Dei gratia Francorum Rex, universis præsentes litteras inspecturis, salutem. Cum matrimonium inter carissimum filium nostrum primogenitum Ludovicum Delphinum Viennensem nunc decimum quartum ætatis suæ annum proximè tangentem, & delectissimam nostram Margaretam illustrissimi Principis *Jacobi*, eadem gratia *Scotorum Regis*, fratris, consanguinei, & confœderati nostri carissimi filiam primogenitam contrahendum per nos, ex unâ parte, & dictum fratrem nostrum ex altera, tractatum & concordatum extiterit, restetque solum matrimonium solemnisandum & perficiendum.

§. 2. Nos dicto filio nostro primogenito, licet *absenti dedimus* & concessimus, damusque & concedimus tenore præsentium, *auctoritatem*, licentiamque & assensum pro præmissis comparendi, & *se repræsentandi coram* dilecto & fideli Consiliario *nostro Archiepiscopo Turonensi*, ejusdem filii nostri Diocesano, seu ejus in spiritualibus Vicariis generalibus, aut aliis ab eo deputatis seu deputandis in hâc parte; *ipsumque filium nostrum habilem & capacem* ad matrimonium hujusmodi contrahendum & solemnisandum *pronuntiari* & declarari, ac cum eo de & super ætatis defectu, quatenus opus fuerit, & aliis præmissis dispensari, processusque debitos & juridicos super hoc fieri & expediri, pro sequendi, petendi, requirendi & obtinendi, nec non tractatum prædictum ratificandi, omologandi, promittendique ac jurandi, ac alia dicendi, & faciendi, quæ juxta tractatus prædicti tenorem & formam dicenda fuerint & facienda, & sibi visum fuerit expedire, & pro præmissis, eorumque emergentiis, incidentiis, dependentiis, & connexis, Procuratorem seu Procuratores constituendi, cum potestate & clausulis opportunis.

§. 3. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum præsentibus litteris duximus apponendum; datum Bituris, die tertia mensis Junii, anno ab incarnatione Domini, millesimo, quadringentesimo trigesimo sexto, Reni verò nostri decimo quarto. Et sur le reply est escrit ce qui s'ensuit: Per dominum Regem in suo Consilio. Et au dessous est signé, Maliere. Scellé d'un sceau pendant en parchemin.

CXLV. *Venia Ætatis, vel potius dispensatio ad ineundum matrimonium ab Archiepiscopo Turonensi, tanquam diocesano, concessa* Ludovico Delphino *quatuordecim annis minori. Apud Turones,* 13. *Januar.* 1436.

PHilippus Dei gratia Archiepiscopus Turonensis. Quia post certa sponsalia inter Christianissimum Franciæ Regem, nomine Serenissimi Principis domini *Ludovici* sui primogeniti, Delphinique Viennensis ex altera; & illustrissimum Principem dominum Regem Scotiæ, nomine Serenissimæ dominæ *Margarethæ* suæ primogenitæ ex alia; inter ipsos Ludovicum & Margaretham per Procuratores, jamdiu contracta, & hactenus inviolabiliter observata; *desideram tam ipsi Reges, quam sponsi antedicti sponsalia predicta ad effectum matrimonii quantocius perducere.*

§. 2. Cujus

§. 2. Cujus rei gratia Sereniſſima Domina antedicta ſincero & maritali affectu ad ipſum Dominum Ludovicum * tam provenit ex ſui Genitoris ordinatione ad hoc regnum ſperantes in Domino, tam reges præfati, quam ſponſi, & conſilia, & Regna eorumdem, quam quanto prius ipſa ſponſalia ad matrimonium deducantur, tanto actore matrimonii operante, qui eſt ſolus Deus, *bona matrimonii, puta fides, proles, & ſacramentum*, tanto citiùs ad horum Regnorum cõmodum, imò ad totius fidei & cunctæ rei Chriſtianæ profectum exinde ſubſequentur, cum vellent & proponerent, ad hujusmodi matrimoniũ in facie Eccleſiæ, prout tantas decet perſonas ſolemniſandum, in noſtra urbe metropolitana procedere; *cucurrit juris quæſtio coram nobis*, qui ſumus ſpiritualis ordinarius ſereniſſimi Domini Ludovici prædicti, futurus ſimiliter ordinarius Sereniſſimæ ſponſæ ejusdem, puta circa pubertatem utriusque ſponſi & ſponſæ prædictorum; *nonnullis dicere valentibus, adhuc non poſſe matrimonium ætate prohibente ſubſiſtere inter eos*: quamvis dictus Dominus Ludovicus fere principiũ quarti decimi, & ipſa ſponſa quaſi duodecimi finem anni attingeret; alii autem contrarium contra quorumdam majorum ſummas tenentibus: Nos actu ordinarius ipſius ſereniſſimi ſponſi, & in ſpe ipſius Dominæ, ut præfertur; atque pro parte ſponſæ ejusdem, ad difficultatis jam dictæ terminationem, nec non ad omnem canonicam proviſionem, ad effectum matrimonii ſæpe dicti, tàm de jure communi, quam etiàm ſpeciali, puta per diſpenſationem & aliter, nominatus, acceptatus & electus, etiam cum canonicis, & aliis debitis ſubmiſſionibus, quæ quomodolibet poſſent requiri ad præmiſſa; & pro parte Regum, & ſponſi ac ſponſæ prædictorum, per eorum Procuratores *liberatorié* conſtitutos, & de quorum nobis ſufficienter conſtitit poteſtate, atque conſtat, cum vehementi inſtantia requiſitus unanimiter, & rogatus procedere ad executionem omnium promiſſorum; videlicet pro parte Chriſtianiſſimi Francorum Regis, & ejus primogeniti Domini Delphini Viennenſis ſæpe dicte per Dominos Adam de Cameraco, primum Præſidentem Curiæ Parlamenti, & Balduinum de Campana, Dominum de Ruſſe, Baillivum etiam Turoniæ, milites & Conſiliarios Regios; nec non pro parte illuſtriſſimi Regis Scotiæ, & ejus primogenitæ prædictorum, per Reverendum in Chriſto Patrem, Dominum Joannem Epiſcopum * Brechmenſem, & Magiſtrum Joannem Sulbart, præpoſitum Eccleſiæ collegiatæ de Metphen, Conſiliarios ipſius illuſtriſſimi Scotiæ Regis, & per quemlibet eorumdem; attendentesque de jure omnia quæ adhuc diſputationi ſunt relicta, arbitrio debere judicantium ſubſiſtere, qui juxta rerum & perſonarum, temporum & locorum, ſeu cauſarum neceſſitatem (&) exigentiam, tunc poſſunt quorum voluerint opinionem, ſeu *ſummam* immutari.

§. 3. Hinc eſt, quod nos illorum nunc *ſummam*, qui dicunt non ſolum ex carnis copula, ſive inter ſponſos ad invicem, ſive cum aliis infra *annos pubertatis numeralis* ſubſecuta, poſſe pubertatem eamdem ipſo facto præveniri; ſed etiam hoc poſſe contingere ex ſola diſpoſitione & habitu corporum atque animorum ſponſi, ſimul atque ſponſæ. *Certificati* ſufficienter *de ætate* ipſius ſereniſſimi ſponſi ſupradicti, *nec non de habitu* & virili diſpoſitione ejusdem tam ex multiplici noſtra converſatione cum eodem, quam *ex accurato aſpectu* noviſſimè, ex cauſa & occaſione præmiſſorũ, ad corpulentiam & membra ſuæ Serenitatis; & inſuper *informati judicialiter de ætate & viripotentia* etiam ipſius Sponſæ, de qua ſupra, ac de ipſius viripotentia, *conſiderata* per nos ſollicitè ſponſi & ſponſæ prædictorum *habitudine corporum* atque *animorum*, *nutritione*, & ætate cujuslibet ipſorum, inſuper & *bona diſciplina*, quæ *multum juxta prudentum ſententiam feſtinat ad maturitatem virtutis ſeminalis*. Conſiderato denique decurſu ætatis humanæ, quæ quanto plus laxatur, tanto citius omnem ſummum ætatis gradum attingit, & aſſequitur

Digitized by Google

ſuam perfectionem. Conſiderato amplius *mutuo amore ſponſi & ſponſæ* ad ſe invicem, & *deſiderio converſationis conjugalis*, quod plurimum accendit vim conjugalem. Conſiderato noviſſimè tanto bono, quod ſicut dictum, ex ipſo matrimonio poteſt veriſimiliter adeſſe tranquillitati rei Chriſtianæ, & corroborationi antiquarum amicitiarum atque confœderationum inter regna Franciæ & Scotiæ, quas non minoris eſt virtutis conſervare, quam de novo inire; ſuper hoc judicialiter & prædictorum omnium conſenſu ſedentes, Chriſti nomine prius invocato, *decernimus ſponſum & ſponſam ſæpe dictos eſſe diſpoſitos atque aptos ad ipſum matrimonium*, per verba de præſenti efficaciter in facie Eccleſiæ celebrandum, & ad ipſum, quoad vixerint inviolabiliter obſervandum, *diſpenſantes* nihilominus, quantum opus eſt, tanquam Juris Miniſter cum ipſis, & quolibet eorum ſuper defectu ætatis antedictæ, ſupplentes eamdem, quantum opus eſt ex cauſis prædictis, & plurimis aliis ad hoc noſtrum animum moventibus.

§. 4. Datum Turonibus, ſub ſigillo majori noſtro die decima tertia menſis Junii, anno Domini, milleſimo quadringenteſimo, trigeſimo ſexto. Et ſur le reply eſt eſcrit, de mandato Domini; Et plus bas eſt ſigné Lucas avec paraphe. Scelle d'un ſceau pendant en parchemin.

CXLIV. Caroli VII. Regis Francorum, *ad* Fridericum Romanorum Regem; *de detentione Ducum Auſtriæ & Bavariæ, expoſtulatio & interceſſio.* 1438.

SEreniſſimo Principi *Friderico* Dei gratia *Regi Romanorum*, cariſſimo fratri ac conſanguineo noſtro cariſſimo, *Carolus* eâdem gratiâ *Rex Francorum*, ſalutem & virtuoſos atque celebres actus jugiter amplecti. Sereniſſime Princeps, cariſſime frater & conſanguinee, miramur admodum moleſtiſſimeque ferimus, quod licet totiens à nobis rogatus liberaliter nobis polliciti fueritis cariſſimum *filium noſtrum Sigismundum Ducem Auſtriæ* ad ſuas ditiones & gentes permittere liberè & gratioſè reverti, & præſertim infra certum terminum, jam diu elapſum: tamen (ut intelleximus) hactenus eum detinuiſtis, & adhuc detinetis. Et quia ſicut ſolebamus, & quemadmodum decens exſtat & rationi conſentaneum, ei ſincerè & ex intimis afficimur, vos enixius rogitamus, quatinus eum modò ſine pluri dilatione velitis expedire, ſinereque quod ad loca ſua regrediatur, ipſas ditiones & gentes ſuas in libertate ſua (ut cenſetur opere pretium pro quiete paceque, & communi bono Reipublicæ) earumdem & aliarum prædictarum ſibi adjacentium recturus & gubernaturus.

§. 2. Poteſtis etiam per tot conſcriptiones noſtras perpendere, quantam nobis cedit in diſplicentiam tam longa detentio cariſſimi *avunculi noſtri Ludovici Ducis Bavariæ;* & ideò vos majori deprecamur affectu, quatinus, quantumcunque nobis velletis complacere, hac vice velitis eum facere per conſanguineum noſtrum ejus filium penitus liberari, permittique terris & dominiis ſuis quibuscumque plenariè & pacificè perfungi, pariter & gaudere, ſicut debet, & ante detentionem ſuam conſueverat. Nobis in his gratitudinis integritatem * confecturus, nos ad mutuæ viciſſitudinis pro nobis & veſtris explendas repenſiones reddendo ſemper affectiores, prout hæc & alia ſuper his amplè reſeravimus dilectis & fidelibus Conſiliariis & Ambaxiatoribus noſtris Domino de Feneſtranges, & Henrico Bayere Militibus, vobis per eos opportunè referenda. Quibus in eis, quæ ſuper ipſis materiis hâc vice noſtri pro parte vobis explicuerint, credulam fidem velitis, quæſumus, adhibere, & per eos nobis remittere grati habendas, ut confidenter præſtolamur veſtras utique reſcriptiones. Datum Cainone.

CXLV.

Digitized by Google

CXLV. *Decretum Concilii Basileensis quo* Amædæus Dux Sabaudiæ *declaratur Papa.* 15. *Calend. Decemb.* 1439.

SAcrosancta generalis Synodus Basilienſis in Spiritu ſancto legitimè congregata, univerſalem Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriam. Deus Patrum noſtrorum & Dominus miſericordiæ, qui fecit omnia verbo ſuo, etſi de omnibus à ſe creatis providentiam gerat, cuncta certo gubernans ordine; ſpeciali tamen cura dilectam ſuam Eccleſiam ſemper dirigit, pro qua Unigenitum ſuum dedit, conſolans eam jugiter per Spiritum Paraclitum, qui ipſam in afflictionibus adjuvat, in perſecutionibus confortat, in tribulationibus lætificat, nec eam quibuslibet tentationibus ſeculi hujus, vinci aut ſuperari permittit; in cujus glorioſo nomine, congregata hæc ſancta Synodus, *authoritate duorum præcedentium Conciliorum & duorum Romanorum Pontificum*, dum reſtaurationem Legis divinæ & ſacrorum canonum, reformationemque morum ſolicito perquiſivit ſtudio, ſimul etiam extirpationem hæreſium, pacificationemque Chriſtianorum Principum, multis proſequens laboribus, varias adverſitates pertulit, & propter veritatem & juſtitiam plurimas perſecutiones perpeſſa eſt, adjuvante tamen virtute Dei, ſedulò perſeveravit in proſecutione ſanctæ Reformationis Eccleſiæ, pro honore Dei & ſalute animarum.

§. 2. Cum autem hoc opus felices progreſſus habere non poſſit, propter adverſitates & reſiſtentias plurimas, quas *Gabriel olim dictus Eugenius Papa quartus* in contrarium opponebat, Decreta ſalubria, & ſacros Canones contemnens & parvipendens, authoritatemque Sacrorum Conciliorum verbis & factis conculcans, determinationes Fidei Catholicæ per Eccleſiam factas pertinaciter impugnando, & abuſibus variis atque criminibus Eccleſiam Dei notoriè & incorrigibiliter ſcandalizando, prout in proceſſibus ſuper hoc deductis latius continentur; ubi tandem apud eum nulla proficiebat admonitio, oportuit ad illa juris remedia recurrere & a ſummo Pontificatu, quem nimium damnosè, & inutiliter adminiſtrabat eundem *deponere.*

§. 3. Poſt depoſitionem, cum quatuor menſes & amplius eſſent effluxi, conſiderantes, quàm gravibus ſit circundata diſpendiis, quot & quantis ſit plena periculis Eccleſiæ Romanæ prolixa vacatio, ſicut exacti conſideratio temporis edocet, ad electionem novi Pontificis procedere duximus: repetitis prius in noſtra publica Seſſione trigeſima ſeptima illis, quæ dudum de electione ſummi Pontificis in hoc Concilio fienda, in eventum vacationis ſedis Apoſtolicæ ipſo Concilio durante in quarta & ſeptima ſeſſionibus ejusdem Sanctæ Synodi, ſtatuta & ordinata fuerant; & facta ſolemni declaratione, *quod pro hâc vice electio Romani Pontificis fienda & celebranda esset per hoc ſacrum Basilienſe Concilium*, ſeu ejus authoritate: atque etiam ordinatione per decretum facta, trigeſimæ ſeptimæ ſeſſionis, quod unà cum dilectiſſimo Eccleſiæ filio, Ludovico tituli ſenectæ Ceciliæ Romanæ Eccleſiæ Presbytero, *Cardenali Arelatenſi* vulgariter nuncupato, præſente vel *præſidente* in hoc ſacro Concilio, & aliis ipſius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ſi qui ante conſummatam electionem futuri Romani Pontificis advenirent, & huic ſacro Concilio adhærentes eidem electioni intereſſe vellent; alii tam de Prælatis, quam de cæteris honorabilibus Eccleſiaſticis viris, *in ſacerdotio aut ſaltem in Diaconatus ordine conſtituti* usque ad numerum triginta duorum per eandem ſanctam Synodum *ad prædictam electionem faciendam* in generali ſua congregatione, ac in ſeſſione publica *nominandi* & deputandi, *poteſtatem haberent*, prout ſecundum Deum & ſuas conſcientias eisdem videretur, hâc vice liberè *eligendi ſummum Pontificem* authoritate hujus ſanctæ Synodi, ita ut ille absque ulla exceptione ab univerſali Eccleſia ſummus Pontifex haberetur,

Digitized by Google

haberetur, qui ab omnibus prædictis sic debentibus pro hâc vice eligere aut saltem à duabus partibus ipsorum esset electus, & consensum suum juxtà formam in eodem Decreto ordinatam præstaret.

§. 4. Secundum cujus decreti dispositionem, triginta duo Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali dignitatibus, & graduum ac scientiarum, titulis insigniti, nominati, deputati, in nostra generali congregatione, ac demum in sessione publica, quorum nomina, dignitates, gradus & ordines hic haberi volumus pro sufficienter expressis, die tertio Cal. hujus mensis Novembris celebrata Missa solemni, per præfatum Cardinalem Arelatensem ac per singulos ipsorum, suscepto divinæ Eucharistiæ sacramento de manu ejusdem Cardinalis, in præsentia totius Cleri & populi, & juramentis solemnibus præstitis, ipsi pariter cum eodem Cardinali conclave intraverunt, in ea domo civitatis Basilienſis, in qua deputatio pro communibus teneri consuevit: ibi cum magna devotione septem diebus insistentes, quinque scrutinia successivè, de mane diversis diebus, celebratâ Missâ, & invocatâ Spiritus sancti gratiâ peregerunt, & tandem facto quinto scrutinio ea hora, qua processio hujus sacri Concilii domum præfatam circuibat, cantando Hymnum, Veni Creator Spiritus, &c. compertum est, *Religiosum nobilem Virum Amedeum Ducem Sabaudiæ in solitudine Ripaliæ Gebennensis Diocesis, jam à pluribus annis in virtute continentiæ conversantem, & virtutibus Domino in Spiritu humilitatis, ac simplici & humili habitu deservientem*, in summũ Pontificem universalis & Romanæ Ecclesiæ esse electum, juxtà præfati decreti nostri XXXVII. sessionis dispositionem.

§. 5. Quæ quidem electio postmodum, aperta fenestra Conclavis, fuit per dictum Cardinalem Arelatensem publicè nunciata, decantatoque Te Deum Laudamus, per omnes supra dictos ad eligendum deputatos concorditer, super electione ipsa Deum glorificantes, & orationibus convenientibus subjunctis ipsi à Conclavi exierunt, in pluvialibus & mitris aliisque habitibus condecentibus, prout statui uniuscujusque competebat, concomitantibus Prælatis, & aliis *suppositis* hujus sacri Concilii, ac professionibus omnium Collegiorum & Conventuum hujus Civitatis Basilienſis, cum reliquis & decentibus ornamentis, populique multitudine copiosa, Ecclesiam Majorem Basilienſem adierunt. Ubi ipsi Prælati & alii de sacro Concilio unanimiter Deo gratias retulerunt, iteratoque se prædictus Cardinalis Arelatensis in ambone præsentibus omnibus Electoribus deputatis, & in hoc consentientibus, adque ad ipsum approbantibus retulit, quomodo ipsa Electio ritè & canonicè fuerat celebrata; Notariis Apostolicis, qui in Conclavi fuerant etiam idem attestantibus.

§. 6. Quæ omnia considerans hæc sancta Synodus, & spem magnam gerens in Domino, quod præfatus *Amedeus pro sapientia, experientia, justitia, clementia & cæteris virtutibus suis, plurimos fructus salutis efficiet in populo Dei, fidem conservando, mores reformando, pacemque componendo inter Principes Christianos & Populos*, velut sanctitatis amator & pacis cultor, qui cum omnibus pacem & cum nullo differentiam aut discordiam habere famatur, Domui suæ benè & laudabiliter præpositus, grandiumque Populorum prudentissimus gubernator, & in rebus Ecclesiasticis & spiritualibus non mediocriter exercitatus, habita super hoc *in quatuor deputationibus omnium suppositorum hujus sacri Concilii*, concordi & unanimi deliberatione, & demum in generali Congregatione, conclusione subsecuta; ipsam electionem laudat, recipit & approbat, & ex abundanti, & ex certa scientia hoc præsenti Decreto ratificat & confirmat. Declarans eundem Amedeum absque ulla exceptione ab universali Ecclesia teneri, haberi, & reputari debere, electum in verum & legitimum Summum & Romanum Pontificem, & hoc ipsum per præsentis Decreti publicationem ad notitiam

volumus

Digitized by Google

volumus deduci cunctorum. Datum in Sessione nostra publica in Majori Ecclesia Basilien. solemniter celebrata, XV. Calend. Decembris, Anno à nativitate Domini, M. CCCC. XXXIX.

CXLVI. *Declaratio Concilii de acceptatione Papatus, & inthronizatione* Papæ Felicis V. *cum ipsius juramento.*

SAcrosancta generalis Synodus Basilienſis in Spiritu sancto legitimè congregata, universalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam. Cum (ficut ait Beatus Hilarius) proprium Ecclesiæ esse soleat, ut tunc vincat, cum læditur, tunc intelligat, cum arguitur, tunc secura sit, cum separata videtur; arca enim, per quam Ecclesia designatur, elevata est in sublime; confidit hæc sancta Synodus, quod ille, qui post nubilum, dat serenum, Inclytam Sponsam suam succedentibus turbationum fluctibus agitatam, oculo clementiori ex alto respiciat, non ferens in sui nominis injuriam diutius conculcari: Ipsa enim Synodus posuit in Domino spem suam, & factus est Protector ejus, nec misericordiam suam abstulit, qui variis adversitatum generibus congrua appposuit remedia, prementibus quidem gravibus calamitatibus, & irruentibus personis adversus Ecclesiam ipsam & authoritatem ejus, excitavit eandem sanctam Synodum Spiritus Paracletus, ut ad electionem novi Pastoris, & Romani procederet Pontificis, qui se opponeret murum pro Domo Israel.

§. 2. Quæ quidem electio tandem cum solemnitate congrua in eadem Synodo ritè & canonicè celebrata extitit de persona sanctissimi Felicis quinti, tunc Amedei Ducis Sabaudiæ ac *Decani Militum in Solitudine Ripaliæ* Gebennensis Diœcesis in humilitatis Spiritu domino famulantium, prout Decreto XXXIX. Sessionis dictæ Synodi super hoc confecto plenius continetur. Post cujus quidem Decreti publicationem, præfata Synodus dilectissimum Ecclesiæ filium, Ludovicum Tit. sanctæ Ceciliæ Presbyterum Cardinalem, Arelatensem vulgariter nuncupatum, de Latere, & alios Legatos & Oratores suos, videlicet plerosque Episcopos, Abbates, Magistros & Doctores Juris divini & humani, Nobilem virum *Joannem Comitem in Tyerstein Protectorem dictæ Synodi, imperiali authoritate deputatum Vicegerentem* & certos Milites ad eundem Electum transmittendos duxit, ut ipsi electionem præfatam præsentarent, & consensum ejus exposcerent & requirerent, juxta formam in Decreto trigesimæ septimæ Sessionis præfatæ Synodi statutam & ordinatam.

§. 3. Quibus quidem Legatis & Oratoribus in præfati Electi præsentia constitutis, ipsumque præsentato sibi die, videlicet Jovis XVII. mensis Decembris, anno à nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo nono, Decreto electionis prædictæ, ex parte ejusdem Synodi, *supplicè precum instantia, repetitis vicibus requirentibus*, quatenus pro consolatione Ecclesiæ Dei, in maximis, his temporibus, adversitatibus & tribulationibus constitutæ electioni hujusmodi acquiescere & consensum præstare, aliaque ad quæ juxta Decretum XXXVII. Sessionis hujusmodi tenebatur facere & adimplere dignaretur: idem electus tunc in magna, ut cernebatur spiritus anxietate constitutus, mœrore compressus, cum hinc desiderium quietis, cui sub suavi contemplatione deposita temporalium negotiorum cura vacare delegerat in solitudine prædicta, retraheret, & humanæ conditionis infirmitas, oneris & laboris magnitudinem refugeret; hincque universalis Ecclesiæ authoritas & Reipublicæ necessitas impelleret, & licet diutius trepidaverit, ignorans quid consultus ageret in præmissis, post multiplices seorsum cum gravibus personis habitas consultationes, metuens etiam, ut dicebat, ne ipsius sic ad universalis Ecclesiæ & Reipublicæ ministerium necessitate cogente, vocati, contradictionis reluctatio, divinam contra se indignationem provocaret, & gravioris forsan dispendii

Digitized by Google

in Ecclesia Dei occasionem induceret; non honoris aut temporalium rerum cupidine ductus, sed obsequendi necessitate impulsus & affectu publicæ salutis procurandæ, in humilitatis spiritu tanti oneris sarcinæ humeros supposuit, & se Apostolicæ solicitudinis jugo submisit, electionique de eo factæ genibus flexis, exortisque lachrimis, etiam infra statutum ad hoc in Decreto XXXVII. Sessionis hujusmodi terminum, ad laudem Dei Omnipotentis devote consensit, & humiliter acquievit; ac per dictum Cardinalem, quo vocari vellet nomine interrogatus (prout moris est) in Romanum pro tempore Pontificem electo, Felix nomen duxit sibi eligendum, Chlamydeque & Caputio, quibus tunc utebatur, depositis, etiam genibus flexis professionem juxta præfatæ XXXVII. Sessionis continentiam atque formam, emisit, & propria manu subscripsit die & anno superius expressis. Cujus quidem *professionis* tenor talis est:

§. 4. In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, Filii & Spiritus Sancti. Ego Felix electus in Papam, Omnipotenti Deo, cujus Ecclesiam *suo* præsidio regendam suscipio, & Beato Petro Apostolorum Principi corde & ore profiteor, quamdiu in hac fragili vita constitutus fuero, me firmiter credere & tenere fidem Catholicam, secundum traditionem Apostolorum & generalium Conciliorum; & aliorum Sanctorum Patrum, maxime autem *Sanctorum octo Conciliorum Universalium, videlicet primi Niceni, secundi Constantinopolitani, tertii Ephesini, & quarti Calcedonensis, quinti & sexti. Item Constantinopolitani septimi. Item Niceni, octavi quoque Constantinopolitani; nec non Lateranensis, Lugdunensis, Viennensis, Constantiensis & Basilienſis generalium etiam Conciliorum*, & illam fidem usque ad unum apicem inviolatam servare, & usque ad animam & sanguinem confirmare, defensare & prædicare, ritumque pariter sacramentorum Ecclesiasticorum Ecclesiæ traditum omninò prosequi & observare. Polliceor etiam fideliter laborare, pro tuitione fidei Catholicæ & extirpatione hæresium & errorum, reformatione morum, executione & observatione Decretorum Constantiensis & Basilienſis Conciliorum generalium & confirmationem electionum juxta Decreta sacri Basiliensis Concilii. Hanc autem professionem meâ manu subscripsi, & tibi Omnipotenti Deo, cui in die tremendi Judicii redditurus sum de hoc, & aliismet operibus rationem, pura mente super altare offero, quam in primo publico Consistorio solemniter repetam.

§. 5. Quibus peractis Cardinalis aliique Legati & Oratores prædicti juxta commissionem & potestatem eis traditam, ipsum electum depositis sibi indumentis consuetis, per traditionem vestis albi coloris & amuli de Papatu investiverunt, & Alba pluviali, cæterisque ornamentis Papalibus congruentibus induerunt & in Cathedra posuerunt. Ipse Cardinalis aliique Episcopi, Prælati, Principes, Comites, Barones, & Nobiles reverentiam & obedientiam Romanis Pontificibus exhiberi solitas exhibentes, in processione solemni Cruce præcedente more Papali, ut decuit, ad Ecclesiam Monasterii sancti Mauricii ordinis sancti Augustini in dicta solitudine constitutam processerunt, & dum ipse electus fuit, ante altare prostratus diu oravit, & hymni, Te Deum Laudamus decantatione finita, & Pater noster & aliis suffragiis & collecta consuetis per dictum Cardinalem dictis, eundem electum intronizaverunt, ipsum super altare majus dictæ Ecclesiæ elevantes; demum ipse electus astantibus ibidem solemnem benedictionem dedit, & indulgentias concessit in his omnibus decentibus & congruis solemnitatibus observatis, Quæ quidem præmissa omnia sex Notariis publicis & decem ad hoc specialiter requisitis testibus plerisque Prælatis, Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Magistris, Doctoribus & aliis insignibus & notabilibus viris ibidem præsentibus, & ista attestantibus gesta fuere, prout in instrumentis publicis, quorum tenores ipsa Synodus præsenti Decreto habet & haberi vult, sufficienter expressos plenius continetur.

CXLVII.

Digitized by Google

CLXVII. *Sentence arbitrale, touchant le different, qui estoit pour la succession du Duché de Lorraine entre* Isabel de Lorraine, Reine de Sicile, *fille de Charles premier Duc de Lorraine, & son Cousin Germain* Antoine de Lorraine, *Comte de Vaudemont; à Rheims, l'an mil quatre cents quarante, le dix septiesme jour de Mars avant Pasques. Il est ordonné, que le dict Comte de Vaudemont renoncera à tout droict de proprieté & Seigneurie au Duché de Lorraine; & ce droict luy est reservée, si la dicte Isabel, & ses hoirs masles & femelles vont de vie à trespas sans hoirs issuz de leur corps.*

Charle, par la grace de Dieu Roy de France: A tous ceux, qui ces presentes lettres verront Salut. Comme nagueres nous estants en nostre ville de Bar sur Aube pour & afin de pourveoir aux grandes charges maux - - - - - & autres innumerables griefz & inconvenientz, que tant longuement ont souffert, dont est - - - - - - - - - & Comte de Champagne, nos Vassaux, feaux subjectz & peuple, & autres gens de tous estatz & iceux relever - - - - - - - miseres & excez dessus dictz au bien de justice, de toute la chose publique ensemble de nos dictz - - - - - - - - - peuple, à ce que justice doresnavant puisse & doive estre deuement administrée sans haine, faveur ou autre illicite regard - - - - - - - - marchandise avoir cours, & un chacun vivre, terres labourer, & demeurer en son hostel & mesnage, seurement & en bonne paix concorde & union sans aucune charge ou aultre oppression; eussions deuement esté advertiz & informez, que la plus part des maux, griefz & excez dessus dictz procedoient & commis estoient & perpetrez en nostre *baillage de Chaumont & pays de Bassigny*, & en plusieurs aultres lieux, pays, & contrées de nostre Royaume estants és extremités, metes & confins des pays de Bar & Lorraine soubs ombre & couleur, & à l'occasion de la guerre, differents, debats & questions estants, & qui ja longuement ont esté continuels, entre nostre tres cher & tres amé Cousin & Frere le Roy de Sicile & ses subjects desdicts pays & Bar & de Lorraine d'une part; & nostre tres cher & amé Cousin le Comte de Vaudemont d'aultre part; en faissant & commettant par les dessus dictz leur gens, vassaux & subjectz servants, bienveillants & alliez plusieurs delictz, excez, & exploictz de guerre à l'importable de nos dicts subjects & peuple, & mesmement des dictes partyes, & de leurs pays & subjectz.

§. 2. Et affin de faire cesser ces griefs & tant prejudiciables maux dessus dictz, & appaiser par bons moyens & convenables manieres les dictz debatz & querelles, eussions en nostre dicte *ville de Bar sur Aube* mandé venir devers nous nostre dict Cousin le Comte de Vaudemont, & semblalement de la partye de nostre dict Frere eussions faict venir & comparoir par devant nous nostre tres cher & tres amé Frere & Cousin *Charle d'Anjou Comte de Maine & de Mortaing*, Frere de nostre dict Frere le Roy de Sicile, & nos Amez & feaux Jacque de Haraulcourt & Vuary de Fleville Chevaliers; Philippe de Lenoncourt, & Jean de Proisy souffisamment fondez de pouvoir sur ce de nostre tres cher & amé nepveu *le Marquis de Pont*, fils de nostre dict Frere, *ayant en l'absence de luy administration & gouvernement des dicts pays de Bar & de Lorraine*, avec plein pouvoir & authorité de nostre dict Frere, ainsy que par les lettres sur ce faictes nous est suffisamment apparu: se fussent les dictes partyes aprés plusieurs remonstrances par nous à eux faictes, & par les gens de nostre conseil condescenduz, & eussent voulu consenti & accordé chacune par-

ne partie, en tant qu'il luy pouvoit touchier, *d'eux soubmettre de tous debats*, actions & querelles à noſtre ordonnance, jugement & à droict, *tout ce que par nous*, & noſtre dict conſeil de leurs dictz debats & querelles ſeroit *dict*, prononcé, jugé & * à droict; & de ce faire & accomplir, promirent faire & bailler telles ſeuretez, que par nous ſeroit adviſé, & ordonné, ſuppliant les dictes partyes, que de leurs differents debats & querelles voulſiſſions, pour le bien d'eux prendre la charge de la dicte ſoubmiſſion.

§. 3. Et en oultre conſiderant les dictes parties *l'affinité desja faicte, & traictée en mariage en noſtre* tres chiere & tres amée *Niepce Yolande fille aisnée de noſtre dict frere, & noſtre* tres cher & amé *Couſin & Nepveu Ferry de Lorraine*, aisné fils du dict Comte, & auſſi *la proximité de lignage, en quoy noſtre dict Couſin Comte deſſus dict atteinct à noſtre tres chere & tres amée Soeur la Royne de Sicile*, & même, *que la voye de jugement & adroict eſt aucunement dangereuſe*, & la fin ſouventes fois aprés la ſentence donnée perilleuſe, de peu de paix & dilection, & à la fois s'enſuit inconvenients & morts; prierent & ſupplierent icelles partyes, que pour mettre bon accord & paix finale ſur les dictz debats & querelles par amiables & convenables traictez icelles pacifier, & du tout faire ceſſer.

§. 4. Pourquoy nous, eu eſgard aux choſes deſſus dictes, au bien des dictes partyes, & pour pluſieurs aultres cauſes & conſiderations à ce nous mouvants, inclinants favorablement, à leurs humbles prieres & requeſte; Scavoir faiſons, que ce jourdhuy vingt & quatrieſme de Mars mil quatre cents quarante, aprés pluſieurs pourparlées & ouvertures faictes par nous, & ¶ les Seigneurs de noſtre ſang, & les gens de noſtre grand conſeil, avec les dictes partyes & chacunes d'icelles; ſur les dictz differents, debatz & querelles, & meſme ſur le tiltre, droict, & action, que noſtre dict Couſin *le Comte ſe pretend avoir en la Duchié de Lorraine, & ſemblablement ſur l'hommage, que noſtre dict frere demandre luy eſtre faict par noſtre dict Couſin le Comte de Vaudemont*, & ſelon la nature d'iceluy fief; ſur leſquels debats & queſtions, en debattant icelles, & en noſtre preſence les Seigneurs de noſtre ſang, & les gens de noſtre grand conſeil & les partyes ayent eſté par pluſieurs fois ouyes, dict & remonſtré par raiſons de faict & de droict, lettres & aultres enſeignements & articles, touchant la demande, que l'un chacune des dictes partyes demandoit & entendoit de faire; & finalement tout veu & conſideré, ce qui faiſoit à voir & conſiderer la matiere & de faict & de droict, de l'advis & Conſeil des dictz Seigneurs de noſtre ſang eſtants devers nous, & des gens de noſtre grand conſeil; de la volonté, accord & conſentement des dictes partyes & de chacune d'icelles par amiable accord traicté & appoinctement: avons appoincté ſur les dictz debatz, queſtions & querelles; appoinctons & ordonnons par la teneur de ces preſentes; & voulons & mandons à touts inviolablement eſtre gardé & obſervé par les dictes parties, & tout ſelon la forme & maniere des articles cy aprés declarez, afin de paix finale, bon amour & dilection entre les dictes partyes ores, & pour le temps advenir, leurs hoirs, ſucceſſeurs, & ayans cauſe, & ainſy, qu'il eſt dict & contenu és articles enſuivantz faictz, accordez & conſentiz par icelles partyes en noſtre preſence.

§. 5. Premierement pour faire ceſſer, & de tout appaiſer les dictz debatz, queſtions & querelles, & ſpecialement à cauſe du droict, tiltre & querelle que Meſſire *Antoine Comte de Vaudemont* dict & pretend avoir en la Duché de Lorraire, & à ce que doreſnavant luy, ſes hoirs & ayants cauſe puiſſent & doivent vivre en paix, en bonne amour & dilection, avec le Roy & Royne de Sicile, dont il eſt prouchain parent; leurs heritiers & ayants cauſe; & que toutes cauſes de querelles, de faict & de droict ceſſent & doibvent ceſſer; & meſmement, que *Monſeigneur Ferry de Lorraine* aiſné fils du dict Comte a eſpouſé Yolande fille aiſnée du dict Roy & Royne, *luy ſeront*

Digitized by Google

rons baillez, pour le bien de luy en faveur de paix & des dictz enfans, *terres & Seigneuries valants chacun an deux mil deux cents livres tournois monnoye royale;* & ſeront les dictes terres & Seigneuries baillées en dedans deux ans prochainement venants.

§. 6. Item, & *pour faire l'achapt des dictes terres & Seigneuries* juſques à la dite ſomme deux mil deux cents livres tournois, en terres, Seigneuries & Juſtices commettra & *ordonnera le Röy noſtre Souverein Seigneur des maintenant deux notables perſonnes, qu'en toute diligence feront poßible devoir*, & dedans le temps deſſus dict, & pluſtoſt, ſi faire ſe peut, tout le mieux, & plus favorablement *au bien du dict Comte*, & de ſes hoirs, & ayants cauſe, que faire ſe pourra.

§. 7. Item, & en greigneur faveur dudict bien de paix, & de ce preſent traitté, & à ce, que les partyes ſoyent plus enclines & aſtraincts d'iceluy garder & entretenir inviolablement, & à tousjours ſans enfraindre, *le Roy* noſtre ſouverain Seigneur *donnera audict Monſeigneur le Comte l'emolument & proffict de ſon Grenier de Joinville*, & toute telle part & portion, qu'il y a ſans aucune choſe en retenir, ne y reclamer la vie durant de Monſieur le Comte. Et ainſy à Monſeigneur Ferry ſon fils après ſon treſpas ſemblablement ſa vie durant, & *ſera pour veu des Officiers Grenetiers* & Controlleurs du dict grenier, à la nomination du dict Comte, & après ſon treſpas à la nomination de ſon dict fils, & le Roy les confirmera; toutesfois le grenetier du dict grenier de Joinville, qui ores eſt ou qui ſera, ſera tenu de rendre compte en la Chambre des Comptes du faict & deſpenſe du dict grenier.

§. 8. Item, & moyenant ce que dict eſt, & pour ſi grand bien de paix, le dict Monſeigneur le Comte *promettra de renoncer pour luy* & ſes hoirs *à tout le drojet*, action & querelle, *qu'il dict & pretend avoir* de faict & de droict & de couſtume *en la proprieté*, de la dicte Seigneurie *des Duché & Marchiſié de Lorraine* & ſes appartenances.

§. 9. Item, & ſemblablement renoncera & quittera mon dict Seigneur le Comte à toutes autres actions ou querelles, qu'il peut, ou dire pourroit avoir depuis la guerre encommencée entre le Roy de Sicile & luy, en quelque maniere que ce ſoit, & envers quelſconques perſonnes, quels qu'ils ſoint à cauſe ou couleur de la dicte guerre: ſoient ſubjects ou ſervantz du Roy de Sicile, amis & alliez, & en la dicte guerre, ou durant icelle, & en faveur du Roy Sicile, ou autrement ont eſté favoriſants, ſervants ou aydants; ſans ce que jamais à cauſe de ce que dict eſt, ledict Comte de Vaudemont, ** & deſquels il ſe dict avoir ſeels & promeſſes, & a intention de les pourſuivre par juſtice par devant le Roy ou aultre part, ou bon luy ſemblera.

§. 10. Item, & pareillement ſera faict de la part du Roy de Sicile ſes ſubjects, ſervants & aydans envers Monſeigneur de Vaudemont, ſes ſubjectz, ſervants & aydants, durant le temps de la dicte guerre.

§. 11. Item, toutes aultres lettres droictz & querelles, qui ne touchent point ne deſpendent de faict des dictes guerres, ſont reſervées pour les pourſuir par voye de Juſtice, & non aultrement, & par devant les juges, & és lieux ordinaires & accouſtumez és Seigneuries de chacune partie.

§. 12. Item, baillera mon dict Seigneur le Comte ſes lettres à Ferry Monſeigneur ſon fils aiſné, en la maniere qui s'enſuit: *Nos Antoine* de Lorraine &c. Comte de Vaudemont Seigneur de Ruminy, de Boue, de Fainville, & Seneſchal de Champagne, faiſons ſçavoir & coinnoiſtre à touts, que pour certaines cauſes à ce nous mouvants, nous avons donné, & donnons par ces preſentes congé, licence, pouvoir, & authorité à noſtre tres chier & tres amé fils Ferry de Lorraine, de relever, & de reprendre de Monſeigneur le Roy de Sicile, Duc de Bar. &c. ou en ſon abſence de noſtre

Digitized by Google

tres chier Seigneur *Cousin & filleul* le Marquis de Pont, les fiefz de la Comté de Vaudemont, & terre de *Monstier sur saulx*, & les appartenences, en la forme & maniere, que nostre feu tres redoubté Seigneur & Pere, & nous l'avons faict; & de ce baille ses lettres, si mestier est, en la forme de celles de nostre dict Seigneur & Pere pour d'icelle Comté & terres jouir & posseder, par nostre dit fils Ferry aprés nostre trespas. Donné &c. Et se fera cette reprise dedans la Sainct Jean prochainement venant.

§. 13. Item, le Roy de Sicile quittera & fera tenir quitte de touts ceux, qu'il appartiendra mon dict Seigneur le Comte de Vaudemont, de tout ce qu'il doibt, ou pourra debvoir d'icy à deux ans prochains à venir à cause de la *Halle de Verzelise*.

§. 14. Item, sera & *demeurera le Roy de Sicile quitte* par ce present traitté envers le Comte de Vaudemont *de la reste de dixhuict mil florins*, montant à seize cents cinquante florins, *& des arrerages de la rente assignée pour le Mariage de Madame Yoland*, & sera tenu ledict Comte de faire rendre les lettres obligatoires des dictz dix huict mil florins, que Messire Thiebault Seigneur de Neufchastel a en garde.

§. 15. Item, *seront quittes touts prisonniers*, que tient le dict Comte tant à cause de la guerre du Roy de Sicile, comme de Messire Jean de Hassoinville, Vuauterin de Theuliers & autres hommes, subjects, alliez & servants d'iceux, tant gentilshommes comme compagnons de guerre avec toutes rançons, compositions & *appatis* non payez, affin d'oster & faire cesser ores & pour le temps avenir toutes causes, matieres & querelles de division, & pareillement sera faict de la part du Roy de Sicile.

§. 16. Item, & *à cause de la delivranee & quittance des dicts prisonniers* mon dict Seigneur *le Comte aura & emportera la somme de cinq mil florins*, & avec iceluy seront rendues les lettres, qu'a de luy * *Vuauterinvisse* montant à mil florins, & sera la dicte somme de cinq mil florins payée audict Monseigneur le Comte dans un mois apres Pasques commencants prochainement venant.

§. 17. Item l'Abbé de *Goise* quittera les prisonniers, qu'il tient du dict Comte moyennant qu'ils jureront & promettront, qu'à cause de leur prise jamais mal ne dommage n'en vendra. Et en ce faisant le dict Abbé sera compris en ce present traicté de paix.

§. 18. Item pour mieux asseurer ce dict traicté final nommement & expressement y seront compris Messire Jean de Hassonville *Vauterin* de Theuliers leurs aydans & servants Jean de Ligneville ceux de la Cité de *Verdun*, l'Eveque, Chapitre & ceux de la Cité de *Thoul*.

§. 19. Item, & en metttant à execution le present traitté de paix final toutes choses advenues à l'occasion de la guerre soubs l'ombre & couleur d'icelle, seront remises, perdonnées, oubliées & abolyes d'une part & d'aultre; & tout ainsy, que si elles ne fussent point advenues, pourront parsiblement & seurement touts ceux, qui ont servi en la guerre, en quelque maniere, que ce soit aller, venir, sejourner & demeurer, jouir, user & posseder de leurs terres, possessions & Seigneuries, tout ainsy, qu'ils faisoient avant le commencement de la guerre.

§. 20. Item, & pareillement les subjects & habitans des pays de Bar & Lorraine, & aussy de la Comté de Vaudemont, & des Seigneuryes & terres de mon dict Seigneur le Comte converseront & communiqueront doresnavant ensemble en bon amour & dilection, comme voysins & amis doivent faire l'un avec l'aultre faisant leurs besongnes & labours, tout ainsy, & le plus amiablement, qu'ils faisoient avant la dicte guerre, & retournera & jouira un chacun de ses terres & possessions.

§. 22. Item, pour mieux faire & reserver à un chacun le droict & action

Digitized by Google

action, qui de droict legitimement luy peut advenir; est à entendre, que non obstant la dicte renonciation à la Duché de Lorraine qui ainsy soit faicte par le dict Comte, que s' il advenoit, que Dieu ne veille, *que la Royne de Sicile* & ses hoirs masles & femelles *allassent de vie à trespassement sans hoirs* issants & descendans de leurs corps, en ce cas mon dict Seigneur *le Comte*, comme legitime & habile à succeder par voye de Justice, & aultrement deuement *vendra à tel droict*, qu'il y debvra & pourra avoir.

§. 22. Item, aussy se ainsy estoit, que pour les empechemens, qui pourroient advenir, ou aultres causes raisonables - - - - - - - - - valeur de deux mil deux cents livres tournois de la condition dessus dicte ne peut estre assise - - - - - - tenu, & present traitté enfraint ains se continuera & tendra tousjours en sa vertu & - - - - - - le Roy en ce cas sera tenu de faire payer la dicte rente de deux mil deux cents livres tournois, ou ce - - - - - toutes fois il est à entendre, que la dicte rente n' excedera point plus hault, que cinq ces livres tournois, ou ce qui en restera, sera tenu le dict Comte de faire la renonciation dessus dicte, jusques à ce que la dite assiette de deux mil deux cens livres tournois luy soit du tout parfaite accomplye.

§. 23. Item, de - - - - - - - & par effect realement accomplir ce present traicté de paix final, les poincts & articles dessus dicts chacun d' iceux leurs circonstances & dependances inviolablement à tousjours sans enfraindre, promettront & jureront les dictes parties, c' est à sçavoir Monseigneur Charles d' Anjou frere du dict Roy de Sicile, Monseigneur le Marquis du Pont, ou ses commis & deputez ayants sur ce suffisant pouvoir pour la partye du dict Roy Se Sicile, ses Vassaux & subjectz & habitans de ses dictz pays de Bar & de Lorraine, ses servants, aydants, bienveillants, amis & alliez & compris en ce dict traicté, à Monseigneur le Comte de Vaudemont & Monseigneur Ferry son aisné fils en leurs personnes sur leur foy & honneur en la main du Roy nostre dit Seigneur, & eux submettans à estre deshonorez, & *sur la peine de cent mil escus d' or* à payer, par l' ordonnance de nostre dit Seigneur par les transgresseurs de ce dit traitté.

§. 24. Et s' aucuns debats ou discordz survenoient pour le temps advenir entre les dictes partyes, à l'occasion des choses dessus dictes ou d' aucunes d' icelles, ce dict traitté ne sera pour ce enfraict, ains demeurera en sa vertu, & se tireront devers le Roy nostre dict Seigneur en luy soubsmettant sur la peine dessus dicte en son ordonnance & jugement, cessant toutes fois toutes voyes de faict & de guerre.

§. 25. Item, & pour plus grande seureté des choses dessus dictes faire & accomplir inviolablement sans enfraindre, garder & observer, bailleront leur seellez soubs leurs seaux de leurs *armes authentiques*; & ainsy que par le Roy nostre dit Seigneur sera advisé & ordonné, & iceux feront approuver par le Roy & Royne de Sicile & Monseigneur le *Duc de Calabre* leur fils aisné, au plutost, que bonnement faire se pourra. En tesmoing de ce nous avons faict mettre nostre seel à ces presentes. Donné à Reims, le vingt & septiesme jour de Mars l' an de grace, mil quatre cens quarante, avant Pasques, & de nostre Regne le dix neufviesme. Et sur le reply est escript: Par le Roy en son grand Conseil, ouquel Monseigneur Charle d' Anjou, le Comte de Richemont Conneslable, l' Evesque de Maguelonne, le Comte de Tancarville l' Amiral, le Sieur de la Varanne, & aultres plusieurs estoient. Signé, Chaligan; & seellé du seel du dict Roy Charle pendant en queue de parchemin.

CLXVIII. *Fœdus initum inter Regem Galliæ & Duces Saxoniæ, Nanceji, 23. Febr.* 1444.

Carolus

Carolus Dei gratia Francorum Rex, universis & singulis præsentium seriem inspecturis salutem. Ut verus & perfectus amor, & ingentis benevolentiæ nexus, qui semper inter Christianissimos Francorum Reges, progenitores nostros, & illustres Principes Romani Imperii Electores, laudabiliter viguerunt, ad nos non quidem minori dilectionis fervore, sed quantum fieri poterit majori, ut decet, propagetur & extendatur; *cum illustribus Principibus Friderico Romani Imperii Archimareschallo & Electore, nec non Williermo, Germani Ducibus Saxoniæ, Landgraviis Turingiæ, Marchionibus Myssniæ ac Burgraviis Aldeburgensibus*, Magdeburgensibus) consanguineis nostris carissimis, novum fœdus, ut fixa conficiatur amicitiâ, inivimus in vim, formam & effectum, qui sequitur.

§. 2. In primis, quod nos statum, honorem, decus & commodum prædictorum Ducum Friderici & Williermi *ad vitam ipsorum* toto posse procurare, tractare, & in hâc parte ad conservationem eorundem pro viribus concurrere, ac damnum, jacturam, molestiam, & status diminutionem evitare tenebimur, quantum cum honore facere poterimus. Item quod ad defensionem & offensionem, si Domini præfati Duces vexarentur, & nos requisiti fuerimus, concurrere; *amicos quoque ipsorum pro amicis, & inimicos pro inimicis habere tenebimur*: ita tamen quod nos *nullum, qui dictorum Ducum subditus aut Vasallus fuerit*, pro amico dicere, nominare, vel reputare *poterimus*; nec amicitiæ velamine, ubi contra talem suum subditum siue Vasallum ipsorum Ducum guerram movere placuerit, aliquid in contrarium dicemus, proponemus, vel allegabimus; sed, si opus fuerit, & per ipsos Duces nos requiri contigerit, auxilium, succursum, aut favorem pro viribus elargiri tenebimur: quantum, hæc, ut præferuntur, per nos cum rsquisiti fuerimus, cum honore fieri poterunt. Item ubi per antedictos Duces *contra communem nostrum & ipsius subditum sive vasallum*, guerram moveri contigerit, nos contra talem Vasallum & communem subditum favorem dare non tenebimur, sed licitè valebimus in hoc casu à succursu & auxilio abstinere. Item, *subditos seu vasallos dictorum Ducum, qui nobis minimè subjiciuntur, pro amicis reputabimus*, ita quod contra tales nobis guerram facere non licebit, aut molestiam inferre.

§. 3. Item, dominia, ditiones, terras, castra, oppida, *villagia*, civitates, & loca dictorum Ducum præsentia & futura, cum armatorum copia, seu armorum gentibus non ingrediemur, neque gentes nostræ armatæ ingredientur, nisi ad succursum vocati per ipsos Duces, aut eorum licentia concederetur. Item non obstante hujusmodi confœderatione liberum erit omnium rerum & victualium, præterquam armorum, commercium, *etiam inter hostes* & diffidatos, nec per hujusmodi commercium inter hostes nostros, & dictos Duces hæc confœderatio in aliquo violata censebitur: ita quod subditi & vasalli nostri, aut dictorum Ducum, per terras & aquam mercari, & merces hinc inde ferre, emere, vendere, & permutare, inter hostes & loca hostium, ut prætertur, poterint pro libito voluntatis. Item, præfati Duces succursum à nobis petentes, illum habere debebunt, & à nobis consequi, suis quidem sumptibus & expensis, ad rationem pro quolibet armorum homine, & *archeriis* consuetis, juxta ritum Franciæ, & morem hactenus in guerris observatum: *videlicet pro quolibet armorum homine, ad rationem quindecim francorum, & pro quolibet archerio & rationem septem francorum cum dimidio per mensem, & quilibet - - - - - unī archerio equiparetur.*

§. 4. Item, nos expresse personas *Summi Pontificis, & Illustrissimorum Hispaniæ, Siciliæ & Scotiæ Regum* præsentium & futurorum, ac Illustrem Principem filium nostrum carissimum *Sigismundum Austriæ Ducem*, eorumque & cujuslibet ipsorum dominia *excipimus*, ita quod nulli præscriptorum, ac terris,

Digitized by Google

terris, locis, castris, & dominiis suis per dictos Duces guerra moveri debebit aut molestia inferri, sed ut amici utriusq; partis esse censebuntur, horum prædictorum exceptorum numero dilectum Consiliarium & Cambellanum nostrum, *Joannem Dominum de Fenestrangis Militem*, ejus terras & dominia subjungentes, ita quod dictis Ducibus eidem Cambellano nostro, suisque dominiis guerram inferre minimè liceat, sed ut amicus & confœderatus hinc inde censeatur. Item, quoniam optima est & *quasi spes pacis indubitata inter nos & Illustrissimum Angliæ Regem, communi nostro & dictorum Ducum consensu idem Rex Angliæ pro excepto habebitur;* ita quod nec nobis ipsorum Ducum auxilium & favorem, neq; ipsis Ducibus nostrorum auxilium & favorem contra Angliæ Regem imperrare licebit; nobis quoq; non licebit eidem Angliæ Regi contra ipsos Duces, nec ipsis Ducibus contra nos præfato Angliæ Regi succursum aut favorem quovismodo elargiri.

§. 5. Præmissa omnia & singula nos bona fide, & in verbo Regio loco præstiti juramenti, præsentium tenore præfatis Ducibus pollicemur firmiter observare, quantum cum honore possumus, dolo & fraude prorsus exclusis. In cujus rei testimonium præsentes litteras exinde fieri, & sigillo nostro jussimus communiri. Datum Nancei in Lotharingia, die vigesimâ tertiâ mensis Februarii, Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, Regni nostri vigesimo tertio. Per Regem in suo Consilio. Chaligant.

CXLIX. *Advisata & deliberata in Dieta Aschaffenburgensi, in die sanctæ Margarethæ Virginis, quæ fuit decimo tertio Julii, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo.*

PLacuit omnibus nemine discrepante obedientiam felicis recordationis Domino *Eugenio* præstitam in personam Sanctiss. nostri moderni Domini *Nicolai Papæ V.* continuari & Sanctitati suæ tanquam indubitato Romanorum Pontifici obedire. Publicabitur hoc in singulis locis quantociùs cum gratiarum actione, Missis & processionibus, prout in talibus fieri est consuetum.

§. 2. Item pro declaratione jam facta, & obedientia dicti Domini nostri moderni manutenenda, ad obviandum similiter adversitatibus & involutionibus, si quæ contra declaratos, & qui cum ipsis in posterum concurrerint, aut aliquos ex eis fortassis evenerint, pluribusque aliis in natione nostrâ tàm in spiritualibus, quam in temporalibus necessariò disponendis; Serenissimus Dominus noster Romanorum Rex indicat dietam ad Nurembergam, providebit, ut ibi sit Papalis auctoritas, convocabitque tam Ecclesiasticos, quam seculares Principes & alios solitos convocari pro hujusmodi, ut præfertur, prout melius fieri poterit, componendis, & tantò omnium * conditio convenientius & utilius, quanto ad citius fieri poterit.

§. 3. Item, dabit Sanctiss. Dominus noster modernus litteras sanctitatis suæ in ea forma, qua prædecessor suus pro commodo & quiete nationis nostræ concessit, ratum & gratum habendo in plena forma.

§. 4. Item providebitur contra illos qui possessores beneficiorum contra *concordata cum Sanctiss. D. N.* molestaverint, cum pœnarum adjectione per Serenissimum Dominum nostrum Regem, & Serenitati suæ adhærentes, prout factum fuit in observatione * protestatis.

§. 5. Item concludetur ibi provisio sanctiss. D. N. & sedi Apostolicæ facienda, si tempore medio cum Legato non fuerit concordatum.

Digitized by Google

§. 6. Item, dabit ſanctiſſimus Dominus noſter facultatem Diœceſanis, dummodo & rationabiliter viſum fuerit, tollendi cenſuras propter præſentiam vel communionem adverſariorum principaliter non culpabilium, quomodolibet inflictas; ne propter communionem, vel præſentiam, quæ caſualiter ſæpe eveniunt, & prohiberi difficulter poſſunt, cultus divinus diminuatur, & ſcandala in populo naſcantur. Henricus Lupi Cancellarius Revendiſſimi Domini Mōguntinenſis, &c.

CL. Nicolaus Papa V. Amedeum *omni Dominio Sabaudiæ privatum, atque illud ad Regem Franciæ devolutum declarat. Deinde Fideles adhortatur, ut ſumant arma in Amedeum ejusque ſequaces. d.* 12. *Decembr.* 1447.

NIcolaus ſervus ſervorum Dei, ad futuram rei memoriam. Quam ſit plena periculis & horrenda ſchiſmaticorum immanitas, qui vineam Domini Sabaoth, & inconſutilem Chriſti veſtem dividere ſatagunt & turbare nituntur, animarum illorum perditio docet, qui non veri baptiſmatis fonte renati, aliaque ſuſcipientes nulliter ſacramenta, viam univerſæ carnis ingreſſi in tetrum barathrum dilabuntur. Contra quos licet per fœlicis recordationis *Eugenium Papam IV.* Prædeceſſorem noſtrum, ſacrasque & œcumenicas Ferrarienſem, Florentinam, & Lateranenſem Synodos plurimi proceſſus tam generales quam ſpeciales habiti fuerint, diverſas pœnas & ſententias continentes, quas in ſuo robore volumus permanere, & habere præſentibus pro expreſſis: Ex paſtoralis tamen ſollicitudinis cura, quam habere erga gregem dominicum perurgemur, ad iniquitatis alumnum *Amedeum olim Sabaudiæ Ducem*, ejusque fautores, adhærentes, complices & ſequaces, (ne ipſorum invaleſcente malitia furor hujus tempeſtatis invaleat, & ad ſimilia animos aliorum inducat, præſertim in Regno Franciæ, cui vicina Sabaudia eſt & proxima, & à quo illius Regum operâ infinita bona Catholicæ fidei, omnique Chriſtiano populo, continuatis temporibus provenerunt) oculos congrua animadverſione convertimus, ut hujusmodi pravorum nequitiis, quantum cum Deo poſſumus, opportunis remediis occurramus.

§. 2. Conſideratione igitur præmiſſorum, diligenti cum Fratribus noſtris deliberatione præhabita, ad ipſorum Amedei fautorum, adhærentium, complicum, & ſequacium proterviam extirpandam, cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum Francorum Regem illuſtrem (quem poſt progenitores ſuos Franciæ Reges, qui, ut exacti temporis antiquitas fidelis inſinuat, Romanam Eccleſiam multipliciter extulerunt, propugnatorem præcipuum & paratum ſemper * invenit) auctoritate Apoſtolicâ præſentium tenore vocamus, *eique Ducatum Sabaudiæ, omnemque ipſius Amedei notorii ſchiſmatici, hæretici, excommunicati & anathematizati* terram; ac ejus fautorum, adhærentium, complicum & ſequacium, bona diverſimodè hactenus *confiſcata donamus* firma ſpe fiduciaque tenentes, quod populi Ducatus & terræ hujusmodi ad ovile Domini ipſius, Regis potentia reducentur; & per ſe vel dilectum filium *Ludovicum Delphinum Viennenſem* primogenitum ſuum, *aſſumto Crucis ſignaculo* contra præfatos Amedeum & ſequaces viriliter ſe accinget, & triumphum obtentum de hujusmodi nefandis hoſtibus reportabit.

§. 3. Et ut tam ſalubre negotium in manu forti & robuſta procedat, omnes Chriſti fideles ad hoc fidei exercitium ſalutare non ſolum piis exhortationibus, ſed etiam ſuperabundantibus gratiis invocamus. Et ut univerſi & ſinguli eò libentius & animoſius ad id currant, quo ſpiritualia dona, quæ temporalibus præferuntur, perceperint potiora: Nos de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus

Digitized by Google

ejus auctoritate confisi, *omnibus qui cum Rege aut Delphino præfato contra Amedeum & sequaces eosdem in propriis personis, propriisque expensis processerint, plenam suorum peccatorum veniam indulgemus*, & in retributionem justorum vitæ æternæ pollicemur *augmentum*.. Eis autem qui non in propriis personis hoc fecerint, sed eorum expensis alios juxta facultates & qualitates suas viros idoneos destinaverint, ac iis qui alienis expensis, sed in propriis personis accesserint, plenam suorum concedimus *veniam* peccatorum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, pridiè Idus Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

CLI. Caroli Galliæ Regis *Epistola ad* Sigismundum Ducem Austriæ *de matrimonio Sigismundi nomine cum filia Regis Scotorum per sponsalia de præsenti constituto.*

CArolus &c. Illustri Principi Sigismundo Duci Austriæ carissimo filio, ac dilectissimo Consanguineo nostro salutem, zelique filialis dilectionem. Illustris Princeps, filique carissime, directos jamdiu ad nostram præsentiam caros ac nobis dilectos *Ludovicum Beuse Militem, Præceptorem Comitatus de Tyreul, & * Haveze Pachel Consiliarios ac Ambaxiatores vestros* advenisse benignè, literasque per ipsos vestri ex parte nobis præsentatas, læto animo susceptimus, eosque ad plenum super credentia earumdem tractatum matrimonii inter vos, carissime Fili, ac illustrem sororem consanguineamque nostram *Alienor filiam serenissimorum quondam Regis, nec non sororem Regis præsentis Scotorum;* nostrorum carissimorum fratrum, tangente, placidis auribus audivimus. Quâ in re postquam plures præsenti in materia dilationes, * tam quia consensus dicti carissimi fratris nostri Scotorum Regis erat necessarius, ad cujus præsentiam quosdam nobis fidos destinavimus, qui (prout nobis nuntiaverunt) rem gratam acceptamque habuit: tum etiam id carissimis consanguineis nostris ¶ Britanniæ & Sabaudiæ Ducibus, quibus sorores ejusdem carissimæ nostræ Alienor junctæ sunt, notificavimus, quod laudaverunt: & huic operi ob ferventem animum, quem ad vestram personam gerimus, ejus successus tanquam pro filio proprio prosperè optantes, tantum adhiberi diligentiam fecimus; quod sponsalia per verba de futuro inter vos & præfatam quam charissimam Consanguineam nostram, sub certis conditionibus & modificationibus contracta fuêre. Verum quia intra quatuor mensium spatium vestram ratihabitionem, secundum ea quæ agitata sunt, ad consummationem hujus matrimonii mittere tenemini; vestris Ambaxiatoribus utilius visum fuit impræsentiarum præfatum Haveze Pachel vestram ad personam fore transmittendum, per quem latiùs super omnibus poteritis informari, quam multo longior scriptura contineret. Datum in Monte-aureo propè Laverdini.

CLII. *Renuntiatio* Felicis V. *qua deponit Papatum, in Concilio Generali Lausanna, 7. Id. April.* 1449.

FElix Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Quas ob causas evocati & emoti curam Apostolici Regiminis suscepimus, toti sæpe numerò manifestavimus orbi. Quamquam enim imparitatem nostrarum virium ad sustinendam hujusmodi oneris gravitatem sentiremus; nihilominus ubi universalis Ecclesiæ Basileæ in Spiritu Sancto legitimè congregatæ, pias exhortationes simul ac sanctas supplicationes accepimus, quibus ad succurrendum authoritati Ecclesiæ suppressæ nimium instanter commovebamur; concaluit introrsum cor nostrum

Digitized by Google

pietate, quæ ad omnia valet, & charitate, quæ omnia sustinet, animum formidolosum confirmantibus; atque confidentes in illo, qui omnia potest, & de cujus agebatur negotio, tranquillam solitudinem reliquimus, laboriosum & immensum aggredientes opus. Namque nihil immortali Deo placentius offerre posse existimamus, quam conatus nostros in obsequium Ecclesiæ, grandibus insultibus & oppugnationibus conturbatæ. Quid nempè condignum reddi potest ab homine illi nostræ inclytæ Matri, cujus in gremio Fidelis quisq; salutem consequitur, propter quam Unigenitus Dei Filius Deus & Dominus noster Jesus Christus de sinu Patris ad terras descendere, & sanguinem proprium effundere dignatus est.

§. 2. Cumque ipsam videremus tantis perplexam anxietatibus, ut nullus mortalium ab exhibitione possibilis auxilii debeat excusari; profectò cogente veritate, devotione suadente, spe denique in finem optimum ducendarum rerum freti, personarum, operas, facultatesque nostras ex integro devovimus ei. Aderat namque tempus, quo ab omnibus vehemens restingui debebat incendium, & tanto velociore fortioríque præsidio opus erat, quantò sacrorum generalium Conciliorum authoritas fortius agitata, non modo fluctuaret, sed quasi concultata prostrataque jaceret. Non enim evellatur à memoria nostra *sacri Constantiensis Concilii nulla unquam oblivione delenda diffinitio, quod videlicet sancta Synodus in Spiritu sancto legitimè congregata, generale Concilium faciens, Ecclesiam Catholicam militantem repræsentans, potestatem immediatè à Christo habet, cui quilibet cujuscumque status vel dignitatis, etiamsi Principalis existat, obedire tenetur in iis, quæ pertinent ad Fidem, extirpationem Schismatis, & ad generalem reformationem Ecclesiæ Dei in Capite & in membris ac pertinentibus ad eadem:* Satis etiam recenter editum Decretum sacri Concilii Basilienſis audiebamus, hanc veritatem resumendo confirmans; circumspiciebamusq; eandem ab Ecclesia Catholica susceptam & practicatam esse.

§. 3. Proinde satagentes gravissimis & abhorrendis periculis possetenus obviare, ac ostendere cunctis Fidelibus rectitudinem Deo inspirante voluntatis; quod non caducorum fictiliumque bonorum, sed communis salutis causâ sedem Apostolicam teneremus, non præesse, sed prodesse cupientes, in sancta Synodo Basilienſi personaliter comparere voluimus, subireque communes pro salute publica labores. Cumque nobis in temporis processu luculenter exploratum foret, dissentionis & differentiæ materiam in Ecclesia sancta Dei magis ac magis obscurari; dubitantes ne à quovis homine de scandalo possemus notari oblationes multas & pergrandes Regibus, & Principalibus orbis destinare curavimus, ex quibus quidem animadvertere potuerunt, Nos propria non quærere, sed quæ Jesu Christi, publicamque pacem. Nec * veriti à formis modisque priscis à Patribus dum Schismata vigerent, pro unitatis & pacis obtentu traditis & practicatis, diutius liberali apertoque animo semper acquiremus (acquiescceremus) omnibus & singulis, quæ ad securitatem, reintegrationemq; Ecclesiæ judicata fuerint quomodolibet opportuna; atque longè ferventiore studio invigilavimus per nostrarum cessionis & renuntiationis medium dissectos, distantesq; animos Christi fidelium reunire, quam in Sede Petri, manente scissura, diutius morari. Non ignoramus enim Schismatis incommoda mortifera, scimus è contra Christianam religionem à pacis Authore fundatam, sine pacis vinculo damnosæ confusioni servire; Cumque pax, omnium rerum tranquillitas sit, & eâ nihil gratius soleat audiri; nihil desiderabilius concupiri; nihil postremò melius inveniri; debito filiali astringebamur pietatis ipsi nostræ Matri luctuosæ venustatem, jocunditatem, integritatem, unionem & pacem extremâ possibilitate procurare. *

Quan-

Digitized by Google

Quantumcunque pro hujusmodi excelsi, & desideratissimi boni consecutione perseveranter ac indefesse laboravimus apud ipsos Reges & Principes, cæterosq; Fideles, ex nostris accuratissimis diligentiis, multipliciumq; literarum tenoribus totus prænognovit Orbis.

§. 4. Nunc igitur ut semper constituti sub ineffabili incomprehensibilique providentia Dei omnia dirigentis & disponentis, melius post acerrimos continuosq; labores, quos solius veritatis manifestandæ, authoritatisq; sacrorum Conciliorum generalium confirmandæ gratiâ voluimus amplecti, post maximè carissimorum in Christo Filiorum *Francorum, Angliæ & Siciliæ Regum, nec non Delphini Viennensis Primogeniti, Francorum Regis* Illustrium supplices frequentesq; instantias, quorum saluberrimis suasionibus intentas semper accommodamus aures; Nostros omnes cogitatus per Orbem, dispersos in arcem unicæ considerationis reducimus. Desiderantes namq; toto corde in hoc dierum nostrorum residuo beatam pacem in Ecclesia Dei disseminari, quæ veluti à nostris egressa manibus in corda omnium fidelium dilabatur, sinceritatem nostræ intentionis per eum testatura; exemplo Domini nostri Jesu Christi, qui sic dilexit Ecclesiam, ut pro ea non modo formam servi acciperet, sed traderet semetipsum: Sancta *in hâc Synodo Lausanensi in Spiritu sancto legitimè congregata, universalem Ecclesiam repræsentante*, purè, liberè, simpliciter & sincerè, realiter, & cum effectu, in Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, *Papatui*, ejus oneri, dignitati, titulo & possessioni cedimus & *renunciamus per præsentes;* sperantes quod in futurum præfati cæterique Reges & Principes, Prælati & alii Catholici, quibus hujusmodi nostram Renuntiationem acceptissimam fore judicamus, authoritati sacrorum generalium Conciliorum assistent, eamq; tuebuntur & defendent; Quodque universalis Ecclesia, pro cujus dignitate, supereminentia & authoritate totis viribus pugnavimus; nos apud clementiam primi & æterni Pastoris nostræ hujus pacificæ humilitatis contemplatu suis devotis jugibusq; orationibus commendabit. Datum Lausannæ VII. Idus Aprilis, anno à nativitate Domini M CCCC XLIX, Pontificatus nostri anno IX. Signè au bas. Martinus. Et sur le reply, P. Hemon.

CLIII. *Donatio* Renati Regis Siciliæ, *qua* Friderico Lotharingo *donat pedagium quoddam & alia in Provincia Comitatu, in castro Andegavensi.* 1. *Januar.* 1452.

Renatus Dei gratia Rex Jerusalem & Siciliæ, Andegaviæ & Barri Dux, Comitatuum Provinciæ & Forcalquerii Comes; universis & singulis præsentes literas inspecturis tam præsentibus quam futuris; etsi ad beneficia placida nostrorum fidelium servitorum liberalitatis promptitudo nos attrahit, in liberis tamen & aliis nostris committendis, conferendis compendiis, nos ratio naturalis perstrictius astringit. Sanè attendentes, conjunctionem grataq; & accepta servitia Illustris & excelsi filii nostri *Friderici de Lotharingia* præstita & impensa, quæve præstat indefesse, eidem Friderico genero nostro *pedagium dictum de Gontard* cum juribus, emolumentis & pertinentiis suis quibuscumq; situm in Patria nostra Provinciæ in Vicaria Aquensi, quod ad nos & Curiam nostram pertinet & spectat, tenore præsentium de certa nostra scientia, & nostri proprii motus instinctu ac liberalitate mera donamus & concedimus, *donatione* pura, mera, simplici & *irrevocabili habita inter vivos;* investientes eundem *filium & generum* nostrum Fredericum de Lotharingia de dicto pedagio, & juribus ac commoditatibus & pertinentiis suis per traditionem præsentium, ut est moris: Quam Investituram, vim, robur & efficatiam veræ realis & actualis possessionis dicti pedagii ac jurium & pertinentiarum ejusdem volumus obtinere per

Digitized by Google

præsentes. Quocirca Seneſcallo noſtro Provinciæ, necnon Gentibus Conſilii noſtri damus ipſarum tenore præſentium in mandatis, quatenus viſis præſentibus litteris de dicta donatione pedagii præfatum filium & generum noſtrum Fridericum, ſeu ejus legitimum Procuratorem *in poſſeſſionem realem*, corporalem & actualem, ſeu quaſi, dicti pedagii ac jurium & pertinentiarum ejusdem ponant, immittant, & inducant, ſeu poni & induci & immitti faciant, & de juribus, commoditatibus, redditibus, & emolumentis ejusdem ſolitis, debitis & conſuetis faciant integraliter reſponderi; contradictores ad id debitè & rigidè compellendo. In cujus rei teſtimonium, præſentes litteras exinde fieri fecimus noſtræ propriæ manus ſubſcriptione, ſigilloque Majeſtatis noſtræ impendenti communitas. Datum in caſtro noſtro Andegavenſi, per manus noſtri Regis Renati, die 1. Menſis Januarii, anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, per Regem, Domino Seneſcallo Andegaviæ, Dominis Love de Prignono, & de Claro Monte præſentibus Joannes.

CLIV. *Don du Duché de Lorraine à* Jean Duc de Calabre *par ſon Pere* René Roy de Hieruſalem & de Sicile. *A Angers le vingt ſixieſme jour de Mars*, 1452.

REné par la grace de Dieu Roy de Hieruſalem & de Sicile, Duc d'Anjou, de Calabre & de Bar, & de Lorraine, Comte de Provence, de Forcalquier, & de Piedmont. A tous ceux, qui ces preſentes lettres verront & orront, ſalut. Comme ja pieça feue de louable memoire noſtre tres amée *Soeur & Compagne Iſabel*, que Dieu abſolue, Ducheſſe & Dame heritiere, en ſon vivant, des Duché, Marchiſié, pays & Seigneurie de Lorraine, à cauſe de feu, de noble memoire, noſtre tres chier Seigneur Charle jadis Duc de Lorraine & Marchis ſon Pere, dont Dieu aye l'ame, & nous, ayions eſté enſemble & par long temps conjoinctz par mariage, durant lequel pour pluſieurs conſidérations à ce nous mouvants, & de nos pures volontez *nous entreſoyons faict donation mutuelle au ſurvivant de nous*, & entre aultres choſes nous euſt noſtre dicte Compagne par cette donation faict don des dictes Duchié, *Princerie*, Marchiſié, pays & Seigneuryes de Lorraine; & puis naguere par la volonté, & ordonnance de noſtre Seigneur Jeſus Chriſt ayt icelle noſtre dicte Compagne finy ſes jours, & ſoit allée de vie à treſpaſſement, & delaiſſé entre aultres noſtre tres chier & tres amé premier, & ſon fils d'elle & de nous, *Jean Duc de Calabre*.

§. 2. Et - - - - au moyen de la dicte donation les dictz Duchié, Princerie, Marchiſié, pays & Seigneurye de Lorraine avec toutes les appartenances nous doivent competer & appartenir, & nous ſoit loyſible d'en faire & diſpoſer - - - - - & volonté; ſçavoir faiſons, que nous conſiderants les bonnes moeurs & grandes vertuz, que par experience, & en maintes manieres ſçavons & connoiſſons eſtre en la perſonne de noſtre dict fils le Duc de Calabre, enſemble les grands ſervices & bonnes & vrayes obeyſſances, qu'il nous à tousjours au temps paſſé faictes & rendues, & faict chaque jour de bien en mieux comme enfant trés naturel, deſirants par ce bien de ſes vertus, honneur & eſtat; & affin, que puiſſions mieux connoiſtre & veoir le bon gouvernement, que au playſir de noſtre Seigneur entendons & eſperons, qu'il ayt aprés noſtre decez, & en & ſur nos Royaumes, Duchiés, Comtez, pays & Seigneuryes, & nos ſubjectz d'iceux.

§. 3. Pour ces cauſes & autres à ce nous mouvants & par eſpecial, pour ce que de droict de ſucceſſion maternelle, icelle Duchié, Princerie, Marchiſié, pays & Seigneurie de *Lorraine deuuroient naturellement competer & appartenir*

Digitized by Google

appartenir à noſtre dict fils aprés le trespaſſement de noſtre dicte compagne ſa Mere *ſelon la couſtume* obſervée de toute ancienneté audict pays *de Lorraine, ſe ne fuſt la dicte donation mutuelle faicte* entre nous & elle comme dict eſt, à icelúy noſtre fils Jean de Calabre preſent, avons donné, cedé, transporté & delaiſſé realement, & de faict per ces preſentes, donnons, cedons, transportons & delaiſſons pour luy & ſes hoirs à tousjoursmais, hereditairement, les deſſus dictes Duché, Princerie, Marchiſié, pays & Seigneurie de Lorraine avec toutes & chacunes leurs appartenances & dependances, tant en ſouveraineté & de *haults hommaiges*, domaines, gardes temporelles & d'Egliſe, & en touts aultres droictz, Seigneuryes & revenues quelconques. Et nous en ſommes du tout deſnuez & deſaiſis, & en avons enveſtu, ſaiſi, & mis en poſſeſſion noſtre dict fils, & ſes dictz hoirs à tousjours, enſemble de tout le droict, raiſon & action, que nous y avions & pouvions avoir, tant par le moyen de la dicte donation, comme aultrement, en maniere, que ce ſoit, ſans rien y retenir ne reſerver pour nous, nos Succeſſeurs ou ayants cauſe ſoit d'aucun droict commun ou eſpecial; pour jouir & faire doresnavant par noſtre dict fils, ſes hoirs & ayants cauſe du dict Duchié, Princerie, Marchiſié, pays & Seigneuries de Lorraine, & de toutes ſes appartenances en chief, & en nombre & de touts les droictz, haulteurs & ſouverainitez & nobles prerogatives, profictz & emolumens d'iceux, a leurs plaiſirs & volontez, comme de leur propre heritage à tousjoursmais; & avons voulu & conſenty, voulons & conſentons par ces dictes preſentes, que doresnavant noſtre dict fils, ſes hoirs & ayants cauſe puiſſent prendre & apprehender la ſaiſine & poſſeſſion des dictz Duché, Princerye & Marchiſié, pays & Seigneuryes, toutes fois, que bon leur plaira, & que bon leur ſemblera, commettre & ordonner gens ou gouvernement d'iceux donner & conferer les benefices & offices, desquels la preſentation & collocation luy appartiennent & competent à cauſe dudict Duchié recevoir les foys & hommages des vaſſaux & ſubjects d'iceux pays, concoquer & aſſembler les eſtats des dictz pays & Seigneuryes, retraire, rachepter & recouvrer touts les meubles, terres, Seigneuries, qui ſont en gage, appartenants à la dicte Duchié & Marchiſié de Lorraine, tant d'heritages comme de cenſives & gagieres, par quelque maniere que ſe ſoit, & faire toutes aultres choſes, que vray Duc & Marchis de Lorraine, heretier & proprietaire, peut & doibt faire: voulant & conſentant, que ceſte preſente donation vaille, tienne, & ſorte ſon plain & entier effect irrevocablement & ſolemnellement faicte entre les vifs, ſans ce que jamais la puiſſions revoquer, caſſer, annuller, ny mettre empeſchement, par raiſon d'ingratitude, ordonnance de teſtament, ne aultrement, & en maniere, que ſe ſoit.

§. 4. Et avons promis & promettons pour nous & nos hoirs à noſtre dict fils & ſes hoirs de bonne foy, & en parole de Roy, que contre la dicte donation, renontiation & ceſſion deſſus dicte ne viendrons par nous ne par aultre, mais la tiendrons & ferons tenir à tousjours ferme & eſtable ſans contrevenir en maniere que ce ſoit ou puiſſe eſtre: En outre mandons par ces meſmes preſentes à touts les Prelatz & gens d'Egliſe, feaux hommes, vaſſaux, feaux bourgeois, communitez & ſubjectz des dictz Duchié, Princerie, Marchiſié, Seigneurie & pays de Lorraine & de leurs appartenances, & à chacun d'eux comme à luy appartiendra, preſents & advenir, que doresnavant veillent avoir, tenir, & recevoir noſtre dict fils Jean *Duc de Calabre, vray Duc & Marchis naturel* & heretier du dict Duchié & Marchiſié de Lorraine, & à luy & à ſes dicts hoirs ayants cauſe, faire la foy & hommage, & le ſerment de fidelité & obeyſſance, qui y appartient, ainſy & par la maniere, que eſtoient tenuez de faire à nous du vivant de noſtre dicte compagne & amée, desquels hommages, ſerments, fidelitez ou obeiſſances, qu'eſtoient

tenus

Digitized by Google

tenus de nous faire, comme dict est, à cause de nostre dict Duché de Lorraine & appartenances, tenons iceux Prelatz & gens d' Eglise, habitans, commes vassaux, feaux bourgeois, communitez & subjectz du dict Duché & de ses appartenances quittes & deschargez par la teneur de ces presentes lettres.

§. 5. Et afin que ce soit chose ferme & estable à tousjoursmais, nous avons signé ces dictes presentes de nostre main, & à icelles faict mettre & apposer nostre grand seel. Donné en nostre chastel d' Angers, le vingt & sixiesme jours de Mars, l'an de grace mil quatre cens cinquante deux, Signé soubs le reply, René. Et sur le reply, par le Roy en son grand conseil, auquel le Comte de Vendosme Ferry Monseigneur de Lorraine, Bernard Monseigneur de Baude, & le Sire de Beauveau Seneschal d' Anjou, les Sires de Precigné, de Loué & du Couldray, les Juges & threſorier d' Anjou, Maistre Jean Geoffroy & - - - - avec plusieurs aultres estoient. Signé Tourneville, & seellé du seel du dict Roy René, en cire verde, pendant d' un cordon de soye rouge, verde & bleue.

FASCICVLVS CONCORDATORVM NATIONIS GERMANICÆ CVM PONTIFICIBVS ROM. sub Martino V. Eugenio IV. & Nicolao V. ex quibus postrema vulgo habentur, quæ tamen se referunt ad priora, & ex iis capiunt lucem: itaque cætera quoque hic sub Nicolai Pontificatu referre placuit ad ann. 1447.

CLV. *Concordia facta in Concilio Constantiensi inter Martinum Papam V. & Nationem Germanicam,* de Ecclesiæ universalis administratione, *à Johanne Cardinali Ostiensi Ecclesiæ Romanæ Vicecancellario sub sigillo ipsius communicata Ecclesiæ Metropolitanæ Magdeburgensi. Constantiæ 3. Maji, Pontificatus Martini anno primo.*

UNiversis & singulis, *Johannes* miseratione divinâ *Episcopus Ostiensis*, sanctæ Romanæ Ecclesiæ *Cardinalis & Vicecancellarius*, salutem in Domino & præsentibus fidem indubiam adhibere. Si juxta laudabilem antiquorum sententiam & providum sapientum consilium dignum est, ea quæ majorum consultissima providentia in subditorum gratiam & commoda geruntur, scripturæ testimonio redigere; dignum per consequens est, & rationi consentaneum, ut adeò nota fiat eorum veritas, quod inde nec desit pacificis oportuna provisio, nec usquam perversis sub ignorantia variandi supina facultas relinquatur.

§. 2. Cum itaq; nuper inter sanctissimum in Christo Patrem & Dominum nostrum, Dominum *Martinum* divina providentia Papam *quintum*, & Reverendos Patres, Prælatos, nec non egregios & circumspectos viros Ambassiatores, Procuratores, Doctores & Magistros, cæterosq; *venerabilem nationem Germanicam in generali Concilio Constantiensi repræsentantes* & facientes; nonnulla *capitula concordata ab utrâque parte* sponte susceptа, nec non de dicti Domini nostri Papæ mandato *in libro Cancellariæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in quo Romanorum Pontificum constitutiones & ordinationes solent conscribi* ad futuram rei certitudinem nobis operam dantibus, prout ad nostrum spectat officium, die quinta decima mensis Aprilis, Pontificatus dicti Domini nostri Papæ anno primo conscripta fuerunt, ac de simili mandato in *Audientia contradictarum* die secunda mensis Maji, anno quo supra lecta & publicata: adjecto

Digitized by Google

adjecto quod ſub noſtrarum literarum teſtimonio indigens quisq; ſibi teſtimonium ſumere valeat, in toto vel in eâ parte, quâ indiguerit earundem.

§. 3. Nos ad Reverendi in Chriſto Patris Domini Guntheri Archiepiſcopi, ac Præpoſiti, Decani & Capituli Eccleſiæ Magdeburgenſis inſtantiam, capitula hujusmodi, ſic ut præfertur, concordata & ſponte ſuſcepta, ex integro libro prædicto de verbo ad verbum fideliter conſcribi & præſentibus annotari fecimus, quorum tenor ſequitur in hunc modum.

§. 4. De numero & Qualitate *Cardinalium.* Statuimus ut deinceps numerus Cardinalium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ adeò ſit moderatus, quod non ſit gravis Eccleſiæ, qui de omnibus partibus Chriſtianitatis proportionabiliter, quantum fieri poterit aſſumantur, ut notitia cauſarum & negotiorum in Eccleſia emergentium facilius haberi poſſit, & æqualitas regionum in honoribus Eccleſiaſticis obſervetur; ſic tamen, quod num: xxiiii. non excedant, niſi pro honore nationum, quæ Cardinales non habent, unus vel duo pro ſemel de conſilio & conſenſu Cardinalium aſſumendi viderentur. Sint autem viri in ſcientia, moribus & rerum experientia excellentes, *Doctores in Theologia, aut in jure Canonico vel Civili, præter admodum paucos, qui de ſtirpe Regia vel Ducali aut magni Principis oriundi exiſtent*, in quibus competens literatura ſufficiat; non fratres aut nepotes ex fratre vel ſorore alicujus Cardinalis viventis; nec de uno ordine mendicantium ultra unum; non corpore vitiati, nec alicujus criminis vel infamiæ nota reſperſi, nec fiat eorum electio per * auricula vota ſolummodo, ſed etiam cum conſilio Cardinalium collegialiter, ſicut in promotione Epiſcoporum fieri conſuevit, qui modus etiam obſervetur, quando aliquis ex Cardinalibus in Epiſcopum aſſumetur.

§. 5. De *proviſionibus* Eccleſiarum, Monaſteriorum, Prioratuum, dignitatum & aliorum beneficiorum. Sanctiſſimus Dominus noſter Papa Martinus V. ſuper proviſionibus Eccleſiarum, Monaſteriorum, beneficiorum quorumcumq; utetur *reſervationibus* Juris ſcripti, ex *Conſtitutione Execrabilis & ad Regimen*, modificatæ, ut ſequitur. Ad regimen Eccleſiæ generalis, quamquam immeriti ſuprema diſpoſitione vocati, gerimus in noſtris deſideriis, ut debemus, quod per noſtræ diligentiæ ſtudium ad quarumlibet Eccleſiarum & Monaſteriorum regimina, & alia Eccleſiaſtica beneficia juxta divinum beneplacitum & noſtræ intentionis affectum, viri aſſumantur idonei, qui præſint & proſint committendis eis Eccleſiis, monaſteriis, & beneficiis prælibatis. Præmiſſorum namq; conſideratione inducti, & ſuadentibus nobis aliis rationabilibus cauſis, nonnullorum prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, omnes Patriarchales, Archiepiſcopales, Epiſcopales Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, dignitates, Perſonatus & officia, nec non Canonicatus & præbendas ac Eccleſias, cæteraque beneficia Eccleſiaſtica, cum cura vel ſine cura, regularia & ſecularia, quæcumq; aut qualicunq; fuerint, etiamſi ad illa perſonæ conſueverint, ſeu debuerint per electionem, ſeu quemvis alium modum aſſumi, nunc apud ſedem Apoſtolicam, quocumq; modo vacantia, & in poſterum vacatura, nec non per depoſitionem vel privationem, ſeu translationem per nos ſeu auctoritate noſtra factas, & in antea faciendas ubilibet, nec non ad quæ aliqui in concordia ſeu diſcordia electi vel poſtulati fuerint, quorum electio caſſata, ſeu poſtulatio repulſa, vel per eos facta renuntiatio & admiſſa auctoritate noſtra extiterit, ſeu quorum electorum, poſtulatorum, & in antea eligendorum ſeu poſtulandorum electionem caſſari vel poſtulationem repelli, aut renuntiationem admitti per nos ſeu autoritate noſtra continget apud ſedem prædictam, vel alibi ubicumque, & etiam per obitum Cardinalium ejusdem Eccleſiæ Romanæ ac officiariorum dictæ ſedis, quàm diu ipſa officia actualiter tenebunt, videlicet Vice Cancellarii, Camerarii, ſeptem Notariorum, Auditorum literarum contradictarum, & Apoſtolici

Digitized by Google

ſtolici Palatii cauſarum Auditorum, ſcriptorum literarum Apoſtolicarum, & viginti quatuor pœnitentiariæ præfatæ ſedis, & viginti quinque abbreviatorum, nec non verorum commenſalium noſtrorum, & aliorum viginti quinque Capellanorum ſedis ejusdem in Epitaphio deſcriptorum, ac etiam quorumcunq; Legatorum ſeu Collectorum, ac in terris Eccleſiæ Romanæ Rectorum & Theſaurariorum deputatorum ſeu miſſorum hactenus, vel deputandorum ac mittendorum in poſterum, vacantia, & in antea vacatura, ubicunq; dictos legatos vel collectores, ſeu Rectores, aut theſaurarios, antequam ad Romanam Curiam redierint ſeu venerint, rebus eximi contigerit ab humanis; nec non quorumlibet, pro quibuscunq; negotiis ad Romanam Curiam venientium, vel etiam recedentium ab eadem, ſi in locis à dicta Curia ultra duas dietas legales non diſtantibus jam forſan obierint, vel eos in antea tranſire de hâc luce contigerit; & etiam ſimili modo quorumcunq; Curialium, peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis, ſeu alia quacunq; cauſa, vel ad quævis loca ſecedentium, ſi eos, antequam ad dictam Curiam redierint, in locis ultra duas dietas ab eadem Curia, ut præmittitur non remotis, dummodo eorum proprium domicilium non exiſtat ibidem, jam forſan deceſſerint, vel in poſterum eos contigerit de medio ſubmoveri; nunc per obitum hujusmodi vacantia vel in poſterum vacatura; rurſus monaſteria, Prioratus, Decanatus, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, officia, Canonicatus, præbendas & Eccleſias, cæteraque beneficia Eccleſiaſtica ſecularia vel regularia, cum cura vel ſine cura, quæcunque & qualiacunque fuerint, etiamſi ad illa perſonæ conſueverint ſeu debuerint per electionem, ſeu quemvis alium modum aſſumi, quæ promoti per nos vel auctoritate noſtra ad Patriarchalium, ſeu Archiepiſcopalium, Epiſcopalium Eccleſiarum, nec non monaſteriorum regimina obtinebant, tempore promotionum de ipſis factarum, nunc quocunque modo vacantia, ſeu in poſterum vacatura; nec non etiam per aſſecutionem pacificam quorumcunq; Prioratuum, perſonatuum, officiorum, Canonicatuum, præbendarum, Eccleſiarum aut beneficiorum aliorum, per nos ſeu auctoritate literarum noſtrarum immediatè collatorum ſeu conferendorum in poſterum, præterquam ſi virtute gratiæ expectativæ aſſecutio fiat, nunc vacantia & in antea vacatura: Plena ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis cum fratribus noſtris collatione præhabita & matura deliberatione ſecuta, ordinationi, diſpoſitioni ac proviſioni noſtræ usque ad quinquennium de ipſorum fratrum Conſilio, auctoritate Apoſtolica reſervamus, decernentes ex nunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper prætmiſſis, & quolibet eorum per quoscunque, quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari: Non obſtantibus quibuscunque conſtitutionibus à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus editis, quatenus obſiſtere poſſent ſuper enarratis articulis vel alicui vel aliquibus eorum dicto quinquennio durante. Nulli igitur, &c.

§. 6. In Eccleſiis Cathedralibus & etiam Monaſteriis Apoſtolicæ ſedi immediatè ſubjectis fiant electiones canonicæ, quæ ad ſedem Apoſtolicam deferantur, quas etiam ad tempus conſtitutum in conſtitutione Nicolai III. quæ incipit: Cupientes, Papa expectat; quo facto, ſi non fuerint præſentatæ, vel ſi præſentatæ minus canonicè fuerint, Papa provideat; Si verò Canonicæ fuerint, Papa eas confirmet, niſi ex cauſa rationabili & evidenti, & de fratrum Conſilio, de digniori & utiliori perſona duxerit providendum: proviſo, quod confirmati & proviſi per Papam nihilominus Metropolitanis, & aliis præſtent debita juramenta & alia, ad quæ de jure tenetur.

§. 7. In Monaſteriis, quæ non ſunt immediatè ſubjecta ſedi Apoſtolicæ, nec non in aliis beneficiis regularibus, ſuper quibus pro confirmatione ſeu proviſione non conſuevit haberi recurſus ad ſedem Apoſtolicam, non teneant-

Digitized by Google

teneantur venire electi, seu illi quibus providendum est, ad curiam ad habendam confirmationem seu provisionem, nec etiam dicta beneficia regularia cadant in gratiis expectativis: ubi autem in Monasteriis ad Curiam Romanam pro confirmatione venire, seu mittere consueverunt, ubi Papa non aliter confirmet aut provideat, quàm superius de Ecclesiis Kathedralibus est expressum.

§. 8. De monasteriis monialium Papa non disponet, nisi sint exemta, & tunc per commissionem in partibus. De cæteris dignitatibus & beneficiis quibuscunque secularibus & regularibus vacaturis, ultra reservationes jam dictas majoribus dignitatibus post Pontificiales in Cathedralibus, & principalibus in collegiatis Ecclesiis, exceptis de quibus jure ordinario provideatur per illos inferiores, ad quos alias pertinet; nec computentur in turno seu vice eorum.

§. 9. Item Dominus noster Papa declarat, quod per quamcunque aliam reservationem, gratiam expectativam, aut quamvis aliam dispositionem sub quacumque verborum forma, per eum aut ejus auctoritate factam vel faciendam, non velit, neque vult, neque intendebat, nec intendit facere aut fieri, quo minus de media parte illarum & illorum, cum vacabunt alternis vicibus (*) liberè disponatur per illos, ad quos collatio, provisio, præsentatio, electio, aut alia quævis dispositio pertinebit, prout ad ipsos spectabit de consuetudine vel de jure: ita quod cum de una dignitate, personatu, officio vel beneficio, ex illis ad electionem, provisionem, collationem, seu quamvis aliam dispositionem alicujus spectante, fuerit auctoritate Apostolica provisum, aut alias dispositum, ille ad cujus electionem, collationem, vel quamvis dispositionem primo loco pertinebat, * & ita consequenter de singulis hujusmodi dignitatibus, personatibus, officiis & beneficiis vacaturis auctoritate ejusdem Domini nostri Papæ & aliorum prædictorum alternatis vicibus disponatur; reservationibus aut aliis à præmissis dispositionibus auctoritate ejusdem Domini nostri Papæ factis vel faciendis non obstantibus quibuscumque.

(*) mensibus scilicet papalibus nondum tunc introductis.

§. 10. Quotiens verò aliquo vacante beneficio * caden: invito * & gratia expectativa, non apparuerit infra tres menses à die notæ vacationis, in loco beneficii, quod alicui de illo secundum prædictas ordinationes fuerit Apostolica auctoritate provisum, ordinarius vel alius, ad quem illius dispositio pertinebit, de illo liberè disponat, nec sibi in suâ vice computetur. Beneficia quæ per simplicem renuntiationem aut permutationem vacaverint, neutri parti computentur.

§. 11. De qualificatione beneficiandorum. Sanctissimus Dominus noster PP. Martinus V. ad exaltationem fidei Catholicæ & spiritualibus profectibus populi Christiani, *de consensu & beneplacito nationis Germanicæ*, statuit, ordinat & decernit, quod deinceps in Metropolitanis & Cathedralibus Ecclesiis *nationis Germanicæ* ejusdem, *sexta pars Canonicatuum & præbendarum sit pro Doctoribus aut Licentiatis* in sacra pagina vel altero jurium, vel in Theologia Baccalariis formatis aut Magistris in Medicina, qui per *biennium*, seu Magistris in artibus, qui per *quinquennium* post Magisterium in Theologia aut altero jurium, studuerint in *studio generali*; sic videlicet, quod ubicunque non fuerit saltem sexta pars Canonicorum præbendatorum in Metropolitana aut Cathedrali Ecclesia taliter graduatorum, ibi quicunque deinceps vacaverit Canonicatus & præbenda, quacunpue etiam Apostolica vel alia auctoritate, non nisi taliter graduatis conferatur, quousque dicta sexta pars compleatur taliter graduatorum. Si tamen infra mensem à tempore vacationis - - - - - - repertus fuerit taliter graduatus, & alius idoneus qui per se vel procuratorem voluerit acceptare, quod postmodum * continetur, ut ad minus dictus numerus sextæ partis

Digitized by Google

Canonicorum taliter ut præmittitur graduatorum in ipsis Metropolitanis & Cathedralibus Ecclesiis habeatur, ubi autem *soli* consueverunt *Illustres ac de Comitum vel Baronum genere, vel exutroque genere militares* in Canonicos admitti, taliter graduati qui acceptare voluerint, si taliter nobiles, ut præmittitur fuerint in Ecclesiis, cæteris etiam nobilibus saltem usque ad dictum numerum præferantur.

§. 12. Item quod in aliis collegiatis Ecclesiis ejusdem nationis similiter sexta pars Canonicatuum & præbendarum, deinceps modo præmisso conferatur sicut præmittitur graduatis, aut saltem in Medicina aut in artibus Magistris vel Licentiatis, aut in Theologia, vel altero jurium Baccalariis examinatis per rigorem.

§. 13. Item quod Parochiales Ecclesiæ habentes anni extimationem, quæ secundum famam publicam attendatur, duo millia communicantium vel plures; deinceps non conferantur etiam Apostolica vel quacunque alia auctoritate, nisi Doctoribus aut Licentiatis in sacra pagina, vel jure Canonico vel Civili, vel Baccalariis in Theologia formatis. Si tamen infra mensem à tempore vacationis Ecclesiæ numerandum, reperiatur taliter graduatus, qui per se vel procuratorem voluerit acceptare; decernendo irritum & inane, si secus in præmissis, tam circa Canonicatus & præbendas, quam parochiales Ecclesias vel eorum aliquid à quoquam quavis etiam Apostolica auctoritate fuerit attemptatum. Salvis semper laudabilibus consuetudinibus & statutis Ecclesiarum, quæ præmissis non adversantur in contrarium, aut * facientibus non obstantibus quibuscunque.

§. 14. Item quatenus prædicta ordinatio pluribus prosit, & humanæ ambitioni frenum imponatur, ordinat, statuit & decernit idem Dominus noster PP., quod vigore præsentis constitutionis seu ordinationis nemo graduatorum possit ultra unum beneficium Ecclesiasticum adipisci.

§. 15. De prærogativa graduatorum. Item vult quod in pari data ad eandem collationem graduatus non graduato præferatur prærogativis & diligentiis non obstantibus quibuscumque.

§. 16. Item quod Vicariæ ad certa chori officia in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis deputatæ non conferantur etiam Apostolica auctoritate, nisi talibus, qui hujusmodi beneficia cantando & legendo, & aliàs sciverint & poterint personaliter adimplere.

§. 17. De Annatis. De Ecclesiis & Monasteriis Virorum duntaxat vacantibus & vacaturis, solventur pro fratribus primi anni à die vacationis summæ pecuniarum in libris Cameræ Apostolicæ taxatæ, quæ *communia servitia* nuncupantur, si quæ verò excessivè taxatæ sunt, justè retaxentur, & provideatur specialiter in gravatis regionibus secundum qualitatem rerum; temporum & regionum, ne nimium prægraventur, ad quod dabuntur commissarii, qui diligenter inquirant & retaxent. Taxæ autem prædictæ pro media parte infra annum, à die habitæ possessionis pacificæ totius vel majoris partis solventur, & pro media parte alia infra sequentem annum. Et si infra annum bis vel pluries vacaverint, semel tantum solvatur, nec debitum hujusmodi in successorem in Ecclesia vel Monasterio transeat. De cæteris autem dignitatibus, personatibus, officiis & beneficiis secularibus quibuscunq; & regularibus, quæ auctoritate sedis Apostolicæ conferentur, vel providebitur de eisdem, (præterquam vigore gratiarum expectivarum aut causa permutationis) solvantur *annuata* seu medii fructus juxta taxam solitam à tempore unionis (possessionis) infra annum; & debitum hujusmodi in successorem in beneficio non transeat. De beneficiis, quæ valorem viginti quatuor florenorum de Camera non excedunt, nihil solvatur; debitis omnibus præteriti temporis usque ad assumtionem Domini nostri communium servitiorum & annuatorum pro

Digitized by Google

pro medietate relaxatis, ſolventibus aliam medietatem infra ſex menſes à die publicationis.

§. 18. De cauſis tractandis in Romana Curia vel non. Sanctiſſimus Dominus noſter PP. Martinus V. ſtatuit & ordinat, quod nullæ cauſæ in Romana Curia committantur, niſi quæ de jure & natura cauſæ in Romana Curia tractare debebunt, & quod *cauſa, quæ ad forum Eccleſiaſticum de jure vel conſuetudine non pertinent*, per Curiam Romanam etiam prætextu reſignationis Laicorum extra tempus paſſagii generalis non recipiant, de illis cognoſcendo in Curia vel extra committendo, niſi de conſenſu partium. Quæ verò ad forum Eccleſiaſticum pertinent, & de jure ſunt per appellationem aut alias ad Romanam Curiam devoluta, ac de ſui natura in eadem tractandæ, tractentur in ea, cæteræ committantur in partibus, niſi forſan pro cauſæ & perſonarum qualitate, in commiſſione exprimenda illis tractare in Curia expediet, pro juſtitia conſequenda, vel de partium conſenſu in Curia tractarentur.

§. 19. De Commendis. Ordinat Dominus noſter Papa, quod in poſterum Monaſteria, aut magni Prioratus Conventuales (habentes) hiis temporibus ultra decem religioſos, & officia clauſtralia, dignitates majores poſt Pontificales in Cathedralibus, ſicut & Eccleſiæ parochiales nulli Prælato, etiam Cardinali dentur in Commendam, datæ aut dati * quamprimum commendatariis loco illorum de æquivalenti providebitur * poſt pacificam poſſeſſionem adeptam illas dimittant, una etiam Eccleſia Metropolitana uni Cardinali vel Patriarchæ antecedi poterit proviſionem officientem non habenti.

§. 20. De Symonia. Ut autem conſiderata malitia aliquorum temporum proximè præteritorum, quibus labes Symoniaca tàm in ordinibus quàm in beneficiis Eccleſiaſticis tunc conferendis & percipiendis ac religionibus ingrediendis fuit heu nimium frequentata, læſis in hoc conſcientiis ad pernitioſiorem adminiſtrationem & perceptionem ſacrorum Eccleſiaſticorum, ſalubriter omnibus conſulatur, * & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Abbatiſſis, cæterisque Prælatis: nec non Clericis ac perſonis Eccleſiaſticis, religioſis & ſecularibus utriusque ſexus: ut quælibet eorum infra tres menſes poſt publicationem, aut inſinuationem præſentium ſibi, aut in dioceſi, ubi domicilium habuerit factam, aliquem in ſacra pagina, vel in jure Canonico Doctorem vel Licentiatum vel Baccalarium formatum, ubi talis poteſt commodè reperiri, vel ubi talis non reperiretur, lectorem aut aliae intelligentem ſacerdotem diſcretum, ac bonæ famæ, curatum vel non curatum *eligere valeat confeſſorem*, qui infra prædictum tempus, quantocius commodè fieri poterit, ejus confeſſione audita, ipſam perſonam confitentem à ſuis peccatis & à quibuscunque excommunicationum ſuſpenſionibus & interdictis aliisq; ſententiis, cenſuris atq; pœnis, quas forſan propter ſymoniacam in ordine vel beneficio Eccleſiaſtico, religionis ingreſſu, aut alias qualitercunque activè vel paſſivè, commiſſam usque ad tempus publicationis prædictæ dignoſcitur incurriſſe, *in foro conſcientiæ duntaxat abſolvere*; nec non *ſecum ſuper irregularitate*, pro eo quod hujusmodi ſententiis aut excommunicatione ligata forſan miſſas vel alia divina officia celebraſſe, aut ſe illis immiscuiſſe cenſebitur; usque ad tempus prædictum contracta, ipſaque propter præmiſſa aut eorum aliquod à ſui ordinis vel officii executione ſuſpenſa, quod in illis nihilominus miniſtrare illa exercere & adepta beneficia, vel ſtatum in quo eſt retinere, & ad ulteriora promoveri poſſit, in dicto foro valeat diſpenſare; ac eadem beneficia, quæ obtinet, ab hoc forſitan vacantia vel vacatura, ſicut poſtquam dimiſerit reconferre, omnemque inhabilitatis, irregularitatis nec non infamiæ maculam ſymoniacam, atque aliam labem per eam occaſione prædicta usque

Digitized by Google

ad tempus prædictum contractam in eodem foro totaliter abolere: *fructus* quoque beneficiorum Ecclesiasticorum, quos forsan indebitè percepit & quos percipere potuisset, & ad quicque, occasione prædicta fuerit refundendum (dummodo persona ipsa ad refusionem faciendam, deducto ne egeat, in statu in quo tunc fuerit, aut alias absque nota vel scandalo sufficiens non fuerit) in dicto foro remittetur, ac etiam de hiis quitare & liberare tenore præsentium (literarum) indulgemus; constitutionibus Apostolicis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

§. 21. De non vitandis excommunicatis nisi fuerint denunciati. Insuper ad vitandum scandala & multa pericula, subveniendumque conscientiis timoratis, omnibus Christi fidelibus tenore præsentium (literarum) indulgemus, quod nemo deinceps à communione alicujus in sacrorum administratione vel receptione aut aliis quibuscunque divinis, vel ex prætextu, cujuscunque sententiæ, aut censuræ Ecclesiasticæ à jure vel homine generaliter promulgatæ teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut interdictum Ecclesiasticum observare, nisi sententia vel censura hujusmodi fuerit in vel contra personam, collegium, universitatem, Ecclesiam, communitatem aut locum, certam vel certum à Judice publicata vel denunciata specialiter & expresse; constitutionibns Apostolicis & aliis in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque. Salvo si quem pro sacrilega manuum injectione in Clericum, sententiam latam Canone adeò notorie constiterit incidisse, quod factum non possit aliqua tergiversatione celari, nec aliquo juris suffragio excusari. Nam à communione illius licet denunciatus non fuerit volumus abstineri, juxta canonicas sanctiones.

§. 22. De Dispensationibus. Ordinat etiam Dominus noster ad Ecclesias Cathedrales, Monasteria, Prioratns conventuales, aut Parochiales Ecclesias, super defectu ætatis ultra triennium nullatenus dispensare; nisi forte Ecclesiis Cathedralibus ex ardua & evidenti causa, de consilio Cardinalium seu majoris partis illorum videretur aliter dispensandum. Item Dominus noster in arduis & gravibus casibus *sine consilio Cardinalium non intendit dispensare.*

§. 23. De provisione Papæ & Cardinalium. Romano Pontifici & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus pro illorum sustentatione, *rebus Romanæ Ecclesiæ stantibus, ut sunt, non videtur aliter posse provideri, quam hucusque factum est, scilicet per beneficia & communia servitia, quæ vacantia nuncupantur;* verum circa beneficiorum qualitatem taliter duximus providendum, quod nulli Cardinali Monasterium (vel) Prioratus conventualis, ultra numerum decem Religiosorum secundum moderna tempora habetur (habere) consueti, nulla major dignitas post Pontificalem in Cathedralibus aut Parochialibus Ecclesiis, nullum officium claustrale, nullum Xenodochium, hospitale, elemosinaria aut leprosaria in titulum vel administrationem conferantur; & si quæ talia nunc obtinent, quem primum Papa loco illorum de alio æquivalenti providebit, illa dimittere teneantur, sicut superius de Commodis est dictum.

§. 24. De Indulgentiis. Cavebit dominus noster Papa in futurum nimiarum Indulgentiarum effusionem, ne vilescant, & in præteritum concessas, ab obitu Gregorii XI. ad instar alterius Indulgentiæ revocat & annullat.

§. 25. Item sanctissimus Dominus noster & *inclita natio Germanorum* concesserunt & protestati sunt, quod omnia & singula (supra) scripta durare & tolerari debeant, *usque ad quinquennium duntaxat*, à dato præsentium numerandum; Constitutionibus Apostolicis, Regis Cancellariæ factis & fiendis, & aliis in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque; quodque per observantiam eorum nullum jus novum Rom. Pontifici, aut alicui Ecclesiæ vel personæ acquiratur, seu præjudicium generetur. Sed lapso

Digitized by Google

lapso dicto quinquennio, quælibet Ecclesia & persona prædicta liberam facultatem habeat utendi quolibet jure suo. Non obstantibus supra dictis. Et quod capitula prædicta & quodlibet eorum dentur cuilibet ea habere volenti, communiter seu divisim in autentica forma, sub sigillo Vice-Cancellarii cum subscriptione Notarii, sic quod fidem faciant exhibita ubicunque; pro toto autem non solvantur ultra duodecim *grossi Turonenses*.

§. 26. Hæc universitati vestræ tenore præsentium firmiter attestantes, eadem nostras præsentes litteras in horum fidem & testimonium præfato Domino *Archiepiscopo*, Præposito, Decano *& Capitulo Magdeburgensi* concessimus, nostri sigilli munimine roboratas. Datum Constantiæ Provinciæ Maguntin. in Domo habitationis nostræ, Anno quo supra, die tertia mensis Maji, Pontificatus supradicti Domini Papæ Anno primo.

CLVI. Eugenii Papæ IV. *concessio ad instantiam* Friderici Imperatoris *facta, ut Decreta Concilii Basileensis ab* Alberto Rege *acceptata, porro in Germania observentur usque ad futuram modificationem. Romæ Non. Febr.* 1446.

EUgenius Episcopus servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Ad tranquillitatem & commoda omnium Christi fidelium, & *præsertim Nationis Germanicæ*, quam Apostolica sedes singulari affectione prosequitur, diligenti studio intendentes, ea libenter concedimus, per quæ ipsius nationis personarum quieti & commoditatibus consulatur.

§. 2. Sane *ad instantiam carissimi in Christo filii nostri Friderici Romani Regis*, illustris & venerabilis fratris nostri *Theodorici* Archiepiscopi Moguntin: ac dilecti filii nobilis Viri Friderici Marchionis Brandenburgensis per alias nostras litteras nonnulla *circa Concilium Constantiense* ejusque decreta, nec non futuri convocationem Concilii mentem nostram concernentia declaravimus, prout in ipsis literis plenius continetur. Super aliis autem decretis Basileæ editis, & *per claræ memoriæ quondam Albertum Roman. Regem acceptatis*, ex quorum observantia *natio Germanica præfata ex pluribus gravaminibus dicitur relevari*; contenti sumus, volumus ac decernimus, quod omnia & singula vigore decretorum, hujusmodi cum suis modificationibus acceptorum, per eos, qui illa acceptarunt, vel acceptantibus in natione præfata adhæserunt usque in præsentem diem quomodolibet gesta vel acta sunt, cum omnibus inde secutis rata, firma, & inviolabilia persistant; nec in posterum à quoquam quâvis auctoritate cassari, annullari aut irritari, quovis modo valeant, vel revocari; quodque omnes & singuli, qui usi sunt illis, ac in vim dictorum decretorum, à die acceptationis eorundem quicquam consecuti sunt, securi sint & quieti, nec propterea impeti, turbari aut molestari possint, quomodolibet in futurum.

§. 3. Super observatione verò & modificatione decretorum eorundem, cum nonnulli Prælati nationis præfatæ ex iisdem decretis gravatos se fore conquesti sint, *cumque in illis Apostolicæ sedi, quæ multum in suis juribus ex ipsis decretis gravatæ dignoscitur, recompensatio promissa sit*, decrevimus *Legatum nostrum cum sufficienti potestate ad partes Germaniæ hujusmodi transmittere*, qui mediantibus Rege, Archiepiscopo & Marchione præfatis ac aliis ejusdem nationis Principibus & Prælatis, cum quibus fuerit opus super observantia & modificatione decretorum hujusmodi, nec non super provisione sedi prædictæ faciendis, tractare poterit & finaliter concordare.

§. 3. Permittentes interim & indulgentes, quod omnes & singuli, qui præfata decreta receperunt vel recipientibus, ut præmissum est, adhæserunt in præfata natione, illis similiter cum modificationibus, quibus recepta sunt, liberè & licitè uti possint, quos etiam circa singula præmissa manu-

Digitized by Google

manuteneri & defensari volumus, *donec per Legatum hujusmodi* ut prædictum est, concordatum fuerit, *vel per Concilium*, quod ad prædictorum Regis, Prælatorum & Principum exhortationem convocare proponimus, *aliter fuerit ordinatum;* non contraventuri, nec contravenientibus consensuri quovis modo. Speramus autem & à certo tenemus dictos Regem, Archiepiscopum, Marchionem & alios Principes & Prælatos tanquam devotos ipsius sedis non passuros medio tempore Romanam Ecclesiam remanere in suis juribus spoliatam.

§. 5. Hanc autem concessionem ad eos, qui declarationi vel obedientiæ per suos Prælatos vel superiores nobis factæ, aut infra sex menses faciendæ se opponerent, nullatenus extendi volumus, vel eis opitulari. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super hiis à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergò omnino homini liceat hanc paginam nostræ Constitutionis, permissionis, concessionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto, Nonis Februarii, Pontificatus nostri Anno sextodecimo.

CLVII. Eugenii IV. *super diversis indultis, dispensationibus ac concessionibus datis* Friderico III. *Imperatori & Principibus Germaniæ, qui recesserant à Neutralitate, & obedientiam ei præstiterant. 7. Id. Febr. anno Incarn.* 1446.

EUgenius Episcopus servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Inter cætera desideria cordis nostri filios quoslibet ad nostram & Apostolicæ sedis obedientiam exoptantes adduci, illa, temporum qualitate pensata, aliquando concedimus, ordinamus & statuimus, per quæ Christi Fidelium tranquillitati & commodis, remotis dissensionibus & scandalis, consulatur, & exinde animarum salutem valeant adipisci. Sanè cum propter dissensionem inter nos & eos, *qui Basileæ sub nomine generalis Concilii remanserant*, dudum exorta, *nonnulli Principes tam Ecclesiastici quàm seculares nationis Germanicæ in quadam neutralitate, & animorum suspensione, à die decima septima mensis Martii de anno millesimo quadringentesimo tricesimo octavo usq; in præsentem diem se tenuerint;* ea mente, ut asserunt, ut postmodum unanimi consensu in nostra & sedis Apostolicæ obedientia & reverentia paribus gressibus incedere possent: Et carissimus in Christo filius noster *Fridericus Rex Romanorum* Illustris, ac venerabilis frater noster *Theodericus Archiepiscopus Maguntinen:* & dilectus filius nobilis vir *Fridericus Marchio Brandeburgensis sacri Imperii Electores; ac venerabiles fratres nostri Fridericus Magdeburgensis, Fridericus Salzeburgensis, & Gerardus Bremensis Archiepiscopi,* ac quidam alii Prælati & Principes dictæ nationis *nobis debitam obedientiam per suos Oratores præstiterint,* ac nos solum Jesu Christi Vicarium recognoverint & professi fuerint.

§. 2. Nos, attentis, quod dictæ neutralitatis & suspensionis tempore plurima in ipsa nationé acta, gesta, & facta fuerint, quæ confirmationem, indulgentiam & dispositionem super eis Apostolicæ auctoritatis requirunt; præfatorum Regis, Archiepiscoporum, Marchionis, cæterorumque Prælatorum & Principum supplicationibus inclinati, omnes & singulos, tam Metropolitanarum, quam Cathedralium, aliarumque Ecclesiarum, nec non dignitatum, etiam Abbatialium, ac post Pontificales majorum, & in collegiatis Ecclesiis principalium, & aliorum beneficiorum ac officiorum Ecclesiasticorum quorumcunque, etiamsi Ecclesiæ curatæ, Canonicatus & præbendæ fuerint; electiones, postulationes, confirmationes, collationes, provisio-

Digitized by Google

provisiones & dispositiones, nec non processus, sententias, aliaque acta judiciaria autoritate ordinaria hujusmodi suspensionis & neutralitatis tempore factas seu facta, omnia & singula hic haberi volumus pro sufficienter expressis, ac ea rata & grata habentes auctoritate Apostolica, ex certa scientia confirmamus.

§. 3. Volentes ac etiam statuentes, ut nulli qui in possessione Ecclesiarum, Monasteriorum, dignitatum, beneficiorum, & officiorum hujusmodi, quacunque etiam eorum qui Basileæ post translationem & dissolutionem Concilii ibidem remanserunt, auctoritate, ea fuerunt assecuti, super hujusmodi Ecclesiis, dignitatibus, beneficiis & officiis, ac sententiis & processibus, (etiamsi in Romana Curia vel extra eam lis cujus statum præsentibus habemus pro expresso, indecisa pendeat, etiamsi super eis, ad ea vel contra ea fuerit alteri jus quæsitum, seu hujus aliqui se habere prætenderent) ex nunc in antea, in ipsa Curia vel extra eam; Apostolica vel alia quavis auctoritate impeti, aut quomodolibet ex quavis ratione vel causa molestari possint, sed in suis possessionibus pacifice remaneant.

§. 4. Lites quoque & causas quascunque super hujusmodi Ecclesiis, dignitatibus, beneficiis & officiis pendentes (illis duntaxat exceptis, quæ coram ordinariis judicibus, apud quos juxta formam dictæ suspensionis & protestationis exinde secutæ licuit litigare, indecisæ pendent) ad nos advocantes, auctoritate & scientia prædictis extinguimus, & super eis adversariis eorum perpetuum silentium imponimus; possessores verò ipsos volumus in suis Ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, beneficiis & officiis pacifice remanere; quibus omnibus ipsas Ecclesias, monasteria, dignitates, beneficia & officia, quocunq; modo vacaverint auctoritate & scientia præfatis tenore præsentium conferimus, & providemus de eisdem: ac illis, qui *pallium dictorum, qui Basileæ post nostram translationem sub nomine generalis Concilii rem inserunt, auctoritate receperunt*, ut illo uti possint, præsentibus concedimus, & indulgemus. Illis autem, qui non habent, sine difficultate dabimus, & etiam liberè concedemus: Illis tantum personis exceptis, quæ occasione privationum propter nostram aut Basiliensem adhæsionem factarum beneficia detinent, in quibus habeat locum provisio & dispositio super hiis quæ contra protestationem facta forent, per præfatum Regem & Electores Imperii conjunctim vel divisim promulgata.

§. 5. Per hoc autem nulli contendentium super titulo & juribus Ecclesiarum Frisingen: & * Osilien: volumus aliquod præjudicium afferri, aut etiam generari, sed liberum sit unicuique eorum jus suum prosequi justitia mediante.

§. 6. Præterea omnia & singula, quæ dictis suspensione & protestatione durantibus in præjudicium, gravamen vel læsionem jurisdictionis juris vel possessionis Metropolitanorum, diocesanorum, Principatuum, dominiorum, terram Regis & Electorum ac Archiepiscoporum prædictorum, nec non aliorum Episcoporum, Prælatorum, Collegiorum, personarum seu rerum quarumcunque contra fœdus protestationis & suspensionis hujusmodi quomodocunq; vergentia; Apostolicâ vel alia quavis auctoritate concessa, ac in judicio vel extra obtenta: Insuper Ecclesiasticas censuras, mulctas & pœnas, nec non cujuscunque irregularitatis & inabilitatis maculas, tam à jure, quam ab homine propter præmissa quomodolibet promulgatas* quoq; seu infligendas, quoad Regem, Archiepiscopos & Marchionem præfatas, eorumque dominia Clericos, subditos & Vasallos, & ad eos quoque qui infra sex menses à dato præsentium computandos se declaraverint pro nobis, aut eidem declarationi adhæserint; cassamus, irritamus & annullamus,

Digitized by Google

annullamus, nulliusque esse decernimus roboris vel momenti; omnem irregularitatis & infamiæ maculam sive notam per eos præmissorum occasione contractam penitus abolentes; at eos reabilitantes & restituentes ad eorum Ecclesias, beneficia, officia, dignitates & honores quæcunque, ac in pristinum statum, & eum in quo erant ante præmissa reponentes; nec non illis, qui contra ipsos impetratis, concessis vel obtentis seu impetrandis, concedendis & obtinendis quomodolibet niterentur, etiamsi eis, aut eorum alicui jus quæsitum foret, ex certâ scientia de potestatis plenitudine perpetuum silentium imponentes.

§. 7. Insuper quascunque obligationes super *annatis* seu *communibus & minutis servitiis*, cæterisq; juribus, nobis & Cameræ Apostolicæ seu collegio venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium cæterisque officialibus debitis, seu quæ deberi dicerentur occasione quarumlibet Metropolitanarum & Cathedralium Ecclesiarum, Monasteriorum, dignitatum, officiorum & beneficiorum quorumcunque usque in præsentem diem; remittimus, de nostra liberalitate relaxamus, pariter & donamus, eosq; qui in hujusmodi debitis obligati essent ab omni eorum solutione absolvimus, & etiam liberamus.

§. 8. *Dispensationes* præterea quascunque, nisi tales forent, quas hactenus sedes Apostolica concedere non consuevit, *Indulta quoque forum conscientiæ respicientia*, etiam in casibus sedi Apostolicæ reservatis, nec non novas pro possessoribus sine præjudicio juris quæsiti, ipsa suspensione durante, vel etiam antea à nobis, aut ab eis, qui Basileæ sub nomine Concilii remanserunt, aut Legatorum suorum, vel alia quavis auctoritate obtentas, impetratas, concessas seu concessa, ac omnia inde secuta à die datæ concessionis earundem eâdem auctoritate confirmamus, perindeve si à nobis impetrata fuissent.

§. 9. Super sententiis autem in Romana Curia, vel in Basilea sub nomine generalis Concilii ante ipsam suspensionem vel eâ durante in causis, in quibus uterque litigantium extraordinario titulo nititur latis, quæ executioni nondum sunt damandatæ: volumus, statuimus & ordinamus, quod hujusmodi sententiæ coram Judice ordinario tractentur, & quicquid utraque pars vellet producere, pro jure suo coram eo debeat exhibere, qui quidem judex summariè simpliciter & de plano sola facti veritate inspecta procedens negotium ipsum unica valeat terminare sententiâ, à qua nulli partium appellare liceat aut provocare, aut restitutionem aliquam obtinere: per hoc autem nullatenus præjudicare intendimus, eis qui possessionem dignitatum, etiam Metropolitanarum, Cathedralium & Abbatialium seu beneficiorum quorumcunque ordinaria vel alia auctoritate sub eadem natione obtinentes, durante neutralitate vel suspensione prædictorum vigore processuum in Romana Curia, vel in Basilea sub nomine generalis Concilii obtentorum, aliàs violenter fuerunt spoliati; sed tam spolia, quam jura eorum denuò coram judicibus ordinariis cognoscantur, & fine debito terminentur.

§. 10. Insuper omnes & singulas *præfatæ nationis aut alterius in ea beneficia vel officia obtinentes*, personas Ecclesiasticas & seculares, etiam si Regalis, Archiepiscopalis, Episcopalis, vel alterius dignitatis fuerint, qui post dissolutionem sive translationem præfati Concilii per nos factam congregationi Basilienſium sub nomine generalis Concilii adhæserunt, obediverunt, aut incorporati fuerunt, qui jam ad nostram obedientiam sunt reversi vel infra sex menses post declarationem pro nobis factam redierint seu declarationi ipsi adhæserint; ab omnibus & singulis juramentis, perjurii reatu, ac aliis censuris & pœnis, si quibus tenerentur qui incurrissent,

Digitized by Google

riſſent, inflictis, & in tales promulgatis aut propterea infligendis; auctoritate præfatâ abſolvimus, & liberamus, ac omnem irregularitatem, inhabilitatis & infamiæ maculam ſive notam exinde quandolibet forſan contractam, abolemus, & in priſtinum ſtatum reſtituimus & reponimus, perinde ac ſi talia minimè emanaſſent.

§. 10. Præterea omnes & ſingulas perſonas nationis præfatæ ſive alterius beneficia in ea vel officia ſicut præmiſſum eſt obtinentes, quæ ſub declaratione hujusmodi pro nobis facta vel facienda continebuntur, quæ poſt hujusmodi Concilii translationem Baſileæ remanſerunt, aut ipſi congregationi adhæſerunt, favetunt, officiis in eadem præfuerunt, aut in legatione eorum miſſi ſunt quandoque, aut eis crediderunt; ab omnibus excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, aliisque cenſuris & pœnis in eas per proceſſus noſtros, aut alias inflictis & promulgatis abſolvimus; cum hiis qui ibidem, ſeu à proviſis ab ipſis aut eorum autoritate ſacros ordines dicto tempore receperant, ut in ſuſceptis ordinibus miniſtrare valeant, diſpenſantes.

§. 11. Volumus inſuper, quod ſinguli Metropolitani nationis ejusdem actu jam nobis obedientes, vel qui infra ſex menſes, ut præfertur nobis & Apoſtolicæ ſedi debitam obedientiam præbuerint; conſimiles bullas ſive literas Apoſtolicas habeant, ſuper quibus petentibus quibuscunque quoties opus fuerit ſub eorum ſigillis tranſumpta concedere valeant, eisque in judicio vel extra plena fides, ſicut originalibus literis, per omnia præbeatur. Super Eccleſiis autem *Treverenſi & Colonienſi*, de quibus in petitionibus Regis, Archiepiſcopi Maguntinenſis & Marchionis præfatorum ſpecialis eſt poſitus articulus, per alias noſtras literas deſuper editas ſpecialiter providimus, prout in eis latius continetur.

§. 12. Ut autem præmiſſa eò firmius obſerventur, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Conſilio & aſſenſu, pollicemur omnia & ſingula ſupradicta inviolabiliter obſervare, & contra ea, vel ipſorum aliquod in toto vel in parte, nullo unquam tempore, quicquam innovare * & quod nobis licere non patimur eisdem ſucceſſoribus indicamus; Decernentes ex nunc *irritum* & inane, ſi ſecus ſuper hiis à quoquam, quavis *etiam Apoſtolica auctoritate*, ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari; Quin imò, ſi adverſus præmiſſa literæ aliquæ aut mandata ad cujuscumq; inſtantiam, vel etiam ſi motu proprio ſeu ex certa ſcientia, etiam cum derogatoriis clauſulis, ſub quacunque verborum forma à nobis ſeu noſtra auctoritate ab alio quovis emanaſſent, ſeu in futurum emanarent; tales ex nunc pro infectis volumus haberi, quodque is contra quem emanaſſent, aut conceſſæ fuiſſent, aut emanarent, & in futurum concederentur, illis minimè obedire teneatur.

§. 13. Non obſtantibus quibuscunque Conſtitutionibus Apoſtolicis, & *etiam cum decreto irritante*, quocunque tenore exiſtant, in genere vel in ſpecie, per nos ſeu prædeceſſores noſtros conceſſis ſeu concedendis privilegiis vel indultis, de quibus ac totis tenoribus eorum ſpecialis & expreſſa etiam de verbo ad verbum mentio in noſtris literis foret facienda; nec non quarumcunque Eccleſiarum ſtatutis & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque alia firmitate roboratis, cæterisque in contrarium facientibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum confirmationis, voluntatis, ſtatuti, advocationis, extinctionis, impoſitionis, collationis, proviſionis, conceſſionis, caſſationis, irritationis, annullationis, conſtitutionis,

Digitized by Google

abolitionis, reabilitationis, reſtitutionis, repoſitionis, remiſſionis, relaxationis, donationis, abſolutionis, liberationis, ordinationis, intentionis, diſpenſationis, pollicitationis & indicationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo, quadringenteſimo, quadrageſimo ſexto, ſeptimo Idus Februarii, Pontificatus noſtri, Anno ſexto decimo.

CLVIII. *Concordata & Modificatio Decretorum Concilii Baſileenſis, facta inter* Nationem Germanicam, & Johannem Cardinalem S. Angeli *Legatum à Latere 17. Febr. anno nativitatis Domini* 1448. *Hæc ſcilicet ſunt recepta* Concordata Nationis Germaniæ, *quæ proſtant ſub forma Bullæ Nicolai V. data Romæ Kal. April. Anno Incarnationis* 1447. *id eſt nativitatis* 1448. *quo ſcilicet Papa Tractatum à Legato in Germania concluſum approbavit. Nobis autem ipſum Tractatum exhibere placuit. Et notandum eſt, anteriora concordata & conceſſa, qualia in Decretis Conſtantienſis, & Baſileenſis Concilii & Eugenii approbatione continentur, hic confirmari; adeoque male vulgò negligi.*

IN nomine Domini Amen. Anno à nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo octavo, die decima ſeptima menſis Februarii, inter ſanctiſſimum in Chriſto Patrem ac Dominum noſtrum, Dominum *Nicolaum* divina providentia Papam *Quintum*, Apoſtolicamque ſedem, ac nationem Alamanicam: Sanctiſſimi Domini noſtri & ſedis eorundē nominibus per Reverendum in Chriſto Patrem ac Dominum, Dominum *Johannem* ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ *Cardinalem* Legatum ad nationem Germanicam de Latere miſſum, plena in ea parte auctoritate & poteſtate munitum; & pro ipſa natione Alamanica per glorioſiſſimum Principem ac Dominum noſtrum, Dominum *Fridericum Romanorum Regem ſemper Auguſtum* &c.; plurimorum ſacri Romani Imperii Electorum aliorumque ejusdem nationis tam Eccleſiaſticorum, quam ſecularium Principum conſenſibus accedentibus; concluſa, laudata, & acceptata ſunt concordata ſubſcripta: Sanctiſſimus Dominus noſter Nicolaus Papa Quintus ſuper proviſionibus Eccleſiarum beneficiorumque quorumcumque utetur reſervationibus Juris ſcripti; & (*) *Conſtitutionibus Execrabilis, & ad Regimen* modificatis ut ſequitur:

(*) extant tit. de præbendis, inter Extravagantes Communes.

§. 2. Ad regimen Eccleſiæ generalis quanquam immeriti ſuprema diſpoſitione vocati, gerimus in noſtris deſideriis, ut debemus; quod per noſtræ diligentiæ ſtudium ad quarumlibet Eccleſiarum & monaſteriorum Regimina & alia beneficia Eccleſiaſtica juxta divinum beneplacitum & noſtræ intentionis affectum, viri aſſumantur idonei, qui præſint & proſint, committendis eis Eccleſiis, monaſteriis & beneficiis prælibatis. Præmiſſorum itaq; conſideratione inducti, & ſuadentibus nobis aliis rationabilibus cauſis, non nullorum prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, omnes Patriarchales, Archiepiſcopales, Epiſcopales Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, Dignitates, Perſonatus & officia; nec non Canonicatus & præbendas & Eccleſias, cæteraque beneficia Eccleſiaſtica, cum cura vel ſine cura, ſecularia & regularia, quæcunque & qualiacunque

Digitized by Google

cunque fuerint, etiamsi ad illa personæ consueverint seu debuerint per electionem, seu quemvis alium modum assumi; nunc apud sedem Apostolicam quocunque modo vacantia, & in posterum vacatura; nec non per depositionem vel privationem seu translationem (a) per nos seu autoritate nostra factas & in antea faciendas ubilibet; nec non ad quæ aliqui in concordia seu discordia electi vel postulati fuerint, quorum electio cassata seu postulatio repulsa, vel per eos facta renunciatio & admissa auctoritate nostra extiterit; seu quorum electorum vel postulatorum, & in antea eligendorum vel postulandorum (b) electionem cassari seu postulationem repelli, aut renunciationem admitti per nos aut auctoritate nostra contigerit, apud sedem prædictam vel alibi ubicunque. Et etiam per obitum Cardinalium ejusdem Ecclesiæ Romanæ, aut officiariorum dictæ sedis, *quamdiu ipsa officia actualiter tenebunt*, (c) videlicet Vice-Cancellarii, Camerarii, septem Notariorum, (d) Auditorum literarum contradictarum & Apostolici Palatii causarum Auditorum correctorum, *centum & unius* scriptorum literarum Apostolicarum, & *viginti quatuor* pœnitentiariæ præfatæ sedis, & *viginti quinque* (e) Abbreviatorum, nec non verorum commensalium nostrorum & aliorum *viginti quinque* capellanorum sedis ejusdem *in epitaphio descriptorum* & quorumcunq; Legatorum (f) *seu collectorum* ac in terris Romanæ Ecclesiæ Rectorum & thesaurariorum, deputatorum seu missorum hactenus, vel deputandorum aut mittendorum imposterum (nunc) vacantia & in antea vacatura; ubicunq; dictos legatos *vel collectores* seu Rectores aut thesaurarios antequam ad Romanam Curiam redierint seu venerint, rebus eximi contigerit ab humanis. Nec non quorumlibet pro quibuscunq; negotiis ad Romanam Curiam venientium seu etiam recedentium ab eadem, si in locis à dicta Curia ultra duas dietas legales non distantibus jam forsan obierint, vel eos in antea ab hâc luce transire contigerit; & etiam simili modo quorumcunque Curialium, peregrinationis, infirmitatis seu recreationis, vel aliâ quacunque causa ad quævis loca decedentium, si eos antequam ad dictam Curiam redierint, in locis ultra duas dietas, ab eadem Curia, ut præmittitur, non remotis, dummodo eorum proprium domicilium non existat ibidem, jam forsan decesserint, vel imposterum eos contigerit de medio submoveri & (*etiam*) nunc per obitum hujusmodi vacantia vel in posterum vacatura: Rursus monasteria, Prioratus & Decanatus, dignitates, personatus, administrationes, officia, Canonicatus, præbendas & Ecclesias, cæteraque beneficia Ecclesiastica, secularia & regularia, cum cura vel sine cura, quæcunque & qualiacunque fuerint; etiamsi ad illa personæ consueverint seu debuerint per electionem, seu quemvis alium modum assumi, quæ promoti per nos vel auctoritate nostra (ad) Patriarchalium, Archiepiscopalium, & Episcopalium Ecclesiarum, nec non Monasteriorum regimina, obtinebant tempore promotionum de ipsis factarum, nunc *quocunque modo* vacantia, aut in posterum vacatura; nec non etiam quæ per assecutionem pacificam, quorumcunq; prioratuum, dignitatum, personatuum, officiorum, canonicatuum, præbendarum, Ecclesiarum aut beneficiorum aliorum per nos, seu auctoritate nostrarum literarum immediate collatorum seu conferendorum imposterum, *præterquam si virtute gratiæ expectativæ assecutio fiat*, nunc vacantia & in antea vacatura (plena super præmissis omnibus & singulis cum fratribus nostris collatione præhabita, & matura deliberatione secuta) ordinationi, dispositioni ac provisioni nostræ (g) de

(a) *in tit. de præbendis additur:* aut muneris consecrationis suspensionem. (b) *in d. t.* & renunciationem. (c) *hæc non extant in d. tit.* (d) *al.* Auditoris. (e) *al. editum:* viginti quatuor. *In tit. de præbendis isti numeri sunt omissi.* (f) *d. tit.* Legatorum sive nuntiorum. (g) *In Martini V. concordatis addita est limitatio temporis:* ad quinquennium.

Digitized by Google

ipsorum fratrum consilio auctoritate Apostolica reservamus. Decernentes ex nunc irritum & inane, si secus super præmissis & quolibet eorum per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

§. 3. Item in Ecclesiis Metropolitanis & Cathedralibus etiam Apostolicæ sedi immediatè non subjectis, & in monasteriis Apostolicæ Sedi immediatè subjectis, fiant electiones Canonicæ, quæ ad Sedem Apostolicam deferantur, quas etiam ad tempus constitutum *in Constitutione Nicolai* (Papæ III.) *quæ incipit: Cupientes*, Papa expectet; quo facto si non fuerint præsentatæ, vel si præsentatæ minus canonicæ fuerint, Papa provideat; si verò Canonicæ fuerint, Papa eas confirmet; nisi ex causa rationabili & evidenti, & de fratrum consilio de digniori & ulteriori personâ duxerit providendum. Provisio, quod confirmati & provisi per Papam, nihilominus Metropolitanis & aliis præstent debita juramenta & alia, ad quæ de jure tenentur.

§. 4. In monasteriis, quæ non sunt immediatè subjecta sedi Apostolicæ, nec non in aliis beneficiis regularibus, super quibus pro confirmatione seu provisione non consuevit haberi recursus ad sedem Apostolicam; non teneantur venire electi, seu illi quibus providendum est ad Curiam ad habendum confirmationem seu provisionem; nec etiam dicta beneficia regularia cadant in gratiis expectativis. Ubi autem in Monasteriis ad Curiam Romanam venire seu mittere consueverunt, ibi Papa aliter non confirmet seu provideat, quam superius de Cathedralibus Ecclesiis est expressum. De Monasteriis Monialium Papa non disponat, nisi sint exempta & tunc per commissionem in partibus. De cæteris dignitatibus & beneficiis quibuscunque secularibus & regularibus vacaturis, * ultra reservationes jam dictas, majoribus dignitatibus post Pontificatus in Cathedralibus, & principalibus in collegiatis Ecclesiis exceptis, de quibus jure ordinario provideatur per illos inferiores, ad quos alias pertinet. (*)

§. 5. Item sanctissimus Dominus noster per quamcunque aliam reservationem, gratiam expectativam, aut quamvis aliam dispositionem sub quacunque verborum forma, per eum aut ejus auctoritate factam vel fiendam non impediet, quo minus de illis cum vacabunt de *mensibus* Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, & Decembris libere disponatur per illos, ad quos collatio, provisio, præsentatio, electio, aut alia quævis dispositio pertinebit. Reservationibus aliis aut promissis ac dispositionibus auctoritate ejusdem Domini nostræ Papæ factis vel faciendis, non obstantibus quibuscunque. Quotiens verò aliquo vacante beneficio de mensibus Januarii, Martii, Maji, Julii, Septembris, & Novembris specialiter dispositioni Apostolicæ sedis reservatis, non apparuerit infra tres menses à die notæ vacationis in loco beneficii, quod alicui de illo Apostolica auctoritate fuerit provisum, ex tunc & non antea ordinarius vel alius, ad quem illius dispositio pertinebit de illo liberè disponat.

§. 6. Item ad finem ut hæc ordinatio collationis beneficiorum non reservatorum *per alternas mensis* possit per nationem publicari, & omnes qui ipsa gaudere voluerint tempus congruum habeant eandem acceptandi, tunc quoad Apostolicam sedem in Kalendis Junii proximè futuris ipsa currere incipiet, durabitque deinceps, nisi in futuro Cōncilio de Consensu Nationis aliter ordinatum.

§. 7. Item circa provisionem Apostolicæ sedi ordinandam *modus annatarum* hoc modo currat: De Ecclesiis Cathedralibus omnibus & Monasteriis virorum duntaxat vacantibus & vacaturis, solventur pro fructibus primi anni à die vacationis summæ pecuniarum in libris Cameræ Apostolicæ taxatæ, quæ *communia servitia* nuncupantur. Si quæ verò excessivè taxatæ

(*) *in Martin. V. Concordatis additur:* nec computentur in turno seu vice eorum.

Digitized by Google

taxatæ ſunt, juſtè retaxentur: & provideatur ſpecialiter in gravatis regionibus ſecundum qualitatem rerum, temporum & regionum, ne nimium prægraventur: ad quod ſanctiſſimus Dominus noſter patentibus dabit Commiſſarios in partibus, qui diligenter inquirant & retaxent. Taxæ autem prædictæ pro media parte infra annum à die habitæ poſſeſſionis pacificæ totius vel majoris partis ſolvantur, & pro media parte infra ſequentem annum. Et ſi infra annum bis vel pluries vacaverint, ſemel tantum ſolvetur; nec debitum hujusmodi in ſucceſſionem in Eccleſia vel monaſterio tranſeat. De cæteris dignitatibus, perſonatibus, officiis & beneficiis ſecularibus quibuscunq; & regularibus, quæ auctoritate ſedis Apoſtolicæ conferentur, vel de quibus providebitur, (præterquam vigore gratiarum expectativarum, aut cauſa permutationis) ſolvantur annatæ ſeu medii fructus juxta taxam ſolitam à tempore poſſeſſionis infra annum, & debitum hujusmodi in ſucceſſorem in beneficio non tranſeat. De beneficiis verò quæ valorem viginti quatuor florenorum (auri) de Camera non excedunt, nihil ſolvatur, curratque hæc obſervantia deinceps, niſi eam [illegible]iliter in futuro Concilio de Conſenſu (nationis) immutari contingat.

§. 8. In aliis autem, quæ per felicis recordationis Dominum *Eugenium Papam quartum* pro natione præfata, usque ad tempus futuri Concilii permiſſa, conceſſa, indulta atque decreta, & per memoratum ſanctiſſimum Dominum noſtrum Papam Nicolaum confirmata fuere, in quantum illa concordiæ præſenti non obviant *iſta vice nihil extitit immutatum.*

§. 9. Voluit etiam memoratus Dominus Legatus, quod ſuper concordatis præſentibus, ſinguli Metropolitani prædictæ nationis petentibus quibuscunque quantum opus eis videbitur, ſub ſuis ſigillis tranſumpta concedere valeant, quodque tranſumtis eisdem in judicio vel extrà ſtetur & adhibeatur, tanquam huic originali cartæ, per omnia plena fides. Per hoc autem quod in concordatis hujusmodi ſive quibusvis aliis earum occaſione conficiendis literis propter competentiorem (compendioſorem) deſcriptionem *Alamaniæ* ſpecialis (ſpecialiter) appellatur, natio ipſa cenſeri non debet à Germanica natione diſtincta, ſeu quomodolibet ſeparata. Ad finem igitur & robur ac teſtimonium omnium præmiſſorum *Nos Fridericus Romanorum Rex, & Nos Johannes Cardinalis Legatus* ſupradicti cartam præſentem noſtris appenſis mandavimus communiri ſigillis.

CLIX. *Fœdus inter* Alphonſum Regem Arragoniæ & Siciliæ, & Ludovicum Ducem Sabaudiæ. *Neapolis, 27. Junii* 1449.

CONventiones & capitula ſuper univerſali Intelligentia & Liga tractata & concordata inter Sereniſſimum Principem & Dominum Dominum *Alfonſum Aragoniæ* & utriusq; Siciliæ Regem ex una parte; & Illuſtriſſimum Dominum Dominum *Ludovicum Sabaudiæ Ducem* ex parte altera; non ſolum pro communi Status ipſorum Dominorum Pricipum defenſione, *caſu quo aliquis Italicus*, hoc eſt aliqua Communitas, aliqua poteſtas, aliquis Cappitaneus, aliquod Dominium, vel aliquis Dominus in Italia contra ſtatum ipſorum Dominiorum Principum communiter vel diviſim *inſurgeret*; ſed etiam *pro conſervatione* & defenſione *Status & libertatis Mediolanenſium, ad quorum occupationem Franciſcus Sfortia Comes Cotignolæ, & nonnulli alii Itali manu militari laborant*, ac etiam pro totali exterminio & confuſione ejusdem Comitis, depulſione quoq; aliorum Italicorum, Mediolanenſium ſtatum & libertatem opprimentium; inita & firmata per eandem Regiam Majeſtatem & Magnificum Virum Dominum *Nicodum de Menthone* Dominum Nerniaci militem, Conſiliarium & Cambellanum ejusdem Domini Ducis, Oratorem, Nuntium & Procuratorem, ut de ejus procuratione conſtat, dictoque procura-

Digitized by Google

procuratorio nomine firmatum ſub pactis, conventionibus, reſervationibus & conditionibus inferius declarandis.

§. 2. Inprimis ſiquidem dictæ partes convenerunt inter ſe, ac una alteri ad invicem, & vice verſa promiſerunt, quod ſi aliquis, hoc eſt aliqua Communitas, aliqua poteſtas, aliquis Capitaneus, aliquod Dominium, vel aliquis Dominus in Italia, communiter vel diviſim ex quavis conſideratione vel cauſa inſurgeret, ſed etiam Statum ipſius Regiæ Majeſtatis vel ejusdem Domini Ducis in Italia & Nicia, teneantur eadem Regia Majeſtas, & idem Dominus Dux mutua invicem ſibi præſtare auxilia & juvamina juxta poſſe, nullo Domino, nulla Communitate, nulla Poteſtate, nullo Capitaneo, nulloque Dominio in Italia Eccleſiaſtico vel temporali, etiam ſi de eis facienda eſſet mentio ſpecialis, exceptis. Præterea cum ad depellendum, expugnandum & exterminandum hoſtiles impetus ejusdem Comitis, & aliorum, qui vel principaliter vel eidem Comiti adhærendo Mediolanenſium Statum & libertatem opprimunt, opporteat eandem Regiam Majeſtatem, & eundem Dominum Ducem *circa * viginti Ducentum armigerorum* numero tam equitum quam peditum caſtrametari; convenerunt Partes hujusmodi inter ſe, ac una alteri ſibi ad invicem & vice verſa promiſerunt, quod earum exercitus teneatur & debeat caſtra metari ac incipere offendere eundem Comitem Franciſcum & alios quoscumque libertatem & Statum Mediolanenſium offendentes, hinc ad quintam decimam diem menſis Auguſti proximè inſtantis, & inde ſucceſſivè usque ad exterminium ipſius Comitis & aliorum libertatem, ut prædicitur, Mediolanenſium, & Statum manu militari opprimentium; & quod hujus exercitus coinvicem vel diviſim prout eisdem Dominis Principibus vel eorum Miniſtris viſum fuerit, teneatur & debeat cum effectu, ac cum omni diligentia & cura defendere ſtatum & libertatem Mediolanenſium cum recuperatione Terrarum & Caſtrorum prædictorum, contra eundem Comitem Franciſcum, & contra quascumque Communitates, Poteſtates & quosvis Cappitaneos & Dominos in Italia nunc vel in futurum Mediolanenſium ſtatum & libertatem opprimentes, continuando hujusmodi offenſionem & defenſionem usq; ad totale exterminium & depulſionem ejusmodi Comitis & aliorum opprimentium, ut prædicitur libertatem Mediolanenſium, & eorum Statum.

§. 3. Etiam dictæ partes convenerunt inter ſe ac una alteri ad invicem, & vice verſa promiſerunt quod de *gagiis* ſeu ſtipendiis totius exercitus utriusque partis, de quinque partibus tres partes ſolvat ipſa Regia Majeſtas, & reliquas duas partes idem Dominus Dux.

§. 4. Ulterius dictæ partes convenerunt inter ſe, ac una alteri ad invicem, & vice verſa promiſerunt, quod ſalvis ſemper remanentibus & illæſis quibusvis appunctuamentis, capitulis, conditionibus, reſervationibus & pactis inter eandem Regiam Majeſtatem eundemque D. Ducem, ipſosque Mediolanenſes hinc inde initis, conventis & firmis, omnia & ſingula, quæ à (die) dictæ initæ Ligæ hujusmodi ac confirmationis & ratificationis per dictum Dominum Ducem fiendæ inter eos acquirentur, ſic inter præfatos Dominos Principes dividantur, ut *de quinque partibus tres partes habeat ipſa Regia Majeſtas, & duas partes idem Dominus Dux*, & inter eas cenſeatur & intelligantur eſſe diviſa & acquiſita à tempore ipſorum acquiſitionis per alteram partium prædictarum.

§. 5. Nihilominus partes hujusmodi inter ſe convenerunt, ac una ad invicem & vice verſa promiſerunt, quod ſi ante vel poſt ipſius *Comitis Franciſci* & aliorum quorumvis, Statum Mediolanenſium & libertatem opprimentium, totale exterminium & depulſionem quamcunque, ipſi Mediolanenſis in alterum ipſorum Dominorum Principum liberam & ſine oppreſſione aliqua & dolo electionem in Dn. duxerint faciendam, quilibet ipſorum Domi-

Digitized by Google

dominorum Principum, hoc est, ipsa Regia Majestas & idem Dominus Dux electionem hujusmodi à tempore hujus notitiæ in antea ratam & acceptam habere promittunt & conveniunt; pactis tamen conventionibus, reservationibus, conditionibus & capitulis inter ipsam Regiam Majestatem eundemque Dominum Ducem seu eorum alterum, ipsosq; Mediolanenses hinc inde initis, conventis & firmatis, salvis semper remanentibus & illæsis.

§. 6. Cæterum dictæ partes voluerunt & convenerunt inter se, ac promiserunt una alteri ad invicem & vice versa, hujusmodi confœderationem & ligam omniaq; supra & infra scripta, & eorum singula esse efficaciter duratura, non solum *usque ad totale exterminium & depulsionem ipsius Comitis* & ejus status, & aliorum quorumcumq; vexantium & opprimentium Mediolanensium statum & libertatem eorum, nec non usque ad pacificam liberationem ipsorum Mediolanensium, integramque recuperationem eorum Comitatuum, Castrorum & Terrarum; sed etiam vita ipsorum dominorum Principum durante & *hæredum* eorum. Sed ut solutionis onus gagiorum seu stipendiorum armigerorum hujusmodi inter eosdem dominos Principes juxta partes inter eos conventas superius æqua lance distribuatur & succedat, & ab altero emendetur, quicquid alter ultra partem sibi contingentem habuerit: Convenerunt inter se dictæ partes ac promiserunt una alteri ad invicem & vice versa, quod dictæ personæ exigendæ una per eundem Dominum Ducem de tribus in tribus mensibus *accipient monstras & revistas* armigerorum & peditum hujusmodi, vel sic eis visis, si alter ipsorum ampliori numero castrametetur, quam sibi incumbat jure conventionis præsentis, ab altera parte emendetur infra unum mensem à die monstrarum & revisionum hujusmodi in antea computatorum, salvo justo impedimento.

§. 7. Convenerunt præterea dictæ partes & promiserunt una alteri ad invicem & vice versa, nullam inire confœderationem seu ligam aut aliquod genus fœderis seu alicujus intelligentiæ, cum aliquo Domino, Potestate vel communitate, quæ directè vel indirectè, tacitè vel expresè esse possent, venire seu redimere in aliquam intruncationem, læsionem seu præjudicium, aut impedimentum conventionis, ligæ & intelligentiæ presentis, aut alicujus superius vel inferius scriptorum.

§. 8. Item est conventum & in pactum deductum inter partes prædictas, quod idem Dominus Dux Sabaudiæ hinc ad quintam decimam Augusti proximè futuri & anni præsentis inclusivè ratificet personaliter & confirmet, ratamque & gratam habeat in fide Principis & virtute juramenti per eum ad sancta quatuor Dei Evangelia præstandi, & sub obligatione omnium bonorum suorum formam præsentium Capitulorum, per dictum magnificum Nicodum de Menione Dominum Nerniaci ejus Oratorem & procuratorem factam, & omnia & singula quæ superius continentur præmissa; itaq; omnia & singula superiùs & inferiùs descripta dictæ partes in fide Principum & virtute juramenti per eos præstandi convenerunt & promiserunt, hoc est una pars alteri ad invicem & vice versa, Prothonotario infra scripto tanquam publicæ personæ & authenticæ, nomine & ad opus omnium illorum, quorum interest, intererit aut interesse poterit in futurum stipulanti & recipienti, attendere, complere & observare, & in aliquo non contra facere vel venire modo aliquo, ratione vel causa, *sub pœna millium Ducatorum auri*, danda, solvenda, & acquirenda parti tenenti & observanti, quæ superius & inferius continentur, per partem contra facientem vel non servantem, quæ desuper invicem conventa sunt & promissa sub pœna & nomine pœnæ, damno & interesse ejusdem; quæ pœna totiens committatur, & cum effectu à contra faciente & non observante, & bonis suis & Vasallorum suorum exigi possit & valeat, quotiens fuerit contra factum, vel cum effectu non fuerit observatum, rato semper manente pacto; qua pœna semel & pluries commissa,

missa, exacta vel non exacta, aut gratiosè remissa vel non, nihilominus præmissa & infra scripta omnia & eorum singula suam obtineant roboris firmitatem. Pro cujus quidem pœnæ executione, casu quo committatur, dictæ partes ex pacto convenerunt, inter se voluerunt, & statuerunt quod à parte contra faciente vel non servante, quæ superius vel inferius sunt descripta, bonisque suis & Vasallorum suorum, pars altera cui ex contraventione pœna ejusmodi fuerit acquisita, etiam manu militari exigere possit, & commoditatibus inferre. Data & acta in nostro dicti Regis Castellonovo Civitatis Neapolis, die XXVII. Junii. M CCCC XLIX. Signè Alfonse & Nicodus de Menthone.

CLX. Nicolaus V. *concedit* Alfonso *Arragonum & Siciliæ Regi* Insulam Castri rubei *Rhodo vicinam. Assisii, pridie Non. Octobr.* 1450.

NIcolaus V. &c. Inter innumeras & multiplices curas, quibus continuò pro rerum & negotiorum varietate premimur, illam libenter amplectimur, per quam nostræ provisionis auxilio & suffragiis Christianum nomen & fides orthodoxa nostris præcipuè temporibus defendatur, crescat, & augmentum suscipiat ac pro hujusmodi defensione militantes, honorem gloriam & commoda consequantur.

§. 2. Cum itaq; *nuper fide dignorum relatione perceperimus juxta Insulam Rhodi esse aliam parvam insulam, incolis & habitatoribus penitus viduatam*, in qua quoddam oppidum, *quondam Castrum rubeum nuncupatum*, ad hospitale S. Joannis Jerosolymitani pertinens, cujus ædificia, turres & structuræ per *Teucros* & Saracenos, aliosque Christiani nominis hostes diruta & solo æquata sunt, nec spem ullam esse, quod hospitale illorum reparationi intendere possit, imò periculum maximum imminere, ne Teucri & Saraceni, qui totam illam oram maritimam singulis annis, modo classe, modo copiis pedestribus, hostiliter discurrant, dictam Insulam occupent, & castrum ipsum reædificent, quod propter loci & situs oportunitatem, maxima damna circumvicinis locis Christianorum, & maximè Rhodiis inferre posset; è contra verò si dictum castrum per aliquem potentissimum Principem Christianum reædificaretur & muniretur, magna exinde præsidia Christianis adversus perfidos crucis Christi inimicos parari possent: nam cum eadem insula portum in mari habeat, classis Christianorum tuto se ibi recipere posset, & insula ipsa populo & habitatoribus fœcundaretur.

§. 3. Eam ob rem nos potentiam, existimationem, & devotionem charissimi in Christo filii nostri *Alfonsi Aragonum Regis* illustris, considerantes, ac attendentes, pium ejus propositum, & desiderium, ne dum ad Insulam Rhodi & regnum Cypri, verum ad alias circumvicinas regiones Christianas conservandas, & à miserrima oppressione ac crudelissima vexatione infidelium liberandas qui pro infensissimo odio, & nefandissima cupiditate, qua flagrant ad nomen Christianum exterminandum, singulis annis, ut audivimus, multa millia Christianorum capiunt, & (quod cum lacrymis, & ingenti animi dolore referimus miseras eorum animas demoniis fraudulenter prostituere conantur; cupientes quantum cum Deo possimus hanc barbarorum rabiem in Christianos comprimere, ac animadvertentes, quod Rex Arragonum, potentissimam classem paret, & omnes vires suas exercere velle se obtulit, ad infringendam Teucrorum & Saracenorum superbiam, modo dominium ipsius Insulæ & castri ei concederemus, prædictis omnibus matura deliberatione pensatis, eidem *Regi concedimus, ut dictum castrum reædificare*, & Insulam hominibus & habitatoribus fœcundare, ipsumq; *castrum & Insulam tanquam Dominus* liberè & licitè *possidere possit* quamdiu suæ Celsitudini videbi-

Digitized by Google

videbitur & placebit, non obſtantibus Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ac ſtatutis, ſtabilimentis, conſuetudinibus, uſibus ac naturis dicti hoſpitalis, quibus omnibus, etiamſi de illis, ac eorum totis tenoribus ſpecialis & expreſſa mentio habenda foret, hac vice dumtaxat ſpecialiter derogamus. Nulli ergo &c. Dat. Aſſiſii anno &c. M. CCCC. L. pridie Non. Octobris, pontificatus noſtri anno IV.

CLXI. Nicolai V. *Bulla de electione & coronatione* Friderici Imperatoris, *cum præcepto ad Imperii ſubditos, ut ei obediant. Romæ, XIV. Kal. April.* 1451.

Nicolaus V. ad futuram rei memoriam. Cum dudum ſacrum Romanum Imperium per obitum claræ memoriæ *Alberti Regis Romanorum*, qui illius gubernacula geſſerat, foret ſolatio viduatum, venerabiles fratres noſtri & dilecti filii nobiles viri ipſius Imperii electores ad inclytam domum Auſtriæ, quæ Regem prædictum & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum *Fredericum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum* genuit, convertentes intuitus ſuos generoſitate, vita, moribus, & virtutum meritis præclariſſimis, quibus idem chariſſimus filius noſter Fredericus præfulgere dignoſcitur, ipſis ſpem indubiam pollicentibus, quod ejusdem Alberti, quem Catholicum, & pium Principem, juſtitiæ zelatorem, fidei & Eccleſiæ fideliſſimum protectorem, & omnium virtutum plenitudine redimitum, univerſa commemorat Eccleſia, imitator eſſe ſtudeat integerrimus, *in Romanorum Regem, poſtmodum in futurum Imperatorem promovendum* unanimi voto, divina diſponente clementia, eundem Fridericum concorditer elegerunt. Idem Fridericus digeſta meditatione prævia, ad eorundem Electorum inſtantiam, electioni hujusmodi conſentiens, & humeros ſuos Regni tutelæ gerendæ prompta devotione ſubmittens, regali per eum ſuſcepta infula, de virtutibus in virtutes proficiens merita meritis majorum ſuorum accumulans, per annos ferè duodecim regni ſui gubernacula adeò providè, utiliter & ſalubriter geſſit Eccleſiæ unitati, & ipſius Regni proſperitati, ſingulorumq; ſervandis juribus & fidelibus quibuslibet in pacis ſucceſſibus votivè dirigendis diligenter intentus, ut ipſum Imperium tam providi, fidelis, & pii principis felici regimini multipliciter gaudeat ſe commiſſum. Poſtmodum autem idem filius noſter chariſſimus ad honorem S. R. E. & ſacri Imperii decus *victoriæ unctionem & imperiale diadema ab ipſa Eccleſia ſuſcepturus*, noſtro ſe conſpectui præſentavit, & illa per manus noſtras ſibi impendi humiliter ſupplicavit. Et quanquam in minoribus conſtituti de meritis & virtutibus ſuis fuiſſemus ſufficienter edocti, nihilominus ea, quæ laudis præconia noſtris auribus retulerant, experimento cenſemus fore longè majora, quam famæ facultas ſufficeret explicare.

§. 2. Nos igitur votis ſuis non immeritò benignum conferentes auditum, ipſumq; in æternæ charitatis & debiti honoris conſtringentes amplexibus, eundem filium noſtrum chariſſimum cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus diligenti deliberatione præhabita, de eorundem fratrum Conſilio ad gloriam omnipotentis Dei, & glorioſæ ſemper Virginis Mariæ, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, exaltationemque & honorem dictæ Romanæ Eccleſiæ & ſacri Imperii ad ſuſcipiendum Imperialis dignitatis culmen dignum & idoneum declaravimus, & electionem approbantes, ſibi *per manus venerabilis fratris noſtri Franciſci Portuenſis Epiſcopi unctionem hujusmodi impendi fecimus*, & tandem collatis ſibi omnibus dignitatis hujusmodi inſigniis, imperiali ipſum diademate ſupra dicto duximus coronandum: ſupplentes omnes defectus, ſi qui aut ratione formæ aut ratione perſonæ ſuæ, aut perſonarum dictorum Electorum, ſeu quavis alia

Digitized by Google

ratione vel causa in hujusmodi electione intervenerint quovis modo, ex certa scientia, & Apostolicæ plenitudine potestatis.

§. 3. Quocirca omnibus fidelibus & subditis præfati Imperii cujuscumque conditionis existant, etiamsi Regali aut Pontificali dignitate præfulgeant districtè præcipimus, quatenus præfato Imperatori, ut tenentur, efficaciter pareant, & intendant &c. Dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M. CCCC. LI, XIV. Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno VI.

CLXII. Nicolai V, *suspensio processus appellationis & declaratio de non cursuris fatalibus, cum* Carolus Sueciæ Rex *tanquam gravatus ad sedem Rom. appellasset, quod* Christiernus Daniæ Rex *capitulis Halmstadensibus stare nollet, & causa* Johanni Cardinali S. Angeli *Legato à Latere in Germaniam & Septentrionem, fuisset commissa. Romæ, Kal. April.* 1451.

Nicolaus V. &c. Dudum pro parte charissimi in Christo filii nostri Caroli Sueciæ Regis illustris nobis expositò: quod postquam dudum ipse & charissimus in Christo filius noster, *Christiernus Daniæ* Rex illustris, *qui super regiis titulis & dominiis* tunc expressè contendebant, & pro hujusmodi contentione ac litium & guerrarum dispendiis, quæ ex contentione hujusmodi suscitatæ fuerunt, & in deteriora invalescere formidabantur, semovendis; in oppido *Halmstadensi* Lundensis dioecesis per ipsorum solemnes Ambasiatores ibidem constitutos, & ad hoc pleno mandato munitos, in certa concordiæ capitula concludenda & decidenda, ac ad pacis effectum deducenda convenerant; certis super hoc, quod Ambasiatores hinc inde ad *opidum Auvascher* dictæ dioecesis in certo ad hoc statuto termino convenire, & ab illo discedere non deberent, capitulis hujusmodi non decisis, nec ad debitum hujusmodi pacis effectum deductis, per Ambasiatores hinc inde promissionibus, cautelis & juramentis adjectis: pro eo, quod dicti Christierni Regis Ambasiatores in præfato oppido Auvascher in dicto termino constituti promissionibus & juramentis hujusmodi, ut ipse Carolus Rex asserit contravenientes Capitula prædicta concludere & decidere, & ad pacis effectum deducere denegabant, & ab eodem oppido Auvascher prioribus conventionibus minimè satisfactis recesserant, ipsis tamen Ambasiatoribus Caroli Regis ex hoc se indebitè gravari asserentibus *ad sedem fuerat Apostolicam* appellatum: Nos ad instantiam ejusdem Caroli Regis dilecti filio nostro *Joanni S. Angeli diacono Cardinali* causam prædictam audiendam commisimus, & fine debito terminandam.

§. 2. Cum autem nos nuper prosecutionem causæ hujusmodi & in ea cœptum dicti Cardinalis processum certis bonis respectibus *usque ad beneplacitum nostrum* decreverimus suspendendum; pro parte ejusdem Caroli Regis nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus, ut de hujusmodi suspensione constare possit, & ne si illa moram susceperit *fatalia* prosecutionis appellationis hujusmodi propter moram ipsam labi censeantur, providere opportunè dignaremur.

§. 3. Nos igitur hujusmodi in hac parte supplicationibus inclinati, volumus auctoritate Apostolica & ex certâ scientia tenore præsentium decernimus, & etiam declaramus, quod præsentibus dicta suspensione stetur, quodq; etiam hujusmodi fatalia dicto *beneplacito*, sicut præfertur, durante, nullatenus decurrere censeri debeant, sed in eorum decursu fatalium tempus beneplaciti hujusmodi habendum fore pro subducto, perinde, ac si prosecutione prædictæ per nos non suspensa appellatio hujusmodi pro parte dicti

Digitized by Google

dicti Caroli Regis infra legitimum tempus foret debitè perſecuta. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno MCCCC LI. Kal. Aprilis. Pontificatus noſtri anno VI.

CLXIII. Nicolai V. *commiſſio data* Johanni S. Ruffinæ Epiſcopo Cardinali, Archiepiſcopo Cantuarienſi, *ad abſolvendum Anglos, qui* Richardi Eboracenſis Ducis *partes ſecuti,* Henrico Regi *fueraut rebelles. Dat. Romæ, anno* 1452. *VII. Kal. Auguſti.*

Nicolaus V. &c. Nuper fide digna relatione intelleximus, quod nonnulli Chriſti fideles in Regno Angliæ commorantes maligno ſpiritu, ut creditur, inſtigante, conſpirationes, inſultus, conventicula, & congregationes illicitas contra chariſſimum in Chriſto filium noſtrum *Henricum Angliæ Regem* illuſtrem, ejusque ſtatum ac Regni pacem ac tranquillitatem, nec non Archiepiſcopos, aliasque tam Eccleſiaſticas quam ſeculares perſonas infra dictum Regnum temerè & malitiosè fecerunt; propter quæ aliqui ex eis, contra quos conſpirationes & inſultus hujusmodi fiebant, inhumaniter interfecti, & ultimo ſupplicio dati, ac alias vulnerati, & bonis ſuis ſpoliati extiterunt. De quibus quidem conſpirationibus, inſultibus, conventiculis, congregationibus, interfectionibus, & aliis ſic perpetratis quamplures, qui paci & tranquillitati prædictis contravenerunt, ac mala hujusmodi perpetrarunt, ab intimis dolent, & ſe deliquiſſe fatentur, veniam, & Apoſtolicam ſede Apoſtolica miſericordiam humiliter poſtulantes.

§. 2. Quapropter cum vices geramus illius, cujus proprium eſt miſereri, & pœnitentibus parcere, fraternitati tuæ, de qua plurimum in Domino confidimus, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus per te ipſum, *qui etiam Archiepiſcopus Cantuarienſis exiſtis*, vel alium, quem ad hoc duxeris deputandum, omnes & ſingulos, qui contra chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Henricum Regem Angliæ prædictum, ejusque ſtatum ac Regni pacem & tranquillitatem, aliasque perſonas tam Eccleſiaſticas quam ſeculares, quæ Archiepiſcopali ſeu Epiſcopali dignitate non præfulgebant, infra dictum Regnum temerè ſeu malitiosè fecerunt, *& infra*, auctoritate noſtra hac vice dumtaxat abſolvas. Dat. Romæ apud S. Petrum, anno M CCCC LII. VII. Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri anno VI.

CLXIX. *Fœdus* Caroli VII. *cum* Helvetia. 1453. *Eſt primus tractatuum inter Galliam & Helvetios initorum.*

Carolus Dei gratia Francorum Rex. Univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem. Cum humanæ conditionis ſtatus motu multiplici varietur, nec in temporalibus inveniatur præter unum, quod cœleſtis beatæque vitæ imaginem repræſentet, ſola ſcilicet *dilectio*, quam caſualis non alterat eventus, quam ſæpe ratio caſualis non dividit, quamque temporalis longævitas non abdicat, non etiam corrumpit; Sanè rationi conſonum fore cenſemus ad humanitatem, clementiam, benignitatem, cunctorumque benevolentiam, pacem & tranquillitatem, ea dilectione nos uti debere; quod & lubenti animo volumus pariter & optamus.

§. 2. Cum itaq; *Magiſtri Civium, Schulteti, Ammani, Conſules, Cives, Communitates & Patriotæ* infra ſcriptarum civitatum, oppidorum & terrarum partiumq; *ligæ veteris Allamannicæ altæ*, videlicet, *de T. de Bern, Solodoro, Lucerna, Urania, Schwiz, Underwalden ſupra, & ſub ſilva, Zug & Glaris*, hujuſce dilectionis * ferventes regioque Liliorum ſceptro adhærere, & in Regno

Digitized by Google

noſtro converſari affectantes, apud Nos nuper interceſſerint, ut illos amicitiam noſtram & benevolentiam complecti, ac cum eis intelligentiam habere vellemus; Nos propterea cupientes univerſæ Gentis ſalutem, illius præcipuè, quæ ſub bonâ pace & tranquillitate vivere nititur, *Magiſtrorum civium*, & aliorum prænominatorum ſinceram voluntatem apud nos, affectionemq; integram ſuper ineunda & contrahenda nobiſcum & cum ſubditis noſtris amicitia intrinſeca meditatione penſantes; ad tollendum pacis perturbationes, & gentium inquietationes, cum prædictis Magiſtris Civium, Schultetis, Ammanis, Conſulibus, Civibus, Communitatibus, & Patriotis infra ſcriptarum Civitatum, oppidorum & terrarum partiumque ligæ veteris Allemannicæ altæ, videlicet de (Turego) de Berna, Solodoro, Lucerna, Urania, Schviz, Undervalden ſupra & ſub ſilva, Zug & Glaris, amicitiæ intelligentiam & conventionem inivimus & conſenſimus, inimus & conſentimus per præſentes modo & forma ſequentibus.

§. 3. Imprimis quod Nos pro nobis noſtrisque ſucceſſoribus promiſimus, pactumque & conventionem perpetuò ſervandam promittimus per præſentes; contra & adverſus præfatos Magiſtros Civium, Schultetos, Ammanos, Conſules, Cives, Communitates & Patriotas dictarum Civitatum, Oppidorum & Terrarum partiumque Ligæ verteris Alamannicæ, altæ, eorumque ſucceſſores per Nos & Regni noſtri ſubditos non eſſe, nec cuiquam perſonarum contra ipſos facere volenti, ſubſidium nec juvamen præſtare, nec cuiquam permittere nec conſentire per Regnum ſeu ditiones noſtras id attentare volenti.

§. 4. Item quod jam prædicti prædictarum Civitatum, oppidorum & terrarum partiumque ligæ veteris Alemanniæ altæ, Incolæ, ſubditi, Legati, nobiles, mercatores, peregrini & habitatores quicumque, ſeu cujuscunque conditionis, gradus, ſtatus, aut dignitatis fuerint cum omnibus rebus & bonis ſecurè poſſint pertranſire & redire per Regnum & ditiones noſtras, gentes armigeræ & non armigeræ, equeſtres & pedeſtres, quacumq; reali aut verbali moleſtia penitus ceſſante; dummodo præmiſſorum occaſione nobis ac ſubditis conſanguineis ac confœderatis noſtris confœderationibus nullum inferatur incommodum, præjudicium aut gravamen.

§. 5. Quæ ut majoris firmitatis robur in futurum obtineant, fide & verbo Regis per has præſentes firmavimus & firmamus ſigilli noſtri appenſione. Datum apud - - - - feriâ quartâ poſt feſtum Paſcha, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo tertio. Et Regni noſtri - - - -

CLXV. Nicolaus V. dat Alphonſo Luſitaniæ Regi, *cujus filius* Henricus *ſtudio iter in Indiam Orientalem aperiendi, usque ad Guineam & Nigrum fluvium penetraverat, & inſulas varias detexerat,* Imperium Ghineæ, *& poteſtatem barbarica Regna ſubjiciendi, prohibens, ne alii ſine Luſitanorum permiſſione ad eas oras navigent. Romæ, VI. Id. Januar.* 1454.

Romanus Pontifex Regni cœleſtis clavigeri ſucceſſor, & Vicarius Jeſu Chriſti; cuncta mundi climata omniumque nationum in illis degentium qualitates paternâ conſideratione diſcutiens, ac ſalutem quærens & apperens ſingulorum, illa perpenſâ deliberatione ſalubriter ordinat & diſponit, quæ grata divinæ Majeſtati fore conſpicit, & per quæ oves ſibi divinitus creditas ad unicum ovile Dominicum reducat & acquirat eis felicitatis æternæ præmium, ac veniam impetret animabus, quæ eò certius, auctore Domino, prove-

Digitized by Google

provenire credimus, si condignis favoribus & specialibus gratiis eos Catholicos prosequamur Reges & principes, quos veluti Christianæ fidei athletas & intrepidos pugiles, non modo Saracenorum cæterorumque infidelium Christiani nominis inimicorum feritatem reprimere, sed etiam ipsos eorumque regna ac loca, etiam in longissimis, nobisque incognitis partibus consistentia, pro defensione & augmento fidei debellare, suoque temporali dominio subdere, nullis parcendo laboribus & expensis, facti evidentia cognoscimus, ut Reges & principes ipsi, sublatis quibusvis dispendiis ad tam saluberrimum tamque laudabile prosequendum opus per amplius animentur.

§. 2. Ad nostrum siquidem nuper, non sine ingenti gaudio, & nostræ mentis lætitia pervenit auditum, quod dilectus filius nobilis vir *Henricus Infans Portugaliæ*, charissimi in Christo filii nostri *Alfonsi Portugaliæ & Algarbii regnorum Regis* illustris, patriis inhærens vestigiis claræ memoriæ *Joannis* dictorum Regnorum Regis *ejus genitoris* ac zelo salutis animarum, & fidei ardore plurimum succensus, tanquam catholicus & verus omnium Creatoris Christi miles, ipsiusq; fidei acerrimus ac fortissimus defensor, & intrepidus pugil, ejusdem Creatoris glorioſissimum nomen per universum terrarum orbem etiam in remotissimis & incognitis locis divulgari, extolli & venerari, nec non illius ac vivificæ, qua redemti sumus crucis inimicos perfidos Saracenos videlicet, ac quoscumq; alios infideles ad ipsius fidei gremium reduci, ab ejus ineunte ætate totis aspirans viribus, post *Ceptensem civitatem in Africa* consistentem per dictum Joannem Regem, ejus subactam dominio, & post multa per ipsum Infantem nomine dicti Regis contra hostes & infideles prædictos, quam etiam in propriâ persona, non absq; maximis laboribus & expensis, ac rerum & personarum periculis & jactura, plurimorumq; naturalium suorum cæde gesta bella, ex tot tantisq; laboribus, periculis & damnis non fractus neque territus, sed ad hujusmodi laudabilis & pii propositi sui persecutionem in dies magis atque magis exardescens, *in Oceano mari quasdam solitarias insulas* fidelibus propalavit, ac fundari & construi inibi fecit ecclesias, & alia pia loca, in quibus divina celebrantur officia, ex dicti quoque Infantis laudabili opera & industria quamplures diversarum in dicto mari existentium insularum, incolæ seu habitatores, ad veri Dei cognitionem venientes, sacrum baptismum susceperunt ad ipsius Dei laudem & gloriam, ac plurimarum animarum salutem, orthodoxæ quoque fidei propagationem, & divini cultus augmentum.

§. 3. Præterea cum olim ad ipsius Infantis pervenisset notitiam, quod nunquam, vel saltem à memoria hominum non consuevisset per hujusmodi Oceanum mare versus orientales plagas navigari, illudque nobis occiduis adeò foret incognitum, ut nullam de partium illarum gentibus certam notitiam haberemus, credens se maximè in hoc Deo præstare obsequium, si ejus operâ & industria mare ipsum usque ad *Indos, qui Christi nomen colere dicuntur*, navigabile fieret, sicque cum eis participare, & illos in Christianorum auxilium adversus Saracenos, & alios hujusmodi fidei hostes commovere posset, ac nonnullos gentiles seu paganos nefandissimi Machometi sectâ minimè infectos populos inibi medio existentes continuò debellare, eisq; incognitum sacratissimum Christi nomen prædicare, ac facere prædicari, regiâ tamen semper auctoritate munitus, *à viginti quinque annis citra*, exercitum ex dictorum regnorum gentibus, maximis cum laboribus periculis & expensis in velocissimis navibus, caravellis nuncupatis *ad perquirendum mare*, & provincias maritimas *versus meridionales partes & polum antarcticum annis singulis ferè mittere non cessavit*, sicque factum est, ut cum naves hujusmodi quamplures portus, insulas & maria perlustrassent, *ad Ghineam provinciam tandem pervenirent*, occupatisque nonnullis insulis, portubus ac mari,

ac mari, eidem provinciæ adjacentibus, ulterius navigantes *ad ostium cujusdam magni fluminis Nili communiter reputati* pervenirent, & contra illarum partium populos, nomine ipsorum Alfonsi Regis & Infantis per aliquos annos guerra habita extitit, & in illa quamplures inibi vicinæ insulæ debellatæ, ac pacificè possessæ fuerunt, prout adhuc cum adjacenti mari possidentur. Exindè quoq; multi Ghinei & alii *Nigri* vi capti, quidam etiam non prohibitarum rerum permutatione seu alio legitimo contractu emptionis ad dicta sunt regna transmissi. Quorum inibi in copioso numero ad Catholicam fidem conversi extiterunt, speraturq; divinâ favente clementia, quod si hujusmodi cum eis continentur progressus, vel populi ipsi ad fidem convertentur, vel saltem multorum ex eis animæ Christo lucrifient.

§. 4. Cum autem, sicut accepimus, licet Rex & Infans prædicti, qui cum tot tantisq; periculis, laboribus & expensis, nec non perditione tot naturalium regnorum hujusmodi, quarum inibi quamplures perierunt, ipsorum naturalium dumtaxat freti auxilio, provincias illas perlustrari fecerunt, ac portus, insulas & maria hujusmodi, acquisiverunt & possederunt, ut præfertur, ut illorum veri domini; *timentes ne aliqui* cupiditate ducti, *ad partes illas navigarent*, & operis hujusmodi perfectionem, fructum & laudem sibi usurpare, vel saltem impedire cupientes, propterea seu lucri commodo aut malitiâ ferrum, arma, lignamina, aliasq; res & bona ad infideles deferri prohibita portarent vel transmitterent, & ipsos infideles navigandi modum edocerent, propter quæ eis hostes fortiores ac duriores fierent, & hujusmodi prosecutio vel impediretur, vel forsan penitus cessaret, non absque offensa magna Dei, & ingenti totius Christianitatis opprobrio; ad obviandum præmissis, ac pro suorum juris & possessionis conservatione, sub certis tunc expressis gravissimis pœnis prohibuerint, & generaliter statuerint, quod *nullus, nisi cum suis nautis ac navibus, & certi tributi solutione, obtentaq; prius desuper expressâ ab eodem Rege vel Infante licentia, ad dictas provincias navigare, aut in earum portubus contractare seu in mari piscari præsumeret*; tamen successu temporis evenire posset, quod aliorum regnorum seu nationum personæ invidiâ, malitiâ, aut cupiditate ducti contra prohibitionem prædictam absque licentia & tributi solutione hujusmodi ad dictas provincias accedere, in sic acquisitis provinciis, portubus & insulis, ac mari navigare, contractare, & piscari præsumerent, & exinde inter Alfonsum Regem ac Infantem, qui nullatenus se in iis sic deludi paterentur, & præsumentes prædictos, quamplura odia, rancores, dissensiones, guerræ & scandala in maximam Dei offensam, & animarum periculum verisimiliter subsequi possent & subsequerentur. Nos præmissa omnia & singula debita meditatione pensantes, & attendentes, quod cum olim præfato Alfonso Regi quoscumque Saracenos ac paganos, aliosque Christi inimicos ubicumque constitutos, ac regna, Ducatus, Principatus, Dominia, possessiones, & mobilia & immobilia bona quæcumque per eos detenta ac possessa invadendi, conquirendi, expugnandi, debellandi & subjugandi, *illorumq; personas in perpetuam servitutem redigendi*, ac Regna, Ducatus, Comitatus, Principatus, Dominia, possessiones & bona sibi & successoribus suis applicandi, appropriandi, ac in suos successorumque usus & utilitatem convertendi, *aliis nostris literis* plenam & liberam inter cætera concessimus facultatem; dictæ facultatis obtentu idem Alfonsus Rex, seu ejus auctoritate prædictus Infans juste & legitimè insulas, terras, portus & maria hujusmodi acquisivit ac possedit, & possidet, illaque ad eundem Alfonsum Regem & ipsius successores de jure spectant & pertinent, neque quivis alius ex Christi fidelibus, absque ipsorum Alfonsi Regis & successorum suorum licentia speciali de illis se hactenus intromittere licitè potuit, nec potest quoquo modo; ut ipse Alfonsus Rex ejusque successores & Infans eò sincerius huic

tam

Digitized by Google

tam piissimo ac præclaro, & omni ævo memoratu dignissimo operi, (in quo cum animarum salus, fidei augmentum, & illius hostium depressio procurentur, Dei ipsiusque fidei ac Reipublicæ universalis Ecclesiæ rem agi conspicimus,) insistere valeant & insistant, quos sublatis quibusvis dispendiis, amplioribus, seu per nos & sedem Apostolicam favoribus & gratiis munitos fore conspexerint; de præmissis omnibus & singulis plenissimè informati, *motu proprio*, non ab ipsorum Alfonsi Regis & Infantis vel alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, maturaque prius desuper deliberatione præhabita, auctoritate Apostolicâ, & ex certa scientia de Apostolicæ potestatis plenitudine; literas facultatis præfatas, (quarum tenores de verbo ad verbum præsentibus haberi volumus pro insertis, cum omnibus vel singulis in eis contentis clausulis) ad Ceptensem & prædicta, & quæcunq; alia, etiam ante datam dictarum facultatem literarum acquisita, & ea, quæ in posterum nomine dictorum Alfonsi Regis, suorumque successorum & Infantis in ipsis ac illis circumvicinis, & ulterioribus ac remotioribus partibus de infidelium seu paganorum manibus acquiri poterunt, provincias, insulas, portus & maria quæcumque, Extendi, & illa sub ejusdem facultatis literis comprehendi, ipsarumque facultatis & præsentium literarum vigore, jam acquisita, & quæ in futurum acquiri contigerint, postquam acquisita fuerint, ad præfatum Regem & successores suos ac Infantem, ipsamque *conquestam, quam à capitibus de Barador & de Nam usque per totam Ghineam*, videlicet versus illam meridionalem plagam extendi, harum serie declaramus, etiam *ad ipsos Alfonsum Regem*, successores suos ac Infantem, *& non ad aliquos alios spectasse* & pertinuisse, ac in perpetuum spectare & pertinere de jure; nec non Alfonsum Regem, & successores suos ac Infantem prædictos in illis & circa ea, quæcumque prohibitionis, statuta & mandata, etiam pœnalia, & cum cujusvis tributi impositione facere, & de ipsis, ut de rebus propriis & aliis ipsorum dominiis disponere & ordinare potuisse, ac nunc & in futurum posse liberè & licitè tenore præsentium decernimus & declaramus. Ac pro potioris juris & cautelæ suffragio, jam acquisita, & quæ in posterum acquiri contigerit, provincias, insulas, portus, loca, & maria quæcumque, quotcumque & qualiacunque fuerint, ipsamque conquestam à capitibus *de Baradoch & de Nam* prædictis Alfonso Regi & successoribus suis Regibus dictorum regnorum ac Infanti præfatis perpetuò, donamus, concedimus & appropriamns per præsentes.

§. 5. Præterea cum ad perficiendum opus hujusmodi multipliciter sit opportunum, quod Alfonsus Rex & successores ac Infans prædicti, nec non personæ, quibus hoc duxerint, seu aliquis ipsorum duxerit committendum, illius dicto Joannis Regi, per felicis recordationis *Martinum V.* & alterius indultorum, etiam inclytæ memoriæ *Eduardo* eorundem Regnorum Regi, *ejusdem Alfonsi Regis genitori*, per piæ memoriæ *Eugenium IV.* Romanos Pontifices prædecessores nostros concessorum versus dictas partes cum quibusdam Saracenis & infidelibus, de quibuscumque rebus & bonis ac victualibus emptiones & venditiones, prout congruit, facere; nec non quoscumq; contractus inire, transigere, pacisci, mercari, ac negotiari, & merces quascumq; ad ipsorum Saracenorum & infidelium loca, dummodò ferramenta, lignamina, funes, naves, seu armaturarum genera non sint, deferre, & ea dictis Saracenis & infidelibus vendere; omnia quoque alia & singula in præmissis, & circa ea opportuna vel necessaria facere, gerere vel exercere, ipsique Alfonsus Rex, successores, & Infans in jam acquisitis, & per eum acquirendis provinciis, insulis, ac locis quascumq; Ecclesias, monasteria, & alia pia loca fundare, ac fundari & construi nec non *quascumque voluntarias personas Ecclesiasticas*, seculares, quorumvis etiam mendicantium ordinum regulares (de superiorum tamen suorum licentia) *ad illa transmittere*,

mittere, ipsæque personæ inibi etiam, quæ advenerint, commorari, ac quorumcunque in dictis partibus existentium, vel accedentium confessiones audire, illisque auditis, in omnibus, præterquam sedi prædictæ reservatis casibus, debitam absolutionem impendere, ac pœnitentiam salutarem injungere, nec non Ecclesiastica Sacramenta ministrare valeant, liberè ac licitè decernimus; ipsique Alfonso & successoribus suis Regibus Portugalliæ, qui erunt in posterum & infanti præfato, concedimus & indulgemus, ac universos & singulos Christi fideles, Ecclesiasticos, seculares, & ordinum quorumcunque regulares, ubilibet per orbem constitutos, cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis vel præeminentiæ fuerint, etiamsi Archiepiscopali, Episcopali, imperiali, regali, reginali, ducali, seu alia quacumque majori, ecclesiasticâ vel mundanâ dignitate præfulgeant, *obsecramus* in Domino, & *per aspergionem sanguinis Domini nostri Jesu Christi*, cujus, ut præmittitur, res agitur, exhortamur, eisque in remissionem suorum peccaminum injungimus, nec non hoc perpetuo prohibitionis edicto districtius inhibemus, ne ad acquisita, seu possessa nomine Alfonsi Regis, aut in conquista hujusmodi consistentia provincias, insulâs, portus, maria, & loca quæcumque, seu aliàs ipsis Saracenis infidelibus vel paganis arma, ferrum, lignamina, aliaque à jure Saracenis deferri prohibita quoquo modo; vel etiam absque speciali ipsius Alfonsi Regis, & successorum suorum & Infantis licentia, merces, & alia à jure permissa deferre, aut per maria hujusmodi navigare, seu deferri, vel navigari facere, aut in illis piscari, seu de provinciis, Insulis, portubus, maribus & locis, seu aliquibus eorum, aut de conquista hujusmodi se intromittere, vel aliquid, per quod Alfonsus Rex & successores sui, & infans prædicti, quo minus acquisita & possessa pacificè possideant, ac conquistam hujusmodi prosequantur, & faciant per se vel alium seu alios, directè vel indirectè opere vel consilio facere aut impedire quoquo modo præsumant.

§. 6. Qui verò contrarium fecerit, ultra pœnas contra deferentes arma & alia prohibita Saracenis quibuscunque à jure promulgatas, quos illos incurrere volumus ipso facto, si *personæ* fuerint *singulares*, *excommunicationis sententiam* incurrant; si *communitas* vel universitas, civitas, castri, villæ, seu loci; ipsa civitas, castrum, villa seu locus *interdicto subjaceat* eo ipso, nec contra facientes ipsi vel aliqui eorum ab excommunicationis sententia absolvantur, nec interdicti hujusmodi relationem Apostolicâ, seu alia quavis auctoritate obtinere possint, nisi ipsi Alfonso, & successoribus suis ac Infanti prius pro præmissis congruè satisfecerint, aut desuper amicabiliter concordaverint cum eisdem: Mandantes per Apostolica scripta venerabilibus fratribus nostris *Archiepiscopo Ulixbonensi*, *Silvensi*, *ac Ceptensi Episcopis*, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium seu alios, quotiens pro parte Alfonsi Regis & illius successorum ac Infantis prædictorum, vel alicujus eorum desuper fuerint requisiti, vel aliquis ipsorum fuerit requisitus, *illos*, *quos excommunicationis & interdicti sententias hujusmodi incurrisse constituit*, *tamdiu dominicis* aliisque festivis diebus in Ecclesiis, dum inibi major populi multitudo convenerit ad divina, *excommunicatos & interdictos*, aliisque pœnis prædictis innodatos fuisse & esse auctoritate Apostolica declarent & *denuntient*, nec non ab aliis nuntiari & ab omnibus arctius evitari faciant, donec pro præmissis satisfecerint seu concordaverint, ut præfertur. Contradictores &c. Dat. Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis dominicæ M. CCCC LIV. vi. Jd. Januarii. Pontificatus nostri anno VIII.

CLXVI.

Digitized by Google

CLXVI. Calixtus III. *in electione se voto solemni obstringit, de tentanda Constantinopoleos recuperatione.* 1455.

EGO *Calixtus Papa III. promitto & voveo* sanctissimæ Trinitati, Patri, & Filio & Spiritui sancto, Dei Genitrici semper Virgini, SS. Apostolis Petro & Paulo, totiq; Curiæ cœlesti, *quod etiam per effusionem sanguinis proprii*, si opus fuerit, *dabo operam*, & adhibebo omnimodam diligentiam, quantum potero, juxta consilium venerabilium fratrum meorum; *pro recuperatione Civitatis Constantinopolitanæ*, quæ, heu! peccatis hominum exigentibus, nostris temporibus occupata & eversa est per Jesu Christi crucifixi Salvatoris nostri inimicum filium diaboli Machometum & Turcarum dominum; pro liberatione deinde captivorum Christianorum, nec non ad exaltationem fidei orthodoxæ, & exterminationem diabolicæ sectæ reprobi perfidiq; Machometi in partibus Orientalibus, ubi maxime lumen fidei occubuit. *Quod si oblitus fuero tui Jerusalem, oblivioni detur dextra mea, & adhæreat lingua mea faucibus meis*, si non meminero tui, & si non proposuero Jerusalem in principio lætitiæ meæ: sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Evangelia.

CLVII. Caroli Regis Galliæ *Epistola ad quosdam Principes Imperii; Communitates jura Ecclesiæ & Nobilitatis infringere conantes, expugnandas esse.* 1455.

CHarissimis Consanguineis nostris *Archiepiscopo Maguntinensi*, Electori Romani Imperii, *Alberto Marchioni Brandenburgensi*, *Jacobo Marchioni Badensi Comiti*, *& Ulrico Comiti de Wirtenberg*, *Capitaneis* &c. *Carolus* &c. Carissimi Consanguinei, literas vestras credentiales datas in (*) Heydelli die penultima Januarii novissimè præteriti, in oppido præsenti Alençonii vigesima prima hujus mensis Martii, nobis per *Johannem de Lisura Præpositum Ecclesiæ Maguntinensis*, *& Johannem de Walderade Militem Consiliarios & Oratores vestros* præsentatas recepimus, earumq; credentiam per ipsos expositam ad plenum audivimus, in effectu continentem; qualiter *Communitates patriæ illius clandestinis confœderationibus cum aliquibus Communitatibus eis vicinis conjunctis, animo elevato ad libertates & privilegia Ecclesiæ Ecclesiasticarumq; personarum abolendas ac auctoritatem Nobilium omninò prosternendam arma sumpserunt*, & nisi properè provideatur patriam pessundabunt: vestri ex parte requirentes, si contrarium nobis exponeretur: minimè credere velle; verum si necesse foret ad libertates Eccl. autoritatemque Nobilium conservandas auxiliari, ac nostris subditis favere ipsis communitatibus inhibere.* Grave enim nobis est audire, Ecclesiam in suis libertatibus pati, ad quam pacificandam tantum laboravimus, quod eam, Deo concedente, reddidimus unitam & ipsius libertatem conservari, ac auctoritatem vestram & cæterorum Nobilium ab injuriis præservari, vestigia prædecessorum nostrorum insequendo vellemus, ut latius dictis vestris Consiliariis & Oratoribus responderi fecimus, per quos poteritis ad plenum informari. Datum in oppido Alençonii vigesimo quarto Martii. (*) *forte*: Heydelberg.

CLXVIII. Caroli VII. Regis Galliæ *Epistola ad* Nicolaum V. *Pontificem quod Prælati omnes Regni Franciæ fidelitatis juramentum Regi præstare debent, & quod bullæ ad solum Regem destinandæ.*

BEatissime Pater. Credimus sanctitatem vestram non ignorare, quod *Prælati Regni nostri* in præfectionis suæ primordio nobis præstant & præ-

Digitized by Google

ſtare tenentur *ligium plerique homagium, & omnes alii fidelitatis juramentum*, pro ſuarum temporalitatibus Eccleſiarum, etiam illarum quæ noſtrorum quorumcunque circumdantur à terris ſubditorum, aut quæ ſitæ ſunt infra dominia ipſorum ſive ſint Duces, ſive Comites, aut alii domini temporales in ipſo noſtro Regno quovis honore ſeu titulo fungentes: ſumus enim unicus Prælatorum & Eccleſiarum hujusmodi Princeps, protector & conſervator ſecularis; nec ſubditi ſunt ipſi Prælati & eorum Eccleſiæ aliis temporalibus aut ſecularibus dominis, quam nobis, *omnesque in & ſub regalia continentur.*

§. 2. Et propter ea & alia, dum auctoritate Apoſtolica per electionum confirmationes aut aliàs canonicè præficiuntur talibus Eccleſiis Prælati, *debent* tàm de jure, quàm de conſuetudine legitima, & maximè propter bonum ipſarum Eccleſiarum ac perſonarum Eccleſiaſticarum, etiamq; ob decus & rationem dignitatis & auctoritatis noſtræ coronæ & Majeſtatis Regiæ, de his proviſionibus ab Apoſtolica ſancta ſede reſcripta vel expreſſæ *bullæ nobis, & non aliis dominis temporalibus dirigi & deſtinari*; & ita dirigere conſueverunt ſummi Pontifices veſtri Prædeceſſores noſtris prædeceſſoribus & nobis. Et ſi contigerit interdum & de aliquibus Eccleſiis ſimilibus aliter uſum fuiſſe, hoc forſitan acciderit occaſione diviſionum, quæ in ipſo noſtro Regno vigebant; quibus profectò cauſantibus, nonnulli ipſorum dominorum & aliorum nobis ſubditorum à nobis diſſidebant, & nimis auctoritatis uſurpativè ſibi attribuentes, tunc temporis litteris & mandatis noſtris obedientiam, ut debebant his in rebus non exhibuiſſent. Ubi autem modò, favente Deo, penitùs ſunt illæ diviſiones exſtinctæ, ipſorumque noſtrorum erga nos reunio, paxque confecta ſubditorum, & ab eis nobis & aliis decenter dignitati & auctoritati noſtræ Regiæ deferatur, nec ampliùs ſinatur deprimi, neque ei, neque ullius juribus noſtris detrahi: nam, ſicut tenemur, ad eorum converſationem, ſollicitudinem & operam protinùs daturi ſumus accuratiorem.

§. 3. Eas igitur ob res Sanctitatem veſtram enixius peroramus, quatinus quantumque nobis plus exoptat complacere, & ſincerioris affectus & amoris ſignum præſtantius nobis oſtendere, dignetur ſuper his æquanimiter advertere, & amodò nobis & nulli alii domino temporali, de omnium & ſingularum quarumcunque Eccleſiarum, ubicumq; & ſub cujuscumque terra ſeu dominio in noſtro Regno ſitarum, proviſionibus prætactis Apoſtolica reſcripta ſeu bullas, veſtrorum more prædeceſſorum ſecundum ipſa jura noſtra dirigere atque deſtinare. In hoc paſtorale debitum, Coronæ verò noſtræ quam tantopere & totiens apud Apoſtolicam ſanctam ſedem & Eccleſiam Romanam ſatis promeruiſſe dignoſcitur, rationem & nobis acceptiſſimam gratitudinem confectura Sanctitas eadem: quam votiva felicitate pervalere concupimus ad ſaluberrimam ſanctæ Dei Eccleſiæ directionem. Scriptum &c.

CLXIX. Caroli VII. *Galliæ Regis Epiſtola ad Summum Pontificem, qua permittit in Regno ſuo Indulgentias publicari in ſubſidium Regis Cypri.*

BEatiſſime Pater. Sanctitatis veſtræ literas per militem egregium *Phœbum de Luſiniano, & Hugonem Podecator Legum Doctorem, ſereniſſimos Principis fratres & conſanguinei noſtri chariſſimi Johannis Cypri Regis Oratores & Nuntios*, ad nos deſtinatos nuper ſuſcepimus: eorumq; etiam injunctam ex parte Regis

Regis ipsius credentiam ad plenum audivimus, per quas quidem literas, & ipsorum Oratorum relationem accepimus, infideles eosdem Regi & Insulæ opprimendæ ac omnino devastandæ, etiam & desolandæ in Regis prædicti detrimentum irreparabile.*. Adjicientes ulterius Oratores illi *Indulgentiarum subsidium*, quod in Regno nostro colligi & levari ex concessione vestræ Sanctitatis ob idipsum deposcebant, *absque nostro consensu præfatæ Sanctitati per nos expresse notificato nequaquam concedere voluisse.*

§. 2. Nos vero qui ad fidei Christianæ defensionem, & ipsorum infidelium repressionem, ac Regis & Insulæ prædictæ tuitionem pia semper impendia præstari vellemus, etiam ob fidei favorem, vestræ Sanctitatis honorem, & Regis præfati contemplationem, contenti sumus ipsarum indulgentiarum per vestram sanctitatem concessarum seu concedendarum emolumentum nostro in Regno per Deputatos ad hoc levari & percipi. Quod quidem vestræ Beatitudini ad ipsorum Ambaxiatorum instantiam harum serie notificamus. Quoad cætera vero auxilii ferendi hortamenta nostram super hoc intentionem Oratoribus nostris plene patefecimus. Sanctitatem vestram tueatur Altissimus ad longissimum regimen Ecclesiæ Dei sanctæ. Scriptum Bituris, 18. Octobris.

CLXX. *Epistola* Caroli VII. *Regis Galliæ* ad Ducem Clevensem, *quod ex fœdere Rex Archiepiscopo Colonienſi assistere teneatur, si Dux eum gravari pergat.*

Carolus &c. Carissime Consanguinee. Literas habuimus iteratas à carissimo Consanguineo nostro Archiepiscopo Colonienſi, quod licet alias vobis scripsissemus vos caritative & amicabiliter adhortando, rogitando, ut pro facilius sedando bello inter ipsum & vos exorto, & comperienda invicem bona pace, ab illationibus damnorum, & aliis *expletis belli* adversus eum ad ejus Ecclesiam, terram & gentes abstineritis: Nihilominus gravioribus injuriis & molestiis eum & suos lacessere non destitistis, quod nobis in maximam cedit admirationem, pariter & displicentiam.

§. 2. Et quia sicut ex suarum tenore litterarum concepimus *vobis se obtulit ad omnem rationem* super controversiis & querelis vestris hinc inde se fore paratum exhibere & convenire, seque sua de parte nostræ & nostri consilii ordinationi submittere & acquiescere velle, si pari modo vos id facere velletis: Nos qui ob Dei & Ecclesiæ reverentiam & honorem, ac etiam sanguinis & affinitatis hinc inde vinculum, ad componendam inter vos invicem bonam concordiam libenter operam daremus; Vos iterum attentius rogamus, quatenus ad hujusmodi pacem intendere velitis, & à pluri lacessitudine adversus eum & suos omnino cessare; de intentione vestra super hoc nos certiorando, ut eam valeamus opportune ipsi Archi-Episcopo notificare. Sciturus, quod *attentis confœderationibus inter nos & ipsum initis & confectis*, si & dum nos de præbendo sibi auxilio & succursu requireret, non possemus hoc commode sibi negare, nec nos ullatenus excusare. Non igitur omittatis vestram super hoc nobis modo scribere voluntatem. Datum &c.

CLXXI. Caroli VII. *Regis Galliæ Epistola, qua Archiepiscopo Colonienſi auxilia pollicetur,*

Carolus &c. Carissime Consanguinee, recepimus literas vestras credentiales. & audivimus earum credentiam nobis expositam per carum Consanguineum nostrum *Comitem de Blancken.* Cui super expositis per

Digitized by Google

eum nobis, statim respondimus, *offerentes in auxilium vestrum* quadringentos armigeros & mille ducentos sagittarios, eorum armis bellicosis decenter communitos, vobis obsecuturos per annum, vel saltem per novem vel octo menses, cum stipendiis per mensem *pro quolibet armigero quatuor francorum, & pro quolibet sagittario duorum francorum*: nec non ultra contemplatione vestri, prout per ipsum dictarum gentium Capitaneis certam pecuniæ summam, ut quantocius iter arriperent, distribui ordinaverimus, per dictum Consanguineum nostrum poteritis plenius informari. Datum Caynone.

CLXXII. Christiernus Daniæ Rex *scribit* Carolo Regi Galliæ, *prorogandam esse dietam inter se & Scotiæ Regem coram Rege Galliæ ad controversa eorum sedanda indictam, ob novum emergens, quod intervenerat, navem Islandicam à Scotis interceptam. Kopenhaven, Dominica in Ramis Palmarum, 1457.*

SEreniſſimo & Chriſtianiſſimo Principi Carolo Dei gratia Regi Francorum, fratri noſtro cariſſimo, *Chriſtiernus* eadem gratia *Daniæ*, Norvegiæ, Slavorum, Gotorumq; Rex, Dux *Eſtoniæ*, Comes in Oldenborch & Delmenhorſt, ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum. Operæ pretium eſt, Princeps Sereniſſime & Chriſtianiſſime Rex, *frater confidentiſſime*. Quamquam anhelantius optari libet veſtram Regiam celſitudinem jocundis blandiri potius & demulcere novitatibus, at infauſtam tamen rem nuper in nos & noſtros per gentem Scotorum præſumptam, exarandam compellimur; ingratam quidem ac geminato & horrendo congeſtam facinore, non minus in offenſam veſtram, quam noſtram, ſatagente illa inter nos neceſſitudine mutua, quæ in duobus corporibus unicam vigere animam aſpiravit; magis quoque pertæſum eſt, quod Regis auribus id nos invitos querulari & referre expediat, quanta ſit offenſæ magnitudo illatæ.

§. 2. Itaque cum ante tempora poſt dira guerrarum certamina, quibus *Norwegiæ & Scotiæ Regna* mutuis ſe ingreſſibus confligebant, laſſatis utriusq; militiæ mariq; terraq; viribus, populis igne & gladio laceſſitis, & anxiis ſingultibus pacem flagitantibus, poſt crebros & varios inter Regem & regna prædicta interjectos tractatus, tandem in finali appulſu concluſos fœderum nexus pragmatica & juratoria cautione firmatos, perpetuo * ſtabiliêre decurſu, pœnis graviſſimis contra ipſorum infractores adjectis, quos * licet prædeceſſores noſtri & nos intemeratos ſervavimus, & ſub comminatione graviſſimæ ultionis à ſubditis Regnorum noſtrorum ſervari mandavimus; quod nulla hinc inde illa offenſa illos inficeret.

§. 3. Noviſſime quoq; exorta ſuper debitis & obligatoriis pecuniarum ſummis, ac aliis ex cauſis inter nos ſereniſſimumq; fratrem noſtrum Regem Scotorum queſtione, nos ut fraternæ ſinceritatis moderantiam ſervaremus, & ne propterea noxiales inter nos differentiæ orirentur, *veſtra Serenitatis arbitrali judicio nos ſubegimus*, reminiſcentes, quàm formidabile & Chriſtiano nomini exitiale, ſi hoc periculoſo ævo inter ſe Reges & Principes diſſentiant, & inde ſuccreſcant fomenta bellorum, quorum impulſibus regna peſtiferis jaculis quatiuntur, & totus ferè orbis dilabitur, unde Paganorum convaleſcit atrocitas, & Chriſtianorum vires tabeſcunt.

§. 4. Verum cum Oratores noſtros ad præſentiam Regiæ magnitudinis paratos deſtinare vellemus, in tempore rumores ad nos certi delati ſunt, quod proximo hiemali tempore *Beronem Torlevi Capitaneum, & locum noſtrum tenentem in terra noſtra Yslandiæ*, juſſione Regia ad noſtram præſentiam navigantem, cum carinis ſulcantibus validus aquilo intumeſceret, carbaſa,

Digitized by Google

& ponti in altum freti ſpirarent, ſe ut vindicaret ſalutem in portum Regni noſtri Norwegiæ apud Orkadiam contuliſſet, fixaque anchora auram præſtolaretur tranquillam, nihiloque tutiùs adverſi; quidam ex finitimis latebris Scotiæ prodeuntes naves Beronis aggreſſi, poſt durum certamen Beronem prælibatum uxorem ipſius, mulierem ſpectabilem, familiam, & cunctos concomitantes captos cum bonis, jocalibus & clenodiis, ac ſupellectilibus ſuis, tributis noſtris & Eccleſiarum Yslandiæ reditibus, manumiſſos & captos, vinctos ad interiora Scotiæ & præſentiam Regiam adeò notoriè produxere, quod de ignorantia excuſari non poſſit.

§. 5. Et quamquam replicatis epiſtolis cuncta reſtitui poſtulavimus, usque quod factum ſit nullam certam notitiam obtinemus; & in præmiſſo facinore compungimur, graviusque dolemus, quod ſtantibus ſtrictiſſimis fœderum nexibus, ut ſuprà prælibavimus, *in vadis æquoris noſtri & Regni noſtri frankeſiis* nephas tale patratum ſit, & multo magis angimur, quod impunè ſordeſcat. Quodſi talia prænominatus illuſtris frater noſter, ut difficulter credere poſſumus, tolerando diſſimulat, hæſitare meritò poſſumus, quod ad dictum ſtatutum apud veſtram Majeſtatem Oratores ſuos pleno ſaltem mandato ſuffultos deſtinabit; unde otioſum foret & frivolum noſtros ſupervacuè deſtinare. Quocirca ſuperſedere decrevimus, donec de dicti Regis intentione finali, & an amicum proſequi, vel inimicum inſequi debeamus, liquidò cognoverimus. Et nihilominus ne videamur à prioribus votis ſecedere, nos paratos, ſicut & prius offerimus ad mittendum Oratores noſtros pleno mandato ſuffultos, & Regale veſtrum ſubire arbitrium, his conditionibus ſtantibus, pro quibus dictus Rex Scotorum idem cum effectu facturus ſit, & noſtros ac noſtra propriùs liberos & libera in integrum relaxabit.

§. 6. Et quia inpræſentiarum occupationibus permaximis detinemur, quod ferociſſimum hoſtem noſtrum *Carolum tyrannum Swetiæ, qui regium titulum indignè occupabat, à Regno, ſupremo præſidio, gladio & potentia expugnavimus*, & ab ipſo Swetiæ Regno fecimus fugitivum, & ad dictum Regnum noſtræ ſubdendum ditioni, omnium Baronum ac Magnatorum applauſu vocati, in brevi iter arrepturi ſumus, quod magno deſiderio affectamus, quatenus *dietam, quam inter nos & fratrem noſtrum Regem Scotorum indicere ſtatueritis, non ad proximum tempus, ſed poſt feſtum ſancti Martini & ultra indicatur*; & tam de dieta tenenda, quam de tempore ac aliis circumſtantiis velit fraternitas veſtra tempore opportuno nos per veſtras literas reddere certiores.

§. 7. Inſuper ut vota noſtra votis noſtræ Excellentiæ conformemus, *affectamus nobis per veſtram Celſitudinem pragmaticæ ſanctionis, ſub ſigillo Regio copiam transmitti*, quod per Regnum veſtrum ſervari didicimus, cum copiis approbationis ſacri Concilii & Apoſtolicæ ſedis: in quo habebimus complacentiam ſingularem. Offerimus nos toto ex cordis affectu ad beneplacita Regia præparatos. Datum in Caſtro noſtro Kopenhaven Regni noſtri Daniæ, Dominica in Ramis Palmarum, anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſeptimo, noſtro ſub Regali ſecreto.

CLXXIII. *Permiſſio à* Ludovico Duce Sabaudiæ *data* Sigismundo Malateſtæ *Domini Arimini, &* Frederico Comiti Montisferreti *&* Urbini, *ut in ditione ejus duello confligere poſſint.* 5. *Octobr.* 1457.

LUdovicus Dux Sabaudiæ univerſis ſerie præſentium fiat manifeſtum, quod in noſtra multorumque Magnatum, Procerum & Conſiliariorum noſtrorum præſentia, his diebus conſtitutis ſpectabili Galeoto de Malateſta Comite Glozolii Oratore propter ſubſequentia nobis ſpecialiter transmiſſo,

parte

Digitized by Google

parte Magnifici & viri strenui Domini *Sigismundi Pandulphi de Malatestis* Militis Arimini Domini; Ipse quidem nobis narravit, præfatum Dominum Sigismundum Pandulphum certis diebus præteritis, causantibus variis traditionibus & offensis per Magnificum Dominum *Fredericum Montisferretri, Urbini* atque Durantiæ Comitem, in personam & statum prælibati Domini Sigismundi Pandulphi conspiratis atque machinantis *eum ad Duellum provocasse* certis sub modis, præsertim *quod alter usque ad mortem inclusivè alterum in Campo propterea statuendo teneretur devincere*, quemadmodum ipse spectabilis Orator hoc asserit latius constare, nec non jam dictum Dominum Fridericum acceptasse instrumento inde super hoc rogato & recepto, loco & tempore exhibendo. Nos instantissime requirens parte qua supra, ut locum & campum ad hanc rem exequendam eidem concedere dignaremur sub hâc conditione, quod *Victori licitum sit victum interficere, aut quo voluerit captivum transferre.*

§. 2. Qua requisitione audita, Nos Dux præfatus, qui partibus supra scriptis ex alto sanguine atque clarissima prole ortis, in cunctis possibilibus morem gerere optamus, partesque ipsas Domino suffragante, si forte eas coram nobis contingat comparere, ad sedationem hujus differentiæ nobis plurimum exosæ, inducere, etiam in eventum duelli justiciæ, cujus semper cultores fuimus, utque innocentia integritatis innotescat, & certis aliis justis de causis, locum & *campum* supra requisitos eisdem partibus in personam memorati spectabilis Galeoti Oratoris prædicti nostra *in ditione Citramontona* tutos & securos concessimus & *concedimus*, tempore per eos captando, & die nobis notificanda; *ita tamen, quod possimus*, sicut decet Principem & pacis Zelatorem, *ante duelli introitum & post de ipsarum partium concordia tractare*, & partes ipsas ad illam inducere pro posse, & *victo, si forte duellum sequatur vitam donare & conservare, deque captivitate devicti arbitrari*; item & alia in præmissis agere, quæ Principi locum tribuenti similibus in casibus consueverunt, & armorum jura requirunt, dantes propterea & concedentes partibus prædictis tutum & liberum, validum & securum salvumconductum pro ipsis & eorum comitivis rebusq; & bonis, ad Nos nostramque præsentiam veniendi, & per universa ditionis nostræ loca, tam terrena quam maritima transeundi, ibidemq; standi, pernoctandi, & inde quo voluerint die ac nocte redeundi libere ac secure, omni noxa & impedimento reali vel personali cessante; hujusmodi tamen *salvo conducto* nostro ad & *per unum annum* hodiè inchoandum dumtaxat *duraturo*, ita quod ipsum contra mandare valeamus, quotiens voluerimus in futurum, infra unum mensem immediatè sequentem.

§. 3. Mandantes hoc ideo Marescallis, Gubernatoribus, Capitaneis, armorum conductoribus ac ceteris universis & singulis aliis Officiariis fidelibus, & subditis nostris, ubilibet tam citra quam ultra Montes constitutis, ipsorumque locatenentibus, quatenus hujusmodi salvum conductum, & literas nostras partibus supra scriptis, & eorum Comitivis observent, & observari faciant illibatas, *Marchis, Cridis*, repressaliis ac aliis quibuscumque in contrarium facientibus dejectis, & non obstantibus; Has literas nostras in earumdem testimonium concedentes, datas Chamberiaci, die quinta Octobris, anno Domini M. CCCC. LVII. Præsentibus Domino Comite Cameræ, Domino Intermontium, Domino Luyriaci, Domino de Varax; Domino Lullini, Domino G. de Nores Præsidente Chamberiaci & Gebennesii, Segurando Gerbasii, Joanne de Lornay, Jacobo Richardi, Humberto Velveti, & Gulgone de Feysiniaco.

CLXXIV.

CLXXIV. Calixti III. *Declaratio quod per obitum* Alfonsi Aragonii Neapoleos Regis *regnum ad Sedem Rom. sit devolutum (silentio prætermissis prætensionibus* Ferdinandi filii nothi, Joannis fratris & Renati Siciliæ Regem se ferentis) *cum oblatione justitiæ iis qui jus habere sibi viderentur administranda. Rom. IV. Id. Jul.* 1458.

CAllistus Episcopus servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam Regis æterni, per cujus inscrutabilem providentiam Reges regnant; vices (quamvis immeriti) gerentes in terris, si de singulorum Christianorum regnorum Regiminibus, ut in spiritualibus salubriter regantur cogitare debeamus; de illorum etiam rognorum, quæ ad Romanam Ecclesiam immediatè pertinent, & quæ per prædecessores nostros in sacri Petri sede sedentes in feudum interdum concessa fuerunt, cum concessio hujusmodi cessat, salubri nedum in eisdem spiritualibus, verum etiam in temporalibus gubernaculo cogitare nos convenit; ut Petri hæreditas nullo modo distrahatur, sed ad manus ejusdem Ecclesiæ omnium regnorum matris & dominæ reducatur, & personis, de quibus præsidentis in specula circumspectioni visum fuerit, prudentia ac matura deliberatione prævia regenda committatur, & subditi Regis pacifici quieta gubernatione lætentur.

§. 2. Sanè cum *regnum Siciliæ citra Pharum*, quod de Patrimonio B. Petri existit, & quod olim per nonnullos Romanos Pontifices prædecessores nostros diversis Regibus & aliis dominiis temporalibus successivè *in feudum* sub certis modis & formis, quos præsentibus haberi volumus pro expressis, *concessum extitit*, quodq; nuper claræ memoriæ *Alfonsus Rex Aragonum à Romana Ecclesia in feudum obtinebat*, per obitum ejusdem Alfonsi Regis, qui sicut domino placuit, debitum naturæ persolvit, infeudatione hujusmodi per ipsius obitū cessante, sit *ad eandem Ecclesiam legitimè devolutum*, atq; in ipsum regnum quod ad nos pertinet, nemo se intromittere quoquomodo debeat, sive possit.

§. 3. Nos cupientes singulos ipsius Regni regnicolas tanquam nobis, & nulli alteri immediatè subditos per nostræ provisionis ministerium sub nostro felici regimine in pacis & quietis amœnitate gubernari, universis & singulis ipsius Regni Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiasticis Prælatis; nec non Ducibus, Marchionibus, Principibus, communitatibus, universitatibus, Baronibus, militibus, civibus, regnicolis & habitatoribus quibuscumque tam Ecclesiasticis, secularibus & ordinum quorumcumque regularibus, quam laicis cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, nobilitatis, conditionis & præeminentiæ existant, *sub interminatione divini judicii*, nec non anathematis, maledictionis æternæ, excommunicationis in singulos, & interdicti in communitates, universitates, capitula, conventus, & collegia pœnis, quas ex tunc prout ex nunc, in singulos contrafacientes proferimus ipso facto; de venerabilium fratrum nostrorum, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio pariter & assensu, ac potestatis plenitudine districtius inhibemus, ipsi aut eorum aliquis per se vel alium seu alios directè vel indirectè quovis quæsito ingenio vel colore, alicui præterquam nobis aliquod fidelitatis juramentum ratione civitatum, terrarum, castrorum, oppidorum, villarum, locorum, aut feudorum, quæ in dicto Regno obtinent præstare præsumant seu præsumat.

§. 4. Quod si forte ipsi aut eorum *aliquis* hujusmodi *juramentum hactenus* præstiterint seu *præstiterit*, nos omnes & singulos, qui juramentum ipsum præstiterint, ut præfertur, *ab hujusmodi juramentis* & temeritate jurandi auctoritate Apostolica tenore præsentium *absolvimus*, ipsaq; juramenta eis & eorum cuilibet relaxamus, ipsoq; & quemlibet eorundem ad hujusmodi juramentorum observationem minimè teneri, dictumq; regnum per obitum hujusmodi ad nos & Romanam Ecclesiam prædictam devolutum fuisse & esse, ac ad nos dictam Ecclesiam immediatè & nullum alium

pertinere & de illo per alium quam per nos ordinari seu disponi nullo modo potuisse sive posse, auctoritate & tenore prædictis decernimus & declaramus.

§. 5. *Si verò aliquis in ipso Regno vel ad illud jus habere prætenderit,* aut super eo sua interesse quomodolibet putaverit, *nos ad justitiam cuilibet desuper ministrandam,* cum in ea singulis debitores simus, *offerimus nos paratos.* Est denique officium Pastorale nostrum sic utiliter providere, ne regnum ipsum tyrannide devastetur, aut vepribus laceretur, sive in prædam detur, ut oves gregis dominici regni nostri illæsæ & integræ conserventur in pace & quiete vivendo; justitia enim & pax osculatæ sunt.

§. 8. Præterea ne quis de præmissis ignorantiam prætendere possit, seu quomodolibet allegare, præsentes litteras in valvis basilicæ B. Petri Apostolorum Principis de urbe, ad quam de diversis mundi partibus quamplurimi continuè confluunt, affigi publicè mandamus, ita ut minimè sit ambigendum, quin ad Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Prælatorum, Ducum, Marchionum, Principum, Comitum, Baronum, Communitatum, universitatum, militum, procerum, civium, regnicolarum, & habitatorum, aliorumq; notitiam quatocius deveniant &c. Dat. Romæ apud S. Petrum, anno M CCCC LVIII. VI. Jd. Julii, Pontificatus nostri anno IV.

CLXXV. *Nova militia in Turcas instituta à* Pio II. *cujus sedes debet esse in Insula Lemno. Romæ,* 15. *Cal. Febr.* 1459.

Pius II. &c. ad futuram rei memoriam. Licet olim nonnullæ ex Christianis religionibus, quibus tanquam variis gemmis ornata Christi sponsa gloriabatur Ecclesia, in pretio ac magna fidelium devotione esse consueverint, tamen partim aliorum supervenientium ordinum origine, partim ipsa temporum diuturnitate, ac fidelium populorum diminutione, religiones ipsæ à veteri statu ita defluxerunt, ut (quod maximè dolendum est) vix in quibusdam ex eis tot personæ quot loca valeant reperiri, ipsæq; jam *religiones* sine ullo propè fructu nomen dumtaxat suæ fundationis nuncupationisque obtineant: ex quo animum nostrum non indignè subiit meditatio, indecens esse eos in Ecclesia tolerari, qui talentum sibi creditum in terra abscondentes, si non plura, unum aliud tamen Deo in lucrum non noverint cumulare.

§. 2. Itaque in hac nostra, quæ animum nostrum dies noctesque angit, vehementi cura, principes & populos Christianos in unum congregandi locum, ubi resistendi impiis Christiani nominibus hostibus Turcis, vel potius eos, dante Domino, exterminandi, fiant apparatus necessarii; id etiam cogitamus, non parvo futurum Christianorum provinciis adjumento, si ad Hellesponti, sive, ut dicunt, *stricti Callipolitani* fauces, per quas infidelibus in Christianorum Ægæi pelagi insulas, & maritimas regiones navigio est discursus, præsidium imponetur, de quo transitus illis impeditior difficiliorq; reddatur; cum tamen nostri eo ex loco invadendi illos facultatem maximam sint habituri: habitaq; cum venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus consultatione, *novam religionem unam in Lemno* & aliis Insulis instituere decrevimus, quæ sicut Rhodiensium quingentis inde semota milliaribus à Mauris & pariter à Turcis in amplum mare discurrentibus Christianos protegit, *ita partim Turcas ad ipsam navigaturos maris amplitudinem impediat, & detineat, & ipsos in Callipolitano canali dies noctesque infestet.*

§. 2. Cum tamen interea non parum esse videatur eandem Lemnum aliasque Insulas Christianis frequentatam habitatoribus, ita omni studio & animi ardore à Turcis defensare, sicut illius habitatores sese dilecto filio *Ludovico Cardinali Aquilejensi* Camerario nostro, sedis Apostolicæ Legato, postquam recepti per arma fuerunt, fidelissimos exhibuerunt: pro hujusq; nostri propositi consummatione ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei, & glorioſissimi Filii sui unigeniti Genitricis Mariæ, *nova hæc militaris religio ipsius B. Mariæ Bethlemitanæ vocabulo appellabitur, hospitale sicut & Rhodiense, Lemni insulæ habitura.* §. 4. Pro

§. 4. Pro fundamento autem, ac substantia dictæ religionis novæ alias religiones sive militias, ac hospitalia infra scripta, videlicet *S. Lazari ubilibet consistentia, S. Mariæ de Castello Britonum de Bononia, ac sancti sepulchri, nec non sancti Spiritus in Saxia de urbe, & omnia ab eo dependentia, aut illius habitum seu crucem duplicem deferentia, & B. Mariæ cruciferorum, nec non hospitale S. Jacobi de Altopassu Lucanæ diœcesis*, cum eorum domibus, prioratibus, hospitalibus, & membris quocumq; nomine censeantur præfatæ novæ religioni, de consilio, auctoritate, & potestate prædictis tenore præsentium dedicamus, applicamus, appropriamus, & annectimus, & incorporamus: nec non priores ordines, & nomina religionum ipsarum, ac priorales, & alias dignitates in eisdem omnino supprimimus, extinguimus, illaque de cætero ejusdem religionis militaris, ac hospitalis B. Mariæ Bethlemitanæ nuncupari, esse, censeri, ac appellari volumus. Hujus autem religionis *erunt fratres ac milites etiam Sacerdotes*, sicut & in Rhodiensi prædicta, quorum ac dicti hospitalis B. Mariæ Bethlemitanæ *caput erit Magister, ab eisdem fratribus* pariformiter eligendus. Pro habitu quoq; regulari *deferent crucem rubeam in campo albo*, ac in cæteris omnibus omnino parem fratribus Rhodiensibus &c. (*Plura alia decernit ad novum equestrem ordinem constituendam, pluribusque privilegiis eum exornat.*) Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ M. CCCC. LIX. xv. Kal. Februarii, Pontificatus nostri anno.

CLXXVI. Friderici Cæsaris *literæ ad Principes Electores, quibus invitantur, ut accedant* ad conventum Mantuanum à Papa Pio II. *indictum. Dat. Viennæ.*

VEnerabilis dilecte nepos, & Princeps Elector. Sicut aliàs sanctissimus dominus noster Papa proposuit, & civitatem *Mantuam*, vel *Utinum* in Forojulii in bulla suæ sanctitatis nominavit pro una *dieta principaliter propter factum & causam Turcarum* per semetipsum in medio Maji proximè venturum instituenda, ita sua sanctitas per alias suas literas, quæ nobis in hac hebdoma præsentatæ fuerunt, declaravit, & nobis intimavit, quod *Curiam Papalem ad prædictam civitatem Mantuanam transtulit*, & in proposito & voluntate quod talem antedictam dietam ac causam in Mantuam ipsemet celebrare vellet & expedire, ac nos super hoc rogavit, & etiam à nobis postulavit, ut ibidem ad suam sanctitatem veniremus; nec non etiam quod tibi & aliis nostris principibus intimaremus, ut tu & alii antedicti personaliter ad prædictam electam dietam Mantuanam venire deberetis. Propterea cogitavimus, quod nobis benè decet in iis suam sanctitatem præ oculis habere, & volumus, si Deo placuerit, nos in his ita decentes tenere, ut non sit aliquis defectus in nobis.

§. 2. Quare cupimus, & te etiam rogamus speciali diligentia, quod ad laudem omnipotentis Dei, suæ sanctitatis & Apostolicæ sedis gloriam, & nobis ad honorem & obedientiam juxta postulationem & requisitionem suæ sanctitatis, ac secundum tenorem literarum Apostolicarum, & literarum missarum, ad Mantuam te transferas, & in hoc voluntarium invenire permittas, in hoc nobis singulariter complacendo. ac volumus idcirco te & tuam *diœcesim* una cum sua sanctitate gloriosè recognoscere. Cupimus super his celeriter nobis tuam responsionem in scriptis sine dilatione destinari. Ex Vienna.

CLXXVII. Pii II. ingressus *solemnis* in Mantuam, *ubi Conventus indictus erat ad deliberationem contra Turcam, 27. Maji, 1459.*

PRæcesserunt servitia Curiæ, & Cardinalium ministri, tum minoris ordinis Curiales: exin equi candidi absque sessoribus duodecim frenis sellisque aureis ornati: tum vexilla tria, in primo signum crucis resplenduit, in altero clavium Ecclesiæ, in tertio quinq; lunarum, quod est Piccolomi-

minæorum insigne, & ea viri nobiles armis tecti, & phaleratis insidentes equis portavere. Mox umbella secuta est rubro & Croceo colore distincta, proximi sacerdotes urbis divite apparatu sacra ferebant. Post hos Regum & principum legati: tum crucem auream comitantes subdiaconi Apostolici, auditores pallatii, scrinarii & Advocati.

§. 2. His *arcula jungebatur aurea equo albo vecta & multis luminaribus circundata, in quacondita fuit Eucharistia*, id est hostia Salvatoris sacrata, & sericum desuper umbraculum. Hinc proximi *Galeatius Mediolanensis*, & *Ludovicus Marchio*, & post eos Cardinalium venerabilis ordo: tum Pontifex ipse sella sublimi sedens sacerdotali paludamento & onusta divitibus gemmis, mithra fulgens, nobilium procerum portatus humeris benedicens populo incedebat, & juxta eum Cubicularii, & corporis custodes, Episcopi, & notarii, & Abbates, & ingens Prælatorum turba Pontificem sequebantur. In porta urbis, Ludovicus equo desiliens claves Civitates Pontifici obtulit: idem fecere omnes, ad quos Pius in itinere declinavit *præter Senenses & Florentinos.* A porta urbis usq; ad Ecclesiam S. Petri, quæ Cathedralis est, nihil non tectum pannis fuit, & parietes undique & floribus & aulæis ornati: mulieres pueri, ac puellæ fenestras ac tecta compleverant, nec tamen p ressura defuit cunctis aditibus populo occupatis. Altaria multis in locis inc enso thure fumabant, nec alia Vox audiebatur quam populi clamantis: *Pio Pontifici maximo Vita.* Ubi ad Ecclesiam ventum est, supplicationibus D eo factis, & hymno decantato, & annunciâta, cunctis, qui aderant plenari a peccatorum remissione, Pontifex in ampliſſimo palatio exceptus est.

CLXXVII. Pius II. *mittit* Friderico Cæsari *Pileum & Ensem consecratum, ut eum stimulet contra Turcam.* 1459.

Pius Papa II. charissimo in Christo filio Friderico Romanorum Imperatori semper Augusto salutem &c. *Consuevit Romanus Pontifex* ex institutione sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ alicui *Christiano Regi, vel Principi benè de fide Catholica merita ensem ac pileum quotannis dono transmittere:* cujus consuetudinis memores serenitatem tuam præsenti anno, qui Apostolatui nostro initium dedit, inprimis delegimus, quam tali munere ornaremus scientes nulli posse convenientius dari, quam ei, *cui ex officio suo Apostolicæ sedis & totius Christianitatis protectio est propria.* Accipe igitur charissime fili, hunc ensem B. Petri Apostoli corpore sumtum, munus quidem pretio exiguum, sed devotione & dantis animo magnum, illoque supra femur tuum in defensionem sacrosanctæ Catholicæ fidei potenter accingere, ut quando Christiana Respublica præsidio tuæ Celsitudinis nunc maximè eget, quasi signum aliquod officii tui ad te missum intelligas, in illo confidens, qui per angelum suum centum octoginta quinque millia de exercitu superbissimi Senacherib una eademque nocte trucidavit, & manum constantissimæ Judith in cervicem Holofernis direxit. Hoc quoque munus in pignus nostræ perpetuæ erga te voluntatis devotè susciptes, quæ profecto est talis, & profecto talem futuram confidimus, qualem merita in nos tua digne merentur. Datum &c.

CLXXIX. Pii II. *Epistola ad* Carolum VII. *Regem Galliæ, ut militi cuidam suo permittat ingredi* Societatem Jesu, *ad infidelium oppugnationem institutam. Mantuæ* 13. *Octobr.* 1459. *(Ita patet hujus nominis Societatem fuisse ante institutum Ignatii Loyolæ, sed scopo diversam.)*

Charissime in Christo fili salutem & Apostolicam benedictionem. Intelleximus dilectum filium Guillermum de Torreta votum emisisse *societatem*

Digitized by Google

tem sub vocabulo Jesu nuncupatam, ad Dei honorem, & *infidelium oppugnationem* noviter institutam ingrediendi, & in ea una cum aliis pro defensione fidei Christianæ contra Turchos persistere velle. Verum cum is impræsentiarum in civitate Astensi in tuis servitiis permanere asseratur, & votum suum hujusmodi ac desiderium adimplere nequeat, nisi tuæ Seren. licentiam obtineat. Exhortamur idcirco Celsitudinem tuam ac rogamus, ut tu, qui Christianissimum nomen à proavis & prædecessoribus tuis clarissimis Regibus per longissimum temporum seriem ductum amplioribus tuis virtutibus roborasti, in hac pia causa non deficias, & præfato Guillermo, quem propter suas eximias virtutes ac merita promotorem dictæ Societatis deputavimus, liberam licentiam concedere placeat, ut cum bona gratia tuæ Sublimitatis recedere, & ad serviendum præfatæ Societati accedere valeat. In quo rem Deo imprimis acceptam, fidei utilem & necessariam, & honori tuæ Regiæ Amplitudinis convenientem efficies. Datum Mantuæ sub annulo Piscatoris die decima tertia Octobris, millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus verò nostri anno secundo, Marcellus.

CLXXX. Pius II. Fridericum Imperatorem *declarat Ducem generalem Exercitus Christiani contra Turcas destinati, ex debito officii Imperialis, ita tamen, ut Vice-Capitaneum ex Principibus Germaniæ creare possit, si castrenses labores ferre nequeat. Mantuæ* 12. *Januar.* 1460.

Pius Papa II. Frederico Romanorum Imperatori, Bello jam contra Turcas indicto, & peracta Mantuana dieta, in qua octavum mensem propemodum agimus, & rebus etiam ita compositis, ut juvante divina clementia expectari communis salutis secundus exitus possit: de Duce ad tantum bellum præficiendo amodo est cogitandum: hæc enim una est res, in qua apparatuum nostrorum pars maxima consistat, & quæ non solum ad perterrendos hostes, sed nostros confirmandos plurimum spectet; virtute siquidem Ducis & benè præparata successum felicem inveniunt, & quæ dura conditio rerum difficilia exhibet, converti in melius solent.

§. 2. Hæc igitur cogitatione nostra volventes meditantesque, quinam potissimum propter dignitatem & excellentiam suam eligi ad talem provinciam posset, tu nobis, charissime fili, primus occurristi, non solum *cui tantum munus ex Imperiali officio debitum censeatur*, sed *cui omnes gentes parere & subesse non dedignentur.* Accedit ad hoc zelus & charitas tua singularis ad hoc sanctissimum opus, accedit autoritas, & bellicis in rebus doctrina. Illa quoque non desunt, quæ in præsenti Duce laudari consueverunt, labor in negotiis, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in providendo: in tractandis insuper animis hominum gratissima lenitas, omnibusque in rebus singularis modestia.

§. 3. Et si igitur *Cæsarea dignitas ex debito tibi hoc imponit*, nihilominus ut nostrum & sanctæ sedis auctoritatem tecum tanta in re deferas, sperantes in eo, à quo nitor est belli; & qui pro justitia certantibus exploratam victoriam repromittit, quod tua Celsitudo, quæ non ad effundendum, sed ad conservandum sanguinem Christianum, non ad humanas, sed ad Salvatoris nostri ulciscendas injurias est profectora, concupitum exitum dabit; de venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium consilio & assensu, te contra Turchorum impiam gentem aliosque infideles legis nostræ hostes, illisque adhærentes, & complices *Ducem* ac *capitaneum generalem* tenore præsentium facimus ac declaramus, serenitati tuæ generales & particula-

Digitized by Google

culares exercitus in auxilium defensionemque Christianorum *per nos & quoscumque Reges, Potentatus* & Principes, equestres pedestresque undequaque, quomodocunque & quandocunque mittendos, seu etiam ab omnibus provinciis, & regionibus per se confluentes durante hâc sanctâ expeditione generali, gubernandi atq; ducendi ipsius bellum toto conatu contra eosdem Turchos illosque infideles gerendi, nec non si forte (quod absit) tu ipse personaliter promissa implere, & ad sanctam hanc expeditionem proficisci non possis, hæc ipsa nihilominus, *per alium Vice-Capitaneum, quem virtute & factis insignem ex Principibus nationis Germanicæ duxeris eligendum*, nomine tuo, sicut si præsens adesses, gerendi atque exequendi, omnia denique alia & singula in dicti belli administratione jubendi atque curandi, quæ ad complementum injuncti tibi operis necessaria quomodolibet videbuntur & optima, facultatem plenariam ac potestatem in nomine Altissimi concedentes, hortantesque in Domino tuam Serenitatem, & per salutem Christiani populi, cujus tu una nobiscum Deo es debitor, toto corde obtestantes, ut præclarum hoc opus celso animo amplectens, talem te geras in obsequium Christi, ut quæ de te Apostolica sedes expectat, quæ desideria Christianorum omnium flatigant, quæ honori tuo imperioque conveniunt, ex demandatis tibi laboribus cum gloria sempiterna & pia fidelium exultatione proveniant. Datum Mantuæ XII. Januarii anno II.

CLXXXI. *Compendium Confœderationis quorundam Principum, Procerum, & Civitatum* contra Westphalicos processus *facta. Dat. Friburgi, die Martis post S. Andreæ.* 1462.

IN hâc confœderatione nonnulli, Principes, *Fridericus Comes Palatinus Rheni, Albertus Archidux Austriæ, Rupertus Episcopus Argentoratensis, Carolus Marchio Badensis* aliiq; Comites, Senatus quarundam Civitatum, ut Argentinæ, Basileæ, Hagenoæ, Colmariæ, Selestadii, Sebusii, Mülhausen, Kaysersberg, OberEheim, Rosheim & Turingheim, Offenburg, Gengenbach & Zelle, Item Friburgi, Breysach, Nuenburg, & Endingen; de infinitis & extremis injuriis ac violentis sententiis atque executionibus malitiosis à *Westphalicis Judiciis, quæ Imp. Carolus Magnus, constituerat*, conquesti, ad impediendas in posterum ejusmodi violentias, inter se conveniunt, ac paciscuntur, (1) *ne quis in posterum vel se vel subditorum quemquam coram istis Judiciis Westphalicis sistat, sed coram foro alio competente litem dijudicari curet, qui secus fecerit, corpore luat.* (2) *ut omnes tabellarii publici ab illis Tribunalibus Westph. literas vel citationem afferentes prehendantur, literisque acceptis si tolerabiles sint dimittantur, vel pro re natâ pœnâ corporis afflictivâ afficiantur.* (3) *ut sibi invicem auxiliis subveniant, ita tamen ut piè omnia agantur.*

CLXXXII. *Fœdus inter* Fridericum Imperatorem & Matthiam Regem Hungariæ, *cum pacto succedendi, ut Matthia sine liberis extincto Fridericus aut filius ejus in Regno Hungariæ succedat. Datum in Nova Civitate Austriæ feria tertia ante festum B. Mariæ Magdalenæ.* 1463.

FRidericus divina favente clementia *Romanorum Imperator* semper Augustus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, ac Austriæ, Stiriæ, Charinthiæ & Carniolæ Dux, Dominus Marchiæ Slavoniæ, & portus Naonis, Comes in Habspurg, Tirolis, Ferretæ, & in Kyburg, Margravius Burgoviæ &c. recognoscimus, cum alias occasione differentiarum & controversiarum

Digitized by Google

versiarum inter nos ex una, & ditum Regnum Hungariæ, Prælatosque, Barones, nobiles, proceres, incolas, & inhabitatores ejusdem Regni Hungariæ parte ex altera subortarum & vertentium, ad nonnullos articulos, & capitula pacis & concordiæ, in præsentia venerabilis *Hieronymi Archiepiscopi Cretensis tunc Apostolicæ sedis legati missi* deventum fuerit, quod nos ad exhortationem sanctissimi Domini nostri *Papæ Pii*, in præsentia & medio venerabilium *Domini Episcopi Torcellani*, Apostolicæ sedis similiter Legati missi cum potestate Legati de latere, & *Rudolphi de Rudestraim* (*) præpositi Frisingensis & Wormatiensis Ecclesiarum Decani, ejusdem sanctissimi Domini nostræ Papæ referendarii, Apostolicæ sedis Oratoris, & nuntii in præsenti causa sanctitatis suæ Commissarii; cum venerabilibus & magnificis *Stephano Colocensis & Bathiensis Ecclesiarum Archiepiscopo*, locique ejusdem Colocensis *Comite perpetuo, Joanne Episcopo Waradiensi* Principibus, *Nicolao de Wylakcz Waywoda Transylvano*, & Machovien. & Regni Sclavoniæ Bano compatre nostro Comite, *Ladislao de Palotz* judice Curiæ Regiæ, & *Emerico de Zapolia* summo Thesaurario regio, & Capitaneo partium superiorum Regni Hungariæ, devotis fidelibus nostris dilectis; nomine sereniſſimi Principis Domini *Matthiæ* præfati *Regni Hungariæ Regis*, filii nostri chariſſimi, Prælatorumque, Baronum, procerum & nobilium ejusdem Regni ad finalem, & ultimatam concluſionem eorundem articulorum sponte, liberè, bonâ & sincerâ voluntate, in hunc, qui sequitur, modum devenimus.

§. 2. Imprimis ad finem optatæ pacis & concordiæ deliberatum & concluſum est, quod nos Fridericus Romanorum Imperator semper Augustus, *Hungariæ idem Rex*, Dux Austriæ &c. præfatus, & hæredes nostri à nobis per rectam lineam descendentes infrascripta castra & oppida, quæ in metis, & limitibus regni Hungariæ constituta possidemus, & in nostris manibus per nos, & alios nostri nomine tenemus, videlicet * *Vorstenstein* & *Kobelsdorf* cum suis pertinentiis omni Imperio & Jurisdictione possideamus, teneamus, ac illis liberè utamur, & gaudeamus pacificè & quietè, absque sereniſſimi Principis Matthiæ dicti regni Hungariæ Regis filii nostri chariſſimi, ac hæredum & successorum suorum prælatorumque, Baronum, procerum, & nobilium ejusdem Regni quorumcunque, per se aut alios, eorum inquietatione, turbatione, exactione, gravamine & molestia quibuscumque de jure, & de facto, ac cessione juris eorum præsentim, qui interesse ad loca prænominata se habere prætendunt in favorem quorumcunque, quovis quæsito colore facta aut fienda; salvis tamen decimis & causis Ecclesiasticis, quæ in foro suo ventilari, & agitari poterunt, prout juris est & rationis: In foro verò seculari in personalibus actionibus & realibus contra & adversus nostros subditos, & castrorum præfatorum quomodolibet motis aut movendis coram judicibus per nos, Imperatorem præfatum, in locis hujusmodi pro tempore deputatis, actor justitiam postulet & requirat, quæ ad requirentis instantiam expeditè administrari debet, proviso, quod eo ordine ad requisitionem prædictorum subditorum nostrorum, & dictorum castrorum per regem pro tempore, & ipsum regnum Hungariæ, eorumque officiales procedatur, & procedi curetur.

§. 3. Et si passagium generale contra Turcos pro defensione fidei, & ipsius regni fieri contigerit, in ea, requisitione prævia à nobis, iidem subditi maneant inclusi, sic tamen, quod in eum casum hujusmodi exactionis per nos supra dictum Romanorum Imperatorem debita fiat dispositio, & adversus contravenientes, qui quomodolibet etiam pro suo interesse aliquid attentarent contra ea, quæ præterita sunt, aut nos & hæredes nostros, tanquam contra violatores pacis, & Rex ipse pro tempore, & regnum nobis potenter assistentiam faciant.

§. 4. Adjectum etiam est & concluſum, quod *post obitum nostrum Rex* pro

Digitized by Google

pro tempore & Regnum Hungariæ *facultatem habeant* dicta *castra Vorckhenstain & Kobeldorf*, & eorum redditus, casu quo idem castrum Kobeldorf per nos demolitum non fuerit, attento quod modicæ extimationis & ruinosum existit, *redimendi ab hæredibus nostris pro summa quadraginta millium florenorum Ungaricalium* & ducatorum boni auri & justi ponderis,

§. 5. Item *quia nos* supra nominatus Fridericus Romanorũ Imperator &c. bonis & honestis respectibus *hucusque titulo & nomine Regis Hungariæ usi sumus*, deliberatum est & concluſum, quod *nos hujusmodi titulo Regis* à Prælatis, Baronibus, Proceribus, nobilibus, & aliis regnicolis Regni Hungariæ in antea libere & quiete in eorum literis & ubilibet *honorati* & decorati *quoad vixerimus*, *remaneamus*, & Rex dicti Regni Hungariæ, & aliorum regnorum eidem Regno adhærentium nominari & vocari, eo titulo uti & frui possimus & valeamus: impedimento, contradictione & turbatione Regis pro tempore, dominorum & inhabitorum ipsius Regni prorsus amotis.

§. 6. Item ut Respublica & felix sanctæ Romanæ Ecclesiæ Christianæq; religionis status augeri & promoveri eò salubrius & utilius possit, nos Fridericus Romanorum Imperator præfatus prædictum serenissimum *Matthiam Regem Hungariæ pro filio nostro adoptivo habebimus* & paternè amplectemur, & in præsentiarum in filium recepimus & adoptamus, eique & regno amicitiam, favores & promotiones paternas in antea faciemus, eundemque Regem Matthiam filium nostrum nominabimus & in recognitionem tantæ clementiæ quæ multis respectibus, nobis & eidem Regi Matthiæ ad honorem & commoda cedet, ut dignâ vicissitudine gratitudinis debitæ se erga nos exhibeat, concluſum est, quod idem Rex Matthias adoptivus filius noster nos Imperatorem Romanorum prætactum ex adverso, quoad vixerimus, pro patre honorare, reputare, nominare, scribere & tenere debeat, prætactiq; Stephanus Colocensis Archiepiscopus, Joannes Waradiensis Episcopus, Nicolaus de Wylaktz Waywoda, Ladislaus de Palotz, & Emericus de Zapolia, nomine Prælatorum, Baronum, Procerum, nobilium, incolarum & inhabitatorum dicti Regni Hungariæ atq; suo annuerunt, quod *idem Rex Matthias nos Fridericum Imperatorem, prædictum patrem suum & Regem nominet, honoret, reputet & nobis patri suo & Regi Hungariæ scribat.*

§. 7. Insuper cum præfati Stephanus Colocensis Archiepiscopus, Joanes Epicopus Waradiensis, Nicolaus de Wylacktz Waywoda, Ladislaus de Palotz & Emericus de Zapolia prædictum Regem Matthiam, nec non Prælatos, Barones, Proceres, nobiles, incolas, & habitatores Regni Hungariæ prædicti, ac ipsum regnum vigore mandati ipsis traditi suis literis obligaverint, & astrinxerint, ad servandum inconcusse perpetuo nobiscum, & hæredibus, terrisque & dominiis nostris pacem inviolabilem (ligis & conscriptionibus in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, imò sublatis eisdem) nobisque & *filio nostro* chariſſimo *Maximiliano* consilia, auxilia, & consubsidia cunctis in adversis contra quoscumque, toties quoties opportunum fuerit (sanctissimo Domino nostro Papa, sede Apostolica, & sancta Romana Ecclesia duntaxat exceptis) efficaciter pro posse danda, facienda & prosequenda, ad nostram & præfati filii nostri requisitionem, præfatorum Regni Hungariæ & Regis pro tempore expensis, dum tamen in expeditione generali contra Turcos in hoc non fuerint præpediti, ac mora irrationabili ac contradictione quibusvis in his omninò cessantibus, libertatibus dicti regni in aliis semper salvis: ob hoc nos præfatus Fridericus Romanorum Imperator, nos ac hæredes nostros, terras & dominia nostra, ac incolas & inhabitatores eorundem vice reciproca obligamus & astringimus per præsentes, ad servandum similiter inconcusse perpetuo cum præfato filio nostro Rege Matthia, hæredibus ac successoribus suis, ac ipso regno Hungariæ, Prælatisque, Baronibus, Proceribus, nobilibus

Digitized by Google

nobilibus incolis, & inhabitatoribus ejusdem Regni Hungariæ, pacem inviolabilem, ligis & inscriptionibus in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, imo sublatis eisdem.

§. 8. Præterea grata vicissitudine favoribus & promotionibus dictum filium nostrum Matthiam Regem Hungariæ ejusque statum, *signanter contra Turcam*, & infideles Christi hostes, apud sanctissimum dominum nostrum summum Pontificem, sedem Apostolicam Principes sacri Romani Imperii, & alios, ubi opportunum fuerit, sincerè promovebimus. Et si, præmissis tamen signanter ad causam castrorum, ut supra ordinatis semper salvis, nos supradicti Fridericus Imperator, & Matthias filius noster, aut subditi nostri, utcunque inter se, aut nos alter ad alterum querelas aut petitiones quascumque habere prætenderimus, illas & de jure & non aliter prosequi debebimus, quorum occasione justitia ad conquerentium requisitionem expeditè erit administranda.

§. 9. Item ad finem, quod sincera affectio nostri Friderici Romanorum Imperatoris præfati, quam ad dictum Matthiam Regem filium nostrum, & prætactum Regnum Hungariæ gerimus ab omnibus amplius cognosci valeat, nos venerabilibus & magnificis Stephano Colocensi Archiepiscopo, & Joanni Waradiensi Episcopo, Nicolao de Wylachtz Waywodæ, Ladislao de Palotz, & Emerico de Zapolia præfatis sacram *coronam ipsius Regni Hungariæ nobis* Imperatori Friderico prætacto *per* quondam sereniſſimam *Elizabeth Reginam* una cum sereniſſimo olim bonæ memoriæ *Rege Ladislao ad fideles manus assignatam* & huc usque fideliter tentam & custoditam, *ne ad alienas manus devenire contingeret, oppidumque Sopronienſe nomine dicti Matthiæ Regis filii nostri, & ipsius Regni Hungariæ gratiosè assignavimus, & omnem obligationem super eodem remisimus.*

§. 10. Item ad majorem solidationem paterni amoris, ac in retributionem clementissimæ affectionis nostræ ad præfatum Matthiam Regem filium nostrum, & ipsum Regnum Hungariæ, quodque nos eo promtius, & ad ipsius Regni commoda, & boni status incrementa accuratius promovenda alliciamur, deliberatum & conclusum est, *quod vacante Regno Hungariæ, filiis seu nepotibus legitimis ex præfati Regis Matthiæ lumbis procreatis non extantibus, nos supra dictus Fridericus* Romanorum Imperator, aut *Filius* noster, quem ad hoc deputandum duxerimus, & post nostrum decessum filius noster, quem reliquerimus, aut si plures à nobis fuerint relicti, alter ex istis, quem *Regnum* ipsum *præelegerit* in Regem, *ipsi Regno Hungariæ præficiamur*, aut præficiatur cum plena ejusdem Regni administratione.

§. 11. Item, *si* ut præfertur, *præfatum regnum Hungariæ vacaverit, provideri debet per Prælatos, Barones, Proceres, nobiles, incolas, & inhabitatores ejusdem regni, quod nos Fridericus Romanorum Imperator* prænominatus, aut filius noster, ut præmittitur, consilio & potenti auxilio ejusdem Regni Hungariæ, ut moris est, coronemur, seu coronetur, & *in administratione plena regni in pace recognoscamur*, seu recognoscatur, & efficaciter pro Rege teneamur, seu teneatur.

§. 12. Item concordatum & conclusum est, quod omnes injuriæ, differentiæ, dissensiones, impetitiones quæcumque, & actiones inter nos partes præfatas, etiam occasione felicis recordationis Regis Ladislai, ac alias quomodolibet subortæ, etiam nobis hinc inde ex quacumq; causa competentes, quoad nos, & heredes & successores nostros, utrinque penitus remissæ & extinctæ esse debent, omnisq; indignatio & displicentia, quas nos præfatus Fridericus Romanorum Imperator, & dictus Matthias filius noster Reges contra quoscumque Prælatos, Barones, Proceres, nobiles, incolas & inhabitatores dicti Regni, & alios Ecclesiasticos & seculares occasione adhæsionis nobis utrinque hinc inde factæ concepimus, in futurum minimè ulciscantur, neque via facti neque juris, sed similiter remissæ & extinctæ esse debent;

Digitized by Google

pollicentes & promittentes in verbo Imperiali, nos omnia & singula in prætactis articulis & capitulis contenta & conscripta, * & per nos fieri debere, facturos, prosecuturos & completuros, ac à præfato Commissario sanctissimi Domini nostri Papæ, ad id potestatem habente, & nihilominus ex post etiam à sua sanctitate & sede Apostolica, confirmationes oportunas ex certa scientia petituros & obtenturos, quibus stabimus & parebimus realiter & cum effectu, dolo & fraude in his omnibus cessantibus quibuscunque. In cujus rei testimonium Imperialis nostræ Majestatis sigillum præsentibus fecimus appendi. Dat. in Nova Civitate feria tertia ante festum B. Mariæ Magdalenæ anno Domini MCCCCLXIII. Imperii nostri XII. Regnorum nostrorum Romani XXIV. Hungariæ verò V.

CLXXXIII. *Confœderatio inter* Matthiam Regem Hungariæ & Ducem ac Dominium Venetum. 12. *Septembr.* 1463.

IN nomine Dei aeterni, Amen. Postquam perfidus Turchus perpetuus Christiani nominis hostis victoriarum cursu vehementius elatus in dies factus est insolentior, modo hos modo illos potius quadam ejus sævitia, quam rei militaris peritia domuit, & ditioni suæ Græciam, Bulgariam, Serviam, Constantinopolim urbem olim opulentissimam, Peloponesum, Trapesundam, Moldaviam, & alia maritima loca, postremoq; Bosniam, provincias omnes Christianum nomen profitentes, nullo propemodum repugnante subegit, ac etiam Christianæ religionis cultores, de quorum excidio jam dudum molitus est, sternere non desinit; est sperandum in divina clementia summi Creatoris nostri, qui pro redemtione nostra tormentum crucis subire dignatus est, quod ab hujusmodi persecutionibus Turcorum hostium nunc fidelem populum suum Christianum liberabit, jamq; ipse Pater omnipotens assiduis deprecationibus fidelium suorum, divinum auxilium implorantium placatus, & quorum eversæ sunt domus, dissipatæ fortunæ, liberi in servitutem tracti, parentes crudeliter interempti, misericordia motus, victoriis illis tot Christianorum cruore pollutis, finem imposuit. Et ut victoriarum cursus adversus Turcos citius dirigatur, illustrissimum Dominium Ducale Venetiarum, in Turcorum nomen semper infestum, ad hoc bellum adversus Turcos suscipiendum una cum serenissimo Domino Rege Hungariæ in hanc hodiernam diem excitavit, simulque societate & fœdere junxit, ut effrænata Turcorum audacia, quæ ulterius ferenda non est, cum Mahumetana fide tam ex mari, quam ex terra penitus deleatur, & ipsi sævissimi Turci sceleratissimi facinoris meritas pœnas luant.

§. 2. Itaque divino numine adducti *Serenissimus* & Excellentissimus Dominus, Dominus *Matthias Dei gratia Rex Hungariæ &c.* ex una, ex altera parte *Illustrissimus* Dominus, Dominus *Christophorus Mauro*, Dei gratia *Dux*, & inclytum *Dominium Venetiarum*, unionem & intelligentiam, & ligam contra infidum Turcum optimo animo, & sinceriſſima mente unanimiter, & simul convenerunt cum his modis infra scriptis, pactis, capitulis, conventionibus, promissionibus & obligationibus pro conservatione sanctissimae Christianae religionis & amplificatione nominis Christi summi Creatoris nostri. (Prima hujus fœderis pactio haec fuit, *Venetos tamdiu aperto bello Turcam insectaturos, quamdiu Matthias Rex cum eo bellum gereret: Illos præterea instructuros classem quadraginta triremium*, atque in loca maritima incursuros; *per Dalmatiam etiam per que Peloponesum pedestres equestresque acies ad distrahendum in pluribus locis hostem educturos.* Obstrinxit se vicissim *Hungarus per loca Turcico imperio contermina irrupturum cum exercitu validissimo adversus infideles:* constitutumq; est, ut *nihil Veneti in limite Hungarico, nihil Hungarus in Veneto novarent, nec pars altera, altera non assentiente eũ Turca pacem conficeret.* Reservatum præterea jus universis

Digitized by Google

jus universis Regibus, Principibus, ac Ducibus accedendi huic fœderi, quod idoneis denique formulis communitum ac promulgatum est, adjecta loci & temporis nota his verbis;) Actum *in Strimio in Waradinopeta*, in aula Serenissimi & Excellentissimi Domini Regis prædicti, anno Domini M CCCC LXIII. Indictione XI. die XII. Septembris, præsentibus Reverendissimis & dignissimis dominis, Stephano Archiepiscopo Colocensi, & Joanne Episcopo Waradiensi; ac magnificis & potentibus dominis *Michaele* dignissimo *Comite Palatino Regni Hungariæ*, Nicolao Weywoda Bano Sclavoniæ, Comite *Stephano de Frangipanibus bano Croatiæ*, *Pomano Comite Zagoriæ bano* Sclavoniæ, ac magnifico domino Emerico Zapol regio thesaurario dignissimo, & aliis dominis præsentibus & astantibus ad hæc vocatis & specialiter rogatis.

CLXXXIV. *Confœderatio* Ludovici XI. *Regis Christianissimi* cum Helvetiis *facta apud Abbatis villam, die vigesima septima Novembris, Anni* 1463.

LUdovicus Dei gratia Rex Francorum, universis præsentes literas inspecturis salutem. Cum vivente fœlicis recordationis Domino Genitore nostro (cujus animæ propitietur Altissimus) inter ipsum ex una parte; & charissimos sincere nobis dilectos Consules, Cives, Communitates & Patriotas Civitatum, oppidorum, terrarum partiumque ligæ veteris Alamanniæ aliæ infra scriptas videlicet *Zurigo de Berna, Solodoro, Lucerna, Uranio, Schwitz, Underwalden super & sub silva Zug & Glaris* ipsis Consulibus, civibus, & civitatibus exposcentibus initæ, tractatæ & formatæ fuerint certæ ligæ, pacta & conventiones amicitiæ & intelligentiæ, qua de re ipse Dominus noster Genitor suas tunc fecerat litteras formam quæ sequitur continentes. *Carolus Dei gratia Francorum Rex*, universis præsentes literas inspecturis salutem. Cum humanæ conditionis status motu multiplici varietur &c. (*ut supra.*)

§. 2. Cum autem prædicti Cives, Consules & Communitates oppidorum, terrarum, partiumq; ligæ veteris Alamannicæ altæ suos apud nos miserint Oratores enixis supplicationibus exorantes, quatenus præfatas ligas, amicitias, pacta, conventiones & Intelligentias confirmare, ratifficare pariter & continuare vellemus, ad quod virtutibus eorum exigentibus, consideratoque finceræ dilectionis & reverentiæ zelo, quem erga nos & prælibatum Dn. Genitorem nostrum hactenus habuerunt meritò fuimus inclinati.

§. 3. Notum igitur facimus, quod Nos, qui pacis & amoris amplitudinem inter Christianos populos complecti peroptamus prædictas Intelligentias* animum nostrum moventibus, laudamus, approbamus, & ratificamus, ratificataq; laudavimus & approbavimus, atq; rata & grata habuimus per præsentes. Volentes & concedentes ipsas firmiter & perpetuò per nos, nostros subditos, confœderatos & amicos teneri & observari, quemadmodum per præfatum Dominum & Genitorem nostrum tenebantur & observabantur, & prout suis superius insertis litteris est expressum. In cujus rei testimonium nostrum sigillum præsentibus duximus apponendum. Datum apud Abbatis villam die vigesima septima mensis Novembris. Anno Domini 1463. Et Regni nostri tertio.

CLXXXV. *Fœdus inter* Paulum II. & Rempublicam Venetam. *Rom.* 28. *Maji* 1469.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus sancti, & gloriosæ Virginis Mariæ, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac

Digitized by Google

B. Marci Evangeliſtæ, totiusq; cœleſtis Curiæ triumphantis, anno à nativitate Domini MCCCCLXIX. die verò XXVIII. menſis Maji, indictione II. Pontificatus ſanctiſſimi domini noſtri, domini Pauli divina providentia ſacroſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ ſummi Pontificis anno V. &c. Primò ipſe Reverendiſſimus dominus S. Marci, nomine ſanctiſſimi domini noſtri pro ſe & ſucceſſoribus ſuis canonicè intrantibus, & pro ſanctiſſima Romana Eccleſia ſuisq; adhærentibus confœderatis, complicibus & obligatis; etiam præfatus magnificus dominus Orator nomine ſereniſſimi domini Ducis, & illuſtriſſimi dominii Venetorum faciunt, firmant, ineunt, & contrahunt bonam meram, & veram invicem *confœderationem*, intelligentiam & ligam duraturam *usque ad annos XXV.* & ultra ad illud totum tempus, quod ipſis partibus placitum fuerit, ad mutuam conſervationem, & defenſionem ſtatuum, & contra omnes de cetero, non provocatos, ac lacesſitos offendere volentes ſanctiſſimum dominum noſtrum, & illuſtriſſimum dominium Venetorum, vel eorum alterum, ſeu eorum ſtatus: & hoc fieri intelligatur pro conſervatione & tranquillitate pacis Italiæ.

§. 2. Item convenerunt & concordarunt, quod ipſe *ſanctiſſimus Dominus noſter tenere & habere debeat equites quatuor mille, & pedites tres mille paratos, & ipſum illuſtriſſimum dominium ſimiliter tenere & habere debet equites quatuor mille, & pedites tres mille*, ut ſupra prædictum eſt, propriis ſumtibus uniuscujusque partis, declarando, quando dictas gentes illuſtre dominium prædictum mittere debeat facta ſigillatione capitulorum in Romandiolam ad omnem requiſitionem ſanctiſſimi domini noſtri, ireque debeant ad ea loca, ad quæ ſua ſanctitas, & illuſtriſſimum dominium prædictum judicaverint mittendas eſſe, habita omni conſultatione, & deliberatione ad defenſionem ſtatus & terrarum ſanctiſſimi domini noſtri, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ: *quo caſu ſanctitas prædicta ipſis gentibus ſic miſſis*, vel earum parti, *providere facere debeat de allogiamentis, ſtationibus & victualibus, quæ* vendi debeant gentibus praedictis *eo pretio & avantagio, quo venderentur gentibus ſanctiſſimi domini noſtri.*

§. 3. Item convenerunt, & concordes ramanſerunt dictæ partes, quod illuſtriſſimum dominium prædictum, cum omni tempore ſuper mare teneat potentem claſſem, obligatum ſit, & ſe obtulit occurrente bello, quod Deus avertat, quocumque modo ſucceſſerint negotia, quod maritimas vires attinet, ſufficienter, & tempeſtative providere ad omnia commoda ſtatuum & rerum ſanctiſſimi domini noſtri prædicti, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſupradictæ, absque aliqua impenſa ſanctitatis ſuæ.

§. 4. Item convenerunt & concordarunt partes prædictæ, quod occurrente caſu, quo illuſtriſſimum dominium prædictum ab aliquo dominio vel potentatu non leceſſito ſive provocato offenderetur, ſanctiſſimus dominus noſter prædictus obligetur præſtare, & *mittere in ſuccurſum præfati illuſtriſſimi dominii, equites duo mille, & pedites mille*, illosq; tenere propriis impenſis toto tempore belli; quemadmodum præfatum illuſtriſſimum dominium præſtare, & mittere ſe obligat in Romandiolam, & alio, ubi neceſſarium judicatum fuerit per communem conſultationem ambarum partium, & tenere usque ad bellum finitum prædictos equites quatuor mille, & pedites tria millia ſuis propriis impenſis. (Additæ ſunt aliæ pactiones, ut *fœdus cum nullo Principe*, vel populo Italico inire poſſet, niſi pars altera pari conſpiratione conſentiret: daretur autem ſingulis facultas ut huic fœderi accederent: *Lapſo ab hujus promulgatione menſe: ſocios pars quæque ſuos deſignaret: ſi bello pars altera implicaretur, altera pacem conficere, altera diſſentiente, nequeat.*)

CLXXXVIII. Fœdus Italicum *pacis generalis inter primarios Potentatus Italiæ, procurante* Paulo II. *Decemb.* 1470.

In

Digitized by Google

IN Dei nomine Amen. Anno à nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti M CCCC LXX. Indictione III. die Sabbathi XXII. Decembris hora XXII. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Pauli divina providentia Papæ II. anno VII. cum idem ſanctiſſimus Dominus noſter Papa ab ipſo ſui Pontificatus initio in ſacri ſui pectoris ſcrinio perſaepe revolveret, quod poſt captam ab immaniſſimis Turcis Conſtantinopolim, & Orientale occupatum imperium tunc duodecim, *nunc verò ſeptendecim anni fermè ſunt, quod ab Ægeo mari ad Danubium & Alpes Julias* * *quotidie Chriſtianorum ſanguis effunditur*, ac quod Thraciam, Macedoniam, Epirum, Myſiam, Illyricum &c. inimici nominis Chriſti vaſtarunt, diripuere, & occupavere, pii, boni, atque providi paſtoris more tantæ Chriſtianorum infelicitati providere cupiens, propoſuit inter Italiæ potentatus, & principes pacem primum firmare, & ſucceſſivè generalem unionem, confœderationem, & *ligam tempore felicis recordationis Domini Nicolai Papæ V.* die videlicet XXX. Auguſti, *anno Domini M CCCC LIV. Venetiis initam, &* XXVI. *Januarii ſubſequentis anni Neapoli firmatam*, de cujus robore & firmitate propter multa, quæ poſtea acciderunt, non improbabiliter dubitabatur, confirmare & renovare, ut pacata & unita Italia, & charitatis atque unionis vinculo conglutinata ferocitati Turcorum quam celerrime occurreret.

* S. Hieron.

§. 2. Et licet ad hoc tam ſanctum piumq; opus peragendum perpluribus annis elaboraſſet, atq; legatos de latere, ac nuntios ad prædictos potentatus perſaepe mandaſſet, ita ut pacem primum in omnem Italiam opera, induſtria, & vigiliis dediſſet, firmaſſet atque conſtituiſſet; non minori ſtudio atque diligentia ad colligendos & unanimes conſtituendos prædictos Italiæ Potentatus elaboravit, ut omnium Chriſtianorum ad ſanctam expeditionem contra eundem Turcam ineundam cor eſſet unum, & anima una; tandem *ſereniſſimus* Dominus, Dominus *Ferdinandus Siciliæ &c. Rex*, ac *illuſtriſſimus* DOMINUS, DOMINUS *Galeas Dux Mediolani &c.* & *illuſtris* & *excellens Communitas Florentinorum*, dum ligam Neapoli die VIII. Julii proximè decurſi particularem inter ſe inirent atq; contraherent, ob admonitionem ſanctiſſimi Domini noſtri, & fidei defenſionis univerſalis rationem, inter cætera voluere, & ſolemni ſtipulatione promiſerunt, quod quandocumque prædictus ſanctiſſimus Dominus noſter una cum *illuſtriſſimo* Venetorum Dominio, vel aliquis eorum ſupradictam ligam generalem confirmare ſeu renovare dignaretur atque vellet, ut facilius ad fidei defenſionem deveniretur, omnium animis pacatis tenerentur partes prædictæ, & earum quælibet cum præfata ſanctitate & dominio, ut præfertur, in confirmationem ſeu renovationem hujusmodi concurrere, firmis ſemper inter dictas partes manentibus omnibus, & ſingulis capitulis in prædictæ ligæ contractu. (*Pluribus interjectis de eo fœdere adverſus Turcam inſtaurato ſubdit.*)

§. 3. Reverendiſſimus in Chriſto Pater & DOMINUS, DOMINUS *Marcus tit. S. Marci Presbyter S. R. E. cardinalis* Epiſcopus Vicentinus ibidem ſimul cum infra ſcriptis aliis Reverendiſſimis Dominis S. R. E. Cardinalibus conſiſtorialiter in conſpectu præfati ſanctiſſimi DOMINI noſtri Papæ congregatis exiſtens, de mandato ejusdem ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ, ejus, nobis omnibus & aliis illic adſtantibus, audientibus, & intelligentibus vivæ vocis oraculo facto; confœderationem & ligam eandem generalem, ſicut præmittitur per dictos Dominos Oratores confirmatam & renovatam pro effectu & complemento verborum, quæ ſupra poſita ſunt, videlicet, * ut præfatus ſanctiſſimus Dominus noſter prædictam ligam generalem pariter benedixit & confirmavit, benedicit, confirmat, & renovat; hoc tamen declarato pro ipſo ſanctiſſimo DOMINO noſtro Papa, ejusque ſucceſſoribus Romanis Pontificibus canonicè intrantibus, & eorum ſtatu, cum omnibus

& ſingulis reſervationibus & declarationibus ſupra in dicto loco hinc inde factis, ac promiſſionibus, obligationibus & aliis in ea & præſenti confirmationis & revocationis contractu contentis & appoſitis ſimiliter confirmavit & renovavit, &c.

CLXXVII. *Pacta Confœderationis* Ludovici XI. cum Helvetiis. 23. *Sept.* 1470.

Ludovicus Dei gratia *Francorum Rex* ex una; & nos Magiſtri Civium, Schulteti, Ammani, Conſules, Cives, Communitates, & Incolæ inſequentium Civitatum, Dominiorum, Provinciarum, partiumque magnæ ligæ Alamanniæ ſuperioris, videlicet *Zurigi*, *Bernenſis*, *Lucernenſis*, *Uranienſis*, *Schuttenſis*, *& Underwaldenſis*, tam præſentibus quam futuris harum præſentium ſerie notum facimus, quod nos ex omnibus partibus pro ſincera & veteri amicitia conſervanda, quæ usque in hanc diem inter dominia & prædeceſſores & majores noſtros & nos fuiſſe dignoſcitur, proq; ſingulari quadam intelligentia & unione contrahenda in hunc qui ſequitur modum convenimus, videlicet, quod nos Rex Franciæ prænominatus per nos, & noſtros *Burgundiæ Duci* contra & adverſus paæfatos amicos noſtros chariſſimos de liga communiter vel diviſim, *nullo unquam tempore aliquod præſtabimus auxilium, favorem vel aſſiſtentiam*, directè & indirectè; quibus præfatis de liga vel ſuis in genere vel ſpecie aliquod detrimentum corporum bonorum vel quorumcunque aliorum poſſit imminere.

§. 2. Pari via & forma nos præfati Conſœderati de Liga præfato Domino Burgundiæ Ducì contra & adverſus præfatum ſereniſſimum Chriſtianiſſimum Dominum, Dominum Francorum Regem, nullo unquam tempore, aliquod præſtabimus auxilium, favorum vel aſſiſtentiam, directè vel indirectè, quibus eidem Chriſtianiſſimo Domino Regi vel ſuis in genere, vel ſpecie aliquod detrimentum corporum bonorum, vel quorumcunque aliorum poſſit imminere, omni dolo, fraude, & falſa machinatione penitus excluſis; ſalvis tamen indulgentiis pridem inter nos præfatum Regem & nos de liga factis, quantum illæ in omnibus cæteris punctis & articulis ſalvæ & in perpetuo robore eſſe debent & permanere. In quorum omnium fidem & efficaciam nos præfati Ludovicus Rex, Magiſtri Civium, Schulteti, Ammani, Conſules, Cives, Communitates & incolæ ſupradictarum Civitatum, Dominiorum, & Provinciarum ſigillo noſtro præſentibus litteris (quarum duæ ſunt ſimiles factæ & cuilibet partium tunc traditæ) appendi fecimus. Datum apud Regem in villa Thuronia die vigeſima tertia menſis Septembris, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo, & Regni noſtri decimo.

CLXXXVIII. *Capitula eorum, quæ in Comitiis Ratisponenſibus Anno* 1471. *à Statibus Imperii* Friderico III. *Imperat. promiſſa ſunt contra Turcam. Dat. Ratispona.*

BArbaris Muhametanis in Auſtriam usque excurrentibus Imp. *Frid. III. Comitia indixerat Ratisbonam*, ubi Status Imperii maxima etiam comparuerunt frequentia, quibuscum varia de futura expeditione contra Turcas acta & decreta ſunt, & hic tandem factus inter Imp. & Proceres ac Principes Receſſus: (1.) Unanimi Principum ac Statuum conſenſu concluſum eſt, *ut Friderico III.* 10000. *milites*, equites ac pedites armis ac tormentis inſtructi, in ſubſidium *contra barbaros mitterentur*. (2.) Hi omnes ſub Cæſareo Duce ſupremo ad arces limitaneas Hungariæ ocius contenderent. (3.) Conſiliarii Imperiales eligerentur: quorum conſilio dirigerentur. (4.) Omnes

viæ

viæ publicæ ſecuritatem haberent ad vina, eſculenta, ac commeatus advehendos: item variigeneris merces: (5) Quas & ex Foro Julio procuraret Caeſar, mediocri ac parabili pretio. (6) Si urgerentur à barbaris haec auxilia Imperii, Caeſar iis ſubvenire teneretur. (7) Copias auxiliares ſuas unusquisque Principum ac Statuum in tres annos alere teneretur. (8) Imperator ipſe, quas contra barbaros paratas habeat vires, ſignificaret. (9) Omne interim bellum in Germaniâ ceſſaret. (10) Si opus ſit, etiam Regum Chriſtianor. auxilia peterentur. (11) Hae copiae auxiliares optima fide defenderentur, nec hoſti temerè conterendae offerrentur. (12) Principes Conſiliarii pro exercitus commodo ſeſe obſtringerent jurejurando. (13) Papa Romanus intra illud triennium plenam indulgentiam omnibus pœnitentibus praeberet, eamque ex abſolutione redemptam pecuniam adverſus barbaros expendere non recuſaret; nec minus in omnibus regionibus Crucem praedicari juberet. (*Qui autem cruce inſigniri cuperent, ſuis ſumtibus armati militare promitterent.*) (14) *Ad Regem Franciæ & Ducem Burgundiæ, Imperii nomine, inſignis mitteretur Legatio,* aut ut ipſi veniant, aut auxilia mittant; Item *Regis Daniæ Legatus Ratisbonæ præſens. de iisdem auxiliis ſolicitaretur, ut & Rex Hungariæ,* qui ſi Caeſarem urgeri ab hoſtibus contingeret, ſuo exercitu eum liberare promitteret. (15) Navales quoque copiae ex Italia paratae eſſent. (16) Moneta commerciis apta diſtribuetur. (17) Populus ubique ad jejunia & ſupplicationes ſub pœnâ compelleretur. (18) De pecuniâ publicâ huic conditioni deſtinatâ, certò caveretur; viri boni, collectores & œconomi ordinarentur. (19) Denique *ab hâc de collectâ publicâ nec Judæi, nec ordines mendicantium liberi eſſent.* Tandem (20) Statuum Legationes ſuas exceptiones adjungunt.

CLXXXIX. Erectio Holſatiæ in Ducatum *per auream Bullam* Friderici *Imp. Datam Rotenburg ſuper Tauberam.* 14. *Febr.* 1474.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. *Fredericus* divinâ favente clementiâ *Romanorum Imperator* ſemper Auguſtus, *Hungariæ, Croatiæ, Dalmatiæ &c.* Rex, ac *Auſtriæ, Stiriæ, Carinthiæ & Carniolæ* Dux, Dominus *Marchiæ Slavonicæ, ac Portus Naonis,* Dominus in *Habsburg, Tyrolis, Pherretis & Kiburg,* Marchio *Burgoviæ &* Landgravius *Alſatiæ,* ad perpetuam rei memoriam. Cum Imperii ſacri decus, populique Romani cultus, honoris dignitatisq; largitione plurimum conſiſtant, (quæ tunc maxime augere ornareq; exiſtimamus, ubi eos liberalitatis munere proſequimur, quos ſumma probitatis ſtudia noſtrâ clementiâ dignos reddiderunt) eoque auguſtum ſolium ampliori corona reluceat, quo Imperatoria Majeſtas, munus ſerenitatis diffundens, uberiori ſplendore refulget.

§. 2. Summam itaq; Romani Imperii auctore Deo feliciter gubernantes, idque ſemper honoribus & dignitatibus amplificare & decorare ſatagentes, matura deliberatione prævia, accedente ad hoc Electorum, aliorumque Principum, Comitum, Baronum & Procerum noſtrorum conſilio, motu proprio, ex certa ſcientia & de plenitudine Cæſareæ poteſtatis noſtræ, *titulos Comitatuum Holſatiæ & Stormariæ extinximus,* caſſavimus, eorumque comitatum, terras & dominia *univimus,* eique *diſtrictum Dithmarſiæ incorporavimus,* hujusmodi *terras, diſtrictus & dominia incorporata in Ducatum ereximus,* extulimus, & conſtituimus, conferentes eidem omnia & ſingula Ducalia ac Principatuum jura, honores, prærogativas, eminentias, *imponentes eidem titulum Ducalem de Holſatia:* Volentes ac mandantes in antea hujusmodi titulo ab omnibus appellari.

§. 3. Conſiderantes deniq; Illuſtriſſimi Principis *Chriſtierni Daniæ* Regis, fratris

fratris noſtri cariſſimi, excelſa merita in nos, ſacrumque Romanum Imperium officia, affectumq; optimum, deliberatione, motu, ſcientia & poteſtate prædictis eidem fratri noſtro tanquam *Duci Holſatiæ, Ducatum de Holſtein* ſic erectum & conſtitutum *in feudum dedimus*, conceſſimus, *caritatemque ſuam*, recepto prius ab eo, tanquam à Duce Holſatiæ, corporali fidelitatis & obedientiæ juramento, ſolemniter inveſtivimus, damusque, concedimus & inveſtimus per præſentes, ita ut in antea caritas ſua, ejusq; in hujusmodi Ducatu legitimi ſucceſſores, eundem Ducatum ita erectum tenere, & cum omnibus Ducatibus & Principatuum dignitatibus, juribus, honoribus, titulis, eminentiis, utilitatibus & prærogativis poſſidere, & præſertim jure auream argenteamque monetam fabricandi, venationes banniendi, gabellas & telonia ſolita ſublevandi, & ſalvos conductus & ſecuritates præſtandi, uti frui & gaudere poſſint ac valeant ſine contradictione, moleſtatione aut renitentia cujuscumque. Teneanturq; præfatus frater noſter, tanquam Dux Holſatiæ, ejusq; in dicto Ducatu pro tempore ſucceſſores hujusmodi Ducatum à ſacro Romano Imperio in feudum recognoſcere; eo videlicet modo, quo hactenus, dicti Comitatus recogniti, & Comitatuum poſſeſſores inveſtiti fuerunt. Hoc noſtro perpetuo edicto ſtatuentes, poſſeſſores præfati Ducatus, ut ſupra inveſtitos, perpetuis temporibus Duces fore, eosque Duces per omnia haberi & reputari.

§. 4. Omnibus denique & ſingulis Principibus, tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Communitatibus, Communitatumque Rectoribus aliisq; ſacri Imperii ſubditis fidelibus diſtrictè præcipiendo mandantes, ut ejusdem Ducalis dignitatis, honoris & reverentiæ debita, & maximè in adſcribendis *titulis* ac aliis prærogativis & eminentiis exhibeant & impendant. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc noſtræ caſſationis, unionis, incorporationis, creationis, infeodationis, ſtatuti & præcepti paginam, quovis quæſito colore infringere, aut auſu temerario contraire. Si quis verò pudoris ignarus ſupra dictis, aut alteri ipſorum reniti aut contravenire præſumſerit, indignationis noſtræ pœnam graviſſimam, & præterea mille marcarum auri puri, diſpoſitionibus ſupra dictis nihilominus ratis manentibus, totiens quotiens, ſe noverit eo ipſo incurriſſe, cujus pœna dimidium ærario noſtro, aliam verò dimidiam parti læſæ ſtatuimus applicandam. Signum ſereniſſimi ac invictiſſimi Dn. Friderici Tertii Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Regis, ac Auſtriæ, Stiriæ, Carinthiæ & Carniolæ Ducis &c. Teſtes verò præſentes fuerunt venerabiles illuſtresque *Adolphus Archiepiſcopus Moguntinenſis; Albertus Marchio Brandenburgenſis.* Principes Electores: cariſſimusque *filius noſter Maximilianus Auſtriæ Dux*, Wilhelmus Epiſcopus Eyſtetenſis, Ludovicus Dux Bavariæ, Comes Veldentiæ, Nobilesq; Rudolfus Comes de Sulz, Hugo Comes de Werdenberg Conſiliarii noſtri, Siffridus Comes de Leiningen, Uldericus Comes de Werdenberg, Ludovicus Comes de Ottingen, & alii plures noſtri & Imperii ſacri fideles dilecti. Præſentium ſub aurea bulla typario Imperiali noſtræ Majeſtatis impreſſo teſtimonio literarum. Datum in Civitate noſtra Rotenburg ſuper Tauber, die Lunæ quarta decima menſis Februarii, anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quarto, Imperii viceſimo ſecundo, Hungariæ verò decimo quinto.

CXC. *Præſcriptio & Inſtitutio Collectæ Turcicæ indicendæ in Comitiis Auguſtanis.* 1474.

NEmo ignorat, quomodo hactenus ſancta Chriſtianitas ab infeſtiſſimis nomini Domini noſtri Jeſu Chriſti hoſtibus, abominandis Turcis, à multo

nullo jam tempore, horrendis & inhumanis modis violata, vexata & devastata sit. Multa potentissima Regna, aliasque Christianas Provincias à sancta Christiana fide avelli, affligi, uri, perire; multas populi Christiani myriades in servitutem abripi, & ad blasphemandum nomen Dei omnipotentis, Christianæque religionis pellici compellique, sanguinem eorum innocuum effundi, proxima viderunt tempora, Venditos, cruciatos, cæsos homines, Religionem & veri Dei cultum oppressum, inhibitum, ejectum, inter tot exempla passim ipsis oculis in hærentia, singillatim enumerare, non opus est.

§. 2. Quibus malis, ut valide & cum successu obviam iretur, S. Cæsarea Majestas, & S. Imperii Electores, Principesque Ecclesiastici & seculares, cæterique huic negotio adhibiti in *Dieta Ratisbonensi*, eo nomine instituta, diligenti cura circumspexerunt, quid in aliis *Conventibus*, *Noribergæ*, *Francoforti*, & alibi hanc ad rem conducere visum esset. Omnibus autem probè examinatis, apparuit, non patuisse ista ante hac constituta ad optatum proficere exitum, propter magnas circa status Imperii, quibus munera præstanda injungebantur, factas varias mutationes. Nonnulli enim quibus onera descripta erant, vel plane defecerant in Imperio nec supererant, vel ita extenuati erant, ut impositam sibi portionem exsolvere nequirent: Alii autem ea, ceperant augmenta, ut indictæ collectæ modus opum magnitudini nequaquam responderet. Qua inæqualitate factum est, ut successu carerent ejusmodi indictiones. Igitur multo studio & labore *descripta est collatio pro modo facultatum cujusque* in Imperio, sine exceptione aut prærogativa ullius conditionis statusve, quam potest fieri maxime æquabiliter facienda: cujus exempla singulis S. R. Imperii Electoribus, Principibusque Ecclesiasticis et sæcularibus, reliquisque magno tum numero congregatis, & facturos se placito promittentibus oblata sunt. Quanquam autem etiam S. Cæs. Majestas assenserit, & Pontificis Maximi Legatus, qui aderat, omnia approbaverit, ad effectum tamen hactenus ea res deduci non potuit. Quanto id cum detrimento Christiani nominis evenerit testari possunt abunde miserandæ clades ab immani hoste Christianorum Turca cotidie terris ipsorum illatæ. Et postquam non tantum omnia Græciæ regna, sed totam quoque Orientalem Ecclesiam, tam Bosniam, Serviam, Croatiam, aliaque ad inclytum Hungariæ regnum spectantia loca vi subegit; etiam ad regiones S. Romano Imperio subjectas animum & manus adjicere cœpit, sæpiusque incursione factâ, ut omnibus constet, igni ferroque grassatus, prædas egit, & sexaginta amplius hominum millia miserima captivitate constrinxit, interemit, sævissimis cruciatibus subjecit. Certis insuper nuntiis monemur, *id jam agere Turcam, ut pace cum potentissimo Usuncassano facta, totis viribus Romanum aggrediatur Imperium*, & unà cum aliis Christianorum provinciis in suam ditionem redigere conetur; quod alibi ei successisse sæpius, recens ab oculos ponit memoria. Quare, si non aliâ quam superioris temporis consuetudine, ad resistendum remedia comparantur; periculum est, ne destinata, quibus dictum est locis, perficiat. Unde non damnum modo nullâ in posterum ope sarciendum, sed continuato indesinenter furore hostili, ipsius S. Romani Imperii diminutio, ac pernicies celeberrimæ nationis Germanicæ, communisque Christianitatis exitium consequatur oportet. Quibus prævertendis, dum inevitabilis urget necessitas, S. Cæsarea Majestas, ope & consilio Sanctissimi Patris Pontificis Maximi, memoratam descriptionem collationis & collectarum, magnitudine suscipiendi operis consentaneam, quanto fieri potuit, æqualitatis & moderationis studio, instituit; prorsusque speravit, fore, ut omnes & singuli, perspecta causæ æquitate & Christiani nominis periculo, vinculi & necessitudinis, quâ his nominibus tenentur memores, pro captu suæ conditionis & status, tempore modo & formâ, in hac indictione præscriptis ad resistendum Turcis qua decet fide et

Digitized by Google

industria, munus suum cupiant obire. Et ne quisquam detrectare imposita aut implendis quæ constituta sunt, obsequium denegare audeat, S. Cæsarea Majestas banni Imperialis, Legatus Pontificius excommunicationis Ecclesiasticæ sanctionem publicabunt.

§. 3. Et primo quidem probe reputandum est, *neminem*, qui Christi nomine & religione censetur, ab officio defendendæ adversus Turcas, tuendæque pro modo facultatum suarum Christianæ fidei, *immunem & exsortem haberi posse*. Igitur indictio, quæ sequitur, spectat ad Imperatorem, ad omnes & singulos Electores, Principes, Prælatos, Comites, Barones, Nobiles, milites, civitates Imperiales, aliasque Communitates, oppida, pagos, vicos, subditos, ad Ecclesiasticos & sæculares, cujuscunque dignationis aut conditionis: quo illud onus æquali partitione per Imperium sustineatur, educaturque egregiorum hominum idonea multitudo, rebusque necessariis instruatur, ad debellandum alacrioribus animis, & ejiciendum divina ope occupatis locis immanissimum hostem.

§. 4. Nominatim Principum quilibet, nobilitatem originis suæ à Deo concessam, tum conscientiam suam & fidem in sacrosancto baptismo juvandis liberandisque Christiani nominis consortibus obligatam respicere, & propterea *certum equitum peditumque numerum*, pro modo fructuum, censuum, redituum ærario & statui suo Principali destinatorum, ad prædictam universalem expeditionem proximo Aprilis mense adversus Turcas Deo favente suscipiendam, in loca nominanda submittere debet quo Duci militiæ constituto pareant, & in omnibus secundum leges & præscripta se gerant.

§. 5. Omnes item Prælati, Comites, Barones, Nobiles, Milites, Consules, Civitates, Communitates, & alii Imperio subditi, cujuscunque status & conditionis, qui habent annuos reditus sive ad dies vitæ, sive cum pacto retrovenditionis, sive hæreditarios, sive census & bona censualia aut fructuosa in domibus, agris, pratis, vineis, aliave similia, *de eorum censuum redituum, gultarum & fructuum singulis centenis decem conferant, ita ut ex singulis millibus florenorum unus armatus eques, vel duo idonei pedites, per annum adversus Turcas militaturi conscribantur.*

§. 6. *Qui autem non habet census* & bona censualia ad prædictum modum, ille de suis tamen bonis pecuniis, unde aliquam utilitatem percipit, Christianitati pro modo facultatum etiam subveniat: ita ut *in singulis viginti quinque florenis*, aut bonis tali pretio circiter taxatis, *unus florenus subsidiis Turcicis destinetur*: sicut de bonis mille florenorum ad unum equitem, aut duos pedites comparandos prædictum est.

§. 7. Summatim dicendo, quando collectatio hæc bona immobilia aut patrimonialia respicit, satis intelligitur, unumquemque, qui bona & census habet, sive sit Ecclesiasticus, sive sit secularis, sive sit Princeps, Prælatus, Comes, Baro, Clericus, Nobilis, Civis, Opifex, Agricola, sive alius universim & singillatim cujuscunque status & conditionis; *de suis censibus & reditibus semper decimum nummum pendere debere.* Sin censibus & reditibus caret, habet tamen alia bona patrimonialia & immobilia ut domus, hortos, agros, prata, sylvas, ligna, piscinas, molendina, aut res similes, quas non elocat pretio, sive in suos usus retinet, exercet, colit, possidet; illorum bonorum æstimatione facta, *de singulis florenis singuli nummi exigantur.*

§. 8. *Opifices*, qui nec census, gultas, fructus, nec pecunias habent, quibus negotientur, sed ex labore suo & opere manuum victitant, eorum quilibet, pro modulo facultatum *minimum quartam floreni Rhenani persolvat: de servorum* autem quos alit, *quolibet triginta duo nummi indicantur.* Si autem opifex talis alios census, reditus, fructus aut bona censualia & fructuosa habet, de iis collectetur, sicut de ejusmodi censibus, gultis, fructibus & bonis præscriptū est: neque tum, nomine opificii sui quartam illam floreni partem

pendere

Digitized by Google

pendere cogatur. Quod si opifex aliquis non habens gultas, census, reditus, aut bona, modo præscripto, de cætero tamen negotietur aut mercimonium faciat, circa opificium suum, de eo mercimonio collectetur, ut de negotiantibus dictum est.

§. 9. Quod ad operarios attinet ìtipe diurna & quotidiana victitantes, quilibet eorum per annum *octodecim nummos*, eo loco usitatos, teneatur pendere. Quod si verò operarius talis habeat gultas, reditus censusve habentibus prædictum est.

§. 10. *Servi servæque de mercede suâ annua contribuant, de unoquoque nempe floreno duos nummos.* Quod si verò illi illævè aliunde habeant census, gultas, reditus aut bona fructuosa, tum servetur in illis, quod supra positum est. Et, si quid pro annuo censu elocabitur, inde fiat indictio, nempe duorum nummorum de uno floreno.

Collectatio Ecclesiasticorum.

§. 11. Sicut de Principibus præmissum est, ita etiam Archiepiscopi & Episcopi, qui sunt S. R. Imperii Principes, juxta modum censuum, redituum & gultarum Cameræ & statui ipsorum Principali inservientium, conferant.

§. 12. Et præpositi quidem Cathedralium, aliarumque Ecclesiarum de Præpositura Cathedrali, vel alia collectentur, sicut de censibus, reditibus, gultis, bonisque fructuosis & censualibus constitutum est.

§. 13. Item, quos census, gultas, quæve bona censualia & fructuosa, Capitula omnium & singularum Ecclesiarum Cathedralium aliarumque in Archiepiscopatibus & Episcopatibus Germanicarum terrarum in communi habuerint, de quibus nulla annua pensio Canonicis Capitularibus, & præbendariis erogatur, sed quæ in communes Ecclesiæ & Capituli usus adhibentur, illi census, reditus, bonaque censualia & fructuosa taxationi supradictæ in hac indictione subjaceant. Quæ verò Capitula Canonicis, Capitularibus & præbendariis, Annuas suas præbendas, de prædictis fructibus & gultis persolvere solent; illa Capitula, quoad illa, unde pensio annua erogatur, hâc indictione non comprehendantur. Quæ verò præter illas pensiones remanent, de iis fiat collectatio modo prædicto.

§. 14. Canonici omnes prædictarum Ecclesiarum, & Capitulares, de gultis & reditibus, bonisque censualibus & gultiferis ad corpus suæ cujusque Præbendæ pertinentibus, pro modo & numero eorum, ad hanc indictionem teneantur conferre sicut de mille florenis prædictum est.

§. 15. Illi item *Clerici*, ad quos spectant bona sacra altaris, aut parochialia, apud quæ tamen non considunt, illi de *gultis absentiæ suæ pendant*, quæ ex prædicta taxatione pendi oportet. Id quod etiam ad Vicarios eorum talia administrantes, quantum ad residuum absentiæ attinet.

§. 16. *Abbates*, Abbatissæ, Magistri, Priores, Priorissæ, aliique Religiosis ordinibus præpositi, Prælati, eorumque Monasteria, & Abbatiæ, quocunque nomine veniant, virorum sint sive mulierum; *sive exemtione gaudeant, sive non gaudeant eâ citra omnem exceptionem de gultis* reditibus, censibus, bonisque censualibus & gultiferis *conferant*, ut prædictum est: Comprehensa eadem lege etiam aliis personis singularibus illorum Monasteriorum & Abbatiarum, census ad dies vitæ redemtos aliosve, gultas, bonave censualia vel gultifera habentibus, & decimarum Ecclesiasticarum redemtoribus, ac Hospitalibus, quoad gultas, census, redditus, & bona prædicta, communiter ad Hospitale spectantia. *Monachi* verò *Nudipedes*, aliique, cum cœnobiis & Hospitalibus, observantiæ suæ regulam custodientibus, & neque in communi neque singillatim gultas aut bona habentibus, itemque Domus Ecclesiasticæ unde gultæ, census, fructus non redeunt; similiter suppellectilia minora, arma

Digitized by Google

& laminæ ferreæ, aliaque hujus generis, nec non census annui, *gultæ*, fructus ad dies vitæ debiti, & præstationes, quas suis gultis, censibus, reditibus & bonis, vel Clericus vel secularis alius persolvere tenetur, ab *indictione hâc immunitatem habere intelliguntur;* iis, qui recipiunt talia, ad contribuendum obligatis.

§. 17. Quod *si quis Princeps, Comes, Baro, Eques, Miles ipse velit in expeditionem adversus infideles proficisci, is non tenetur collectam sibi* & suis injunctam præscriptamq; *extradere*, sed potest sibi suisq; in necessarios apparatus ususq; reservare. Qui verò in expeditionem ipse non cupit proficisci, is de pecunia sibi suisque, & qui ei assignati sunt, indictâ, cum præscitu Principis sui territorialis, vel, si eo caret, commissarii ad hoc constituti, copias equestres & pedestres instructas mittere potest.

§. 18. Similiter *licebit Civitatibus Imperialibus copias conducere, de illis pecuniis, quas ex formula hujus indictionis debeant conferre.*

§. 19. Atque quo promtius unusquisque & cupidius huic indictioni parere in animum inducat, Sanctissimus Pater noster *Pontifex* maximus in singulis Archiepiscopatibus & Episcopatibus, *indulgentias & plenarias remissiones cuicunque datas, per tempus durantis expeditionis revocabit:* & in oppidis, pagis, vicis passim devulgari curabit, omnes & singulos, qui indictioni præscriptæ paruerint, neque quicquam sibi reticendum ac dissimulandum existimaverint, Indulgentia & remissione potituros, quæ in expeditione contra infideles concedi consuevit.

De apparatu hujus expeditionis.

§. 20. Quilibet Elector, Princeps, Ecclesiasticus vel Secularis, Prælatus, Comes, Baro, Nobilis, una cum quolibet Commissario, assignatos sibi ad hanc expeditionem statim à finita diæta, ad se evocent, indictionemque hanc iis significent, ut cum certis & potioribus personis de re tota, & fide obsequii, indictioni præscriptæ debiti, conveniri queat, neque quisquam prætereatur in pendendis collectis aut eximatur.

§. 21. Atque ut omnis in executione hujus adversus Turcas institutæ indictionis suspicio evitetur, *in unoquoque Episcopatu*, quantum ad Clericos imprimis attinet, *tres Executores & Commissarii constituantur:* Unus Episcopi nomine sive ipse Episcopus. Secundus nomine Prælatorum, Capitulorum, totiusque Cleri; Tertius, nomine Prælatorum, Exemtorum & Monasteriorum: & hi tres à Prælatis & Clero universim & singillatim plenam habeant potestatem agendi, ordinandi, exequendi, quæ ad optatum hujus indictionis effectum idonea & necessaria videbuntur. Item *unusquisque Episcoporum, in Episcopatu suo super Ecclesiasticos & Clericos suos supremus sit Commissarius & Executor hujus indictionis:* quod si vero abesset Episcopus à suo Episcopatu, aut hoc munus in se recipere nequiret; tum *Nuntius Apostolicus* alium ejus vice Executorem constituat. Sed & alii quidam de Prælatis, Clero, & exemtis monasteriis, tribus prædictis Commissariis adjungantur. Commissarii porro hujus indictionis, omnes collectas communiter & singillatim consignent. Insuper Episcopi Prælati & alii Clerici, circa Laicos sibi subditos, eandem in collectando formam, eundemque modum observent, quem sæculares domini apud subditos suos observare solent.

§. 22. Civitatibus etiam Imperialibus, libera sit potestas, hanc indictionem inter se & sibi subditos, universim & singillatim, fideliter ad effectum perducendi, juxta tenorem Processus.

§. 23. Prælatis & Clericis ad hanc indictionem Commissarii dentur de Ecclesiasticis personis, Laicis verò & secularibus, seculares commissarii & Executores constituantur.

§. 24. *In unoquoque Episcopatu duo communes Commissarii, unus à sede Apostolica,*

Digitized by Google

ſtolica, alter à S. Cæſarea Majeſtate conſtituantur, cum plenâ poteſtate, ut exortâ quæſtione ad quem ſecularem Dominum ſive Advocatum, Clerici vel eorum homines & bona referri, quemve numerum huic expeditioni commodare debeant, Commiſſarii illi ſtatim poſſint circa eos, de quibus dubitatio incidit, indictionem exequi, definireque, quem in hac expeditione ſequi teneantur illi homines: ita tamen, ne in poſterum ſæcularibus illis Dominis & Advocatis de cætero præjudicium hinc creari queat. Duo hinc Commiſſarii ab Apoſtolica ſede & S. Cæſarea Majeſtate dati, habeant etiam poteſtatem, Eccleſiaſticis & civilibus coercitionibus, inobedientes, qui prædictæ indictioni ſe opponere, in eâ moras nectere, aut palam controverſias & impedimenta objicere auderent, in ordinem redigendi; efficiendique, ut indictio ſine turbamentis executioni detur.

§. 25. Alter etiam Commiſſariorum alteri ſuam poteſtatem & Jurisdictionem, quotiens opus erit aut deſiderabitur, in mutuum ſubſidium & auxilium expediat.

§. 26. Sanctione etiam pœnarum Eccleſiaſticarum & civilium provideatur, quo Commiſſarii & alii ad executionem Indictionis deſtinati, ſumma fide & diligentia, juxta juramenta ſua indictionem tractent, executionique mandent: & quicquid pecuniarum hominumve ita coactum fuerit, nullis aliis uſibus, quam prædicto negotio, præſcriptis temporibus, adhibeant, neminique alii, cujuscunque dignationis ſit, quoad pecunias & homines prædictos, obſequantur. Quod ut ſervetur, S. Cæſarea Majeſtas, & Legatus etiam Papalis, ſub comminatione magnarum Eccleſiaſtici, & Juris Civilis generis pœnarum, literis publicis præcipiant ac denuntient: In concionibus item ſacris, homines de ſuggeſtu promiſſione indulgentiarum & gratiæ divinæ & aliis modis permoveantur, ut fidei & jurisjurandi memores ſtudioſe impleant, ad quæ implenda per hanc indictionem tenentur: paratâ negligentibus & refractariis Eccleſiaſticarum & civilium pœnarum per Commiſſarios irroganda coërcitione.

§. 27. Qui Prælati aliæve Eccleſiaſticæ perſonæ, ſubditos & bona ſua diverſis in locis habent, indictionem prædictam inde expleant, in loco domicilii & reſidentiæ ſuæ. Quod ſi plures Eccleſias habuerint, tum executio indictionis fiat, in locis ubi ſingulæ ſunt Eccleſiæ.

§. 28. In unoquoque Archiepiſcopatu, ſedes Apoſtolica Commiſſarium Eccleſiaſticum, S. autem Cæſarea Majeſtas Commiſſarium ſecularem conſtituat, id curaturos apud reliquos Commiſſarios, omnesque alios in Archiepiſcopatu, ut laudabile inſtitutum feliciter effectum detur.

§. 29. Item, quando Commiſſarii, Electores, Principes, Archiepiſcopi, Prælati, Comites, Barones, Civitates Imperiales, Communitates, aliique indictionem hanc ex officio executi fuerint, quantumque pecuniarum ex Formulâ præſcriptâ redactum ſit, cognoverint; tam denuò deſignent, & expediant, quantum inde peditum equitumque, itidem ex formula præſcripta, comparari queat; & illum copiarum numerum, infra feſtum S. Martini ab hoc tempore, S. Cæſareæ Majeſtati perſcribant.

§. 30. Tum omnes & ſinguli, Electores, Principes Commiſſarii, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Comites, Barones, communia civitatum, aliique Eccleſiaſtici & ſeculares, quibus exequendæ indictionis negotium datum eſt vel dabitur, copiis equeſtribus & pedeſtribus, quas quilibet pro ſuâ parte coëgerit, earumque præfectis militaribus, mandent, ut inſtructi, ſicut oportet, ad ea ſe loca conferant, quæ S. Cæſ. Majeſtati, *aut, cui illa hoc negotium demandaverit, per omnia obediant.

§. 31. Provideatur etiam, ut copiæ illæ in ſubſidium Chriſtiani nominis adverſus Infideles coactæ, cum equis ſuis, & omni inſtrumento militari, annonâ, ſarcinis, ubique immunitatem habeant à vectigalibus & telo-

Digitized by Google

niis; neque ulla viarum itinerumque clausura, aut impedimento quocunque, agmen retardetur.

CXCI. *Testamentum* Catharinæ Reginæ Bosniæ *in favorem sedis Romanæ. Romæ*, 20. *Octobr.* 1478.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii & Spiritus sancti, Amen. Anno incarnationis Dominicæ M CCCC LXXVIII. Indictione XI. die vero XX. mensis Octobris, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Sixti divina providentia Papæ IV. In mei Notarii, & testium infra scriptorum & subscriptorum ad omnia & singula infra scripta vocatorum specialiter, & rogatorum præsentia illustrissima Domina *Catharina quondam Ducis Stephani filia Regina Bosniæ*, nunc in alma urbe *in regione Pineæ* in Domo suæ solitæ habitationis prope Ecclesiam S. Marci de urbe constituta, ægra corpore, sana tamen & compos mente, *& infra*, Volens quod, licet per immanissimum Christianæ religionis hostem Turcum retroactis temporibus de facto, & per tyrannidem prædicto regno Bosniæ pulsa & spoliata sit, propterea tamen jus regni præfati non amisit, nec amittit, quod spectat ad eam, *propter incapacitatem & inhabilitatem filiorum suorum legitimorum* & naturalium, & illustrissimi *Regis Thomæ memorati regni Bosnæ ex professione Mahometanæ* sectæ contractam; habensque fiduciam in Domino, qui nullum violentum finit esse perpetuum, quod prædictum regnum aliquando de manu tyrannica & hostili excidet, & revertetur ab ea, & Christianæ subjicietur ditioni; volens propterea incolis regni prædicti, & regno consulere, ne ad manus veniat aliquorum nullum habentium jus in regno sed suum juridicum & legitimum habeat Regem: Prstfata Regina ex præmissis, & quibusdam aliis rationabilibus causis animum suum moventibus, ac memor munificentiæ, gratiarum & beneficiorum â sancta Romana Ecclesia, & Apostolica sede, à felice & sancta memoria *Pauli Papæ II.* & sanctissimo Domino nostro *Sixto Papa IV.* collatorum, quo eam gratissima hospitalitate sunt semper prosecuti, subveniendo eidem secundum regiam dignitatem condigno annuali stipendio & provisione, seu sufficiente pro suis necessitatibus: *in prædicto regno Bosnæ* cum omnibus & singulis juribus, pertinentiis, dependentibus, connexis & annexis præfati regni civitatibus, castris, terris, villis, juribus & jurisdictionibus, ac utili & directo ejusdem Dominio *sacrosanctam Romanam Ecclesiam & sedem Apostolicam ac prædictum sanctissimum Dominum nostrum Dominum Sixtum divina providentia Papam IV.* & suos successores canonicè electos, & intrantes *universales heredes* ac successores instituit.

§. 2. Rogavitque & *rogat per solemne fideicommissum* dictam sedem Apostolicam, ac prædictum sanctissimum Dominum nostrum, & prædictos successores, ejusdemque prædictæ sedis fidei commisit, & committit, & ita *voluit & ordinavit, quod filio suo, & prædicti Regis Thomæ legitimo & naturali Sigismundo, si* (quod Deus per infinitam suam permittat clementiam) *ex Mahometanorum vomitu*, in quo degit de præsenti, *ad veram Christi fidem* realiter, & cum effectu *revertatur; prædictum regnum & regni jura, Dominia, & jurisdictiones absque detractatione legis Trebellianicæ plenè restituat*, eumque Regem in prædicto regno nominet, intitulet, & investiat, quantum in prædicta sede Apostolica fuerit. Si verò dictus Sigismundus ejus filius ad Christianam fidem non venerit, ut præfertur, tunc illo casu dicta illustrissima Domina Regina voluit dictum fidei commissum esse nullum, irritum & inane, nulliusque roboris vel momenti, ac si factum non fuisset; sed in tali casu iterum rogavit, & rogat dictam sedem Apostolicam, & sanctissimum Dominum nostrum, & suos successores præfatos, & ejus ac prædictorum fidei committit, quod si filia ejus Catharina, quæ similiter de præsenti Mahumetanorum

Digitized by Google

tenorum vomitum sequitur, revertatur realiter, & cum effectu ad sanctam Christianam fidem, eidem filiæ suæ modo & forma præmissis regnum prædictum integraliter restituant, quantum fuerit in eisdem: ambobus autem & filio & filia prænominatis in perfida Machometana secta perseverantibus dictum fideicommissum prædicta Regina voluit similiter esse nullum, irritum & inane, modo, quo supra est præmissum. Et interim dictam sedem Apostolicam posse plenè & liberè de prædicto Regno ejus juribus, & titulo disponere ad suam voluntatem, & beneplacitum tanquam de re, patrimonio, hæreditate, ac bonis suis propriis, quibusvis contradictionibus non obstantibus.

CXCII. *Querelæ à Clero nationis Germanicæ contra gravamina & Infractiones Concordatorum, in Dieta Confluentina* 1479. *propositæ, nomine totius Cleri Maguntinensis, Colonienſis & Treverensis Diœcesium ad Romanam Curiam deferendæ.*

PRimò concordata nationis prædictæ per pactum cum sancta sede Apostolica non sine legitima causa inita, & gravibus dictæ Nationis laboribus obtenta, plurimum infringuntur & violantur.

§. 2. Item, ut plurimum derogatur dictis Concordatis per regulas Cancellariæ Apostolicæ.

§. 3. Item, eisdem derogatur per nominationes Imperiales, ac per gratias Cardinalium, aliorumque Principum & privatarum personarum.

§. 4. Item, derogatur dictis Concordatis, etiam per alias plures reservationes, etiam ultra Constitutionem *Ad Regimen*, in Concordatis eisdem limitatam; & sic per prædicta *præjudicatur mensibus ordinariorum;* ita quod ferè nulla collatio ordinaria, suum legitimum consequitur effectum.

§. 5. Item, *dantur nonnullæ gratiæ Apostolicæ sive conservationes Dominis Cardinalibus & aliis personis ad excessivum valorem, quandoque multorum millium florenorum*, cum quibus acceptantur, Monasteria, Præposituræ, Dignitates, Decanatus, parochiales Ecclesiæ & Vicariæ.

§. 6. Item, quod *Ecclesiæ omnes quasi carent Prælatis*, & defensoribus, * cum tamen juxta dicta concordata *regularia beneficia non debeant cadere sub gratiis*; Similiter plures Ecclesiæ debitis propterea fraudantur defensionibus & divinis obsequiis.

§. 7. Item, Annatæ exiguntur directè contra Concordata; nam de monasteriis mulierum capiuntur taxæ.

§. 8. Item, *ante obtentam possessionem oportet solvere annatam*, & antequam quis est pacificus in beneficio, etiam non potest obtineri retaxatio in excessivè taxatis.

§. 9. Item, juxta concordata deberet solvi annata pro medietate infra annum à die habitæ possessionis pacificæ, & pro alia medietate infra annum sequentem.

§. 10. Item, exigitur Annata de beneficiis causa permutationis obtentis directè contra Textum concordatorum.

§. 11. Item *exigitur Annata à successoribus beneficiatorum* in beneficiis etiam contra concordata.

§. 12. Item *nihil debet solvi de beneficiis, quæ non excedunt viginti quatuor ducatos*, & tamen fit contrarium.

§. 13. Item numerus officiatorum & aliorum in Concordatis expressorum redditur incertus, & non describitur in epitaphio solito; unde Ordinarii plurimum defraudantur ultra expressum numerum hujusmodi.

§. 14. Item plura beneficia penduntur affecta contra Concordata in præjudicium Ordinariorum, præsertim familiarium Cardinalium, &c.

§. 15. Simi-

Digitized by Google

§. 15. Similiter ſummus *Pontifex* interdum ſæpius *derogat ſtatutis* & conſuetudinibus Eccleſiarum, de nobilibus & legitimis duntaxat recipiendis, & aliis diverſis ſtatutis, per quæ ſtatuta Eccleſiæ conſervantur in eſſe, & hoc ſine legitima cauſa.

§. 16. Item, *emittuntur ſæpius exorbitantia mandata*, quæ non viſa in antea contra quoscunque fuerunt.

§. 17. Item, advocantur cauſæ pendentes, & imponitur perpetuum ſilentium parti, ea non audita, & denegantur commiſſiones cauſarum in juſtitia.

§. 18. Item, *canonicæ electiones*, Epiſcoporum Abbatum & aliorum *non confirmantur*, ſed commendantur ſecularibus regulares Eccleſiæ; & caſſantur electiones, & imponitur deſuper ſilentium contra jus & dicta concordata.

§. 19. Item, ultra præmiſſa gravatur Clerus Colonienſis per Thelonea mirabiliter; Nullus enim curat jus eorum, neque bullam die Jovis ſancta publicata.

§. 20. Item *Layci* interdum *cognoſcunt de cauſis & ſuper bonis clericorum*, & bona eorum arreſtant & occupant, ſibi ipſis appropriant.

§. 21. Item, juramenta *Layci* exigunt à ſubditis, ne unus Laicorum alium impetat coram judice Eccleſiaſtico, ſed *met cognoſcunt de cauſis Eccleſiaſticis*.

§. 22. Etiam *impetretur executores à ſede Apoſtolica pro executione Karolina*, & pro conſervatione libertatum Eccleſiaſticarum pro toto clero civitatum, & dioceſium & provinciarum prædictarum, communiter contra manifeſtos illorum innovatores & violatores cum pœnis & cenſuris arctioribus & majoribus fulminandis, prout melius viſum fuerit expedire, & cum derogatione juris; ita quod ultra duas vel plures dietas tales poſſint conveniri.

§. 23. Inſuper *fratres Mendicantium* obtinuerunt, & in dies *obtinere nituntur* diverſa enormia, ac juri communi contraria privilegia exorbitantia, *de obtinendis beneficiis etiam majoribus* & de regendo Eccleſias parochiales ac alias curatas; Et de miniſtrando ſimpliciter Eccleſiaſtica ſacramenta, in præjudicium libertatis ſecularium clericorum, & Rectorum parochialium Eccleſiarum, etiam in præjudicium ſecularium Eccleſiaſticorum.

§. 24. Item, Impetrantur à ſancta ſede Apoſtolica nonnulla exorbitantia privilegia exemtionis à jurisdictione ordinarii & aliorum Prælatorum contra eorum præſcriptam conſuetudinem, nedum laicis, ſed etiam Clericis, atque alia indulta contra ſolitam conſuetudinem, in offenſam & jacturam cleri ſecularis.

§. 25. Item, deſideratur impetrari à ſancta ſede Apoſtolica, ut beneficia *quorum fructus ultra duas marchas non excedunt non debeant cadere ſub gratis* ſeu impetrationibus Apoſtolicis, ſed quicunque ordinarii de hiis diſponere poſſint, *prout in Leodienſi dioceſi obſervatur*.

§. 26. Item petitur impetrari à dicta ſede Apoſtolica, *ut nulli provideatur de beneficio Alamannicæ nationis, qui non noverit linguam Alamannicam;* Et ſi ſecus impetratum quavis ex cauſa fuerit, talis impetratio caſſa & irrita, & nulla eſſe debeat, maximè in beneficiis curatis, dignitatibus & aliis curam animarum atque etiam jurisdictionem habentibus.

CXCIII. *Accord faict entre les huict Cantons des Ligues, qui ſont Zurich, Berne, Lucerne, Ury, Schvits, Undervvalden deſſus & deſſoubs les Bois, Zug, Glaris. Du premier ſamedy aprés ſainct Thomas Apoſtre.* 1481.

AU nom de Dieu la ſaincte Trinité, Dieu le Pere, le fils & le ſainct Eſprit, Amen. Nous les Bourguemeiſtres, les Avoyers, les Amans, Conſeillers, Bourgeois,

Digitized by Google

Bourgeois, payſans, & Communautez generalement des villes & pays cy aprés nommez, nommement de *Zurich, Berne, Lucerne, Ury, Schwitz, Underwalden deſſus & deſſoubs les Bois, Zug, avec les offices forains; & Glaris*, appellez les huict Cantons de ligues; Confeſſons publicquement, & faiſons ſçavoir, à tous ceux, qui verront & oyront ces preſentes lettres, comme il ſoit, qu'en vertu de noz perpetuelles alliances, jurées, leſquelles par l'ayde & aſſiſtance de Dieu eternel ont jusques à preſent grandement ſervy au bien, repos, paix & tranquillité de nos predeceſſeurs & de nous, nous ſoyons perpetuellement conjoincts par enſemble, & pour plus ferme & vigilante ſolicitude les uns ſur les autres; auſſi, afin, que les dictes nos alliances demeurent tant plus ſtables, & en plus grande efficace & vertu pour conſerver & entretenir tous nos pays & ſubjects en bonne paiſible tranquilité & repos; nous pour ces cauſes d'un commun advis & conſeil par bonne & utile confederation, avons unanimement & amiablement accordé, declaré & conclud les choſes cy aprés eſcriptes, leſquelles en tous leurs poincts & articles ſans aucune mutation par nos bonne foy, voulons & entendons pour nous & nos perpetuels Combourgeois & ſucceſſeurs eſtre inviolablement obſervez & entretenuz par cy aprés perpetuellement.

§. 2. Premierement nous les dicts huict Cantons *de Zurich, Berne, Lucerne, Ury, Schwitz, Underwalden, Zug & Glaris* par nous meſmes ny par nos ſubjects, Bourgeois, payſans, ou par quelques autres ne debvons & ne pouvons marcher ou ſortir les uns les autres temerairement & de force privée ne autrement dommager ou moleſter en façon que ce ſoit aux corps aux biens, aux villes, pays, ſubjects, Bourgeois, payſans, ny à ceax qui nous ſont conjoincts & alliez par alliances perpetuelles, de non prendre & ſaiſir les biens des uns des autres uſer de force, faſcher ny tourmenter en façon que ce ſoit encores moins l'entreprendre en aucune manieres & ſi aucuns d'entre nous les dits huict Cantons (ce que Dieu toutes fois veuille obvier) generalement ou particuliereмent voulſiſſent entreprendre les uns contre les autres des choſes cy devant eſcrites, pour y obvier & donner ordre, que nos perpetuelles alliances jurées ſoient inviolablement obſervées, protegées & deffendues, & que tant plus etroictement nous tous demeurerons les uns envers les autres en bonne fraternelle amitié, paix & union, le Canton auquel ou à ſes ſubjets telles inſolences aviendroient; en ce cas nous les autres Cantons debvrons & voulons tous en general le proteger, maintenir & deffendre fidellement ſans que choſe quelconque nons y donne empeſchement de telles moleſtations & facheries, tous dolz exceptez. Et ſi aucunes perſonnes privées d'entre nous une ou pluſieurs vouluſt entreprendre & uſer de telles preſomtions & de temeritez, comme dict eſt, envers aucuns des noſtres, ou de ceux cy devant declarez, iceux quels qu'ils ſoient ou de quel Canton entre nous qu'ils le commettront, en ſeront incontinent ſelon leurs demerites & exigence d'eux par leurs Seigneurs & Superieurs ſans eucun empeſchement ne contredict punis; reſervant toutes fois, & ſi aucuns des noſtres nous faiſoient quelque emotion ou acte puniſſable riere les jurisdictions des autres Cantons, un tel ſera apprehendé & puny pour ſes demerites, ſelon le droict & la Couſtume du lieu ou il les auroit commiſes.

§. 3. Nous avons auſſi adviſé & conclud, que nul d'entre nous & de noſtre pays des ligues, aux villes ny aux champs, *ne fera ne entreprendra* ouvertement ou occultement *aucunes particulieres aſſemblées* ou dangereuſes communes, au moyen deſquelles aucuns en pourroient eſtre faſchez ou moleſtez ſans le ſceu ou conſentement de ſes Sieurs ou Superieurs, à ſçavoir de Zurich, de Bourgemeiſtre & des Conſeillers de Berne, de l'Advoyer & ſes Conſeillers de Lucerne, & de ceux d'Ury, de Schwitz, d'Underwalden,

Digitized by Google

de Zug & de Glaris, des Amands des Conseillers & de leurs Communautez ; & si aucun sans le dict consentement entreprenoit ce que dessus, ou y donnast son consentement & advis tel & tels seront promptement & incontinent punis par leurs Seigneurs & Superieurs, selon ce qu'ils auront merité sans aucun delay.

§. 4. Nous avons pareillement entre nous expressément arresté & conclud, que doresnavant en nostre pays des ligues parmy *nous ne debvrons*, & ne pourrons, pour le debvoir de nostre serment, *les uns les autres suborner*, & promouvoir *à se rebeller contre les Seigneurs & Superieurs;* n'entreprendre les divertir du debvoir qu'ils leur seront tenus, & si quelques uns des subjects d'aucuns d'entre nous se vouloient demonstrer, tels que dessus, en ce cas seront tenus y mettre & donner si bon ordre, & fidellement y pourvoir, qu'ils rendent à leurs Superieurs l'obeissance, & le debvoir qu'ils leur sont tenus, en vertu & selon le contenu de nos alliances jurées.

§. 5. Et pour ce que par les lettres dressées par nos Superieurs de bonne memoire, *aprés la bataille de Sembach, l'année apres la nativité de nostre Seigneur Jesus Christ* 1393, ans, tauchant l'ordre, que devons tenir *aux guerres, ou nous irons avec nos bannieres desploées*, ont esté dressez & concluds aucuns articles, nous avons pour plus ample declaration d'iceux & pour le bien de nous & de nos Successeurs en cette presente declaration & appoinctement conclud & arresté advenaut, que voudrions marcher contre nos Ennemis pour cy aprés avec nos bannieres ou enseignes desploées tous en general, ou autrement de nos villes ou pays particulierement, & tous ceux, qui lors marcheront avec nos bannieres ou enseignes demeureront auprés d'icelles, comme gens de bien; ainsy, que tousjours ont faict nos predecesseurs, quelque necessité, que à nous ou à eux pourroit advenir, fust en combattant ou en assaillant comme plus amplement cela & d'autres poincts & articles seront specifiez & declarez es dictes lettres dressées aprés la dicte journée de Sembach.

§. 6. Davantage avons conclud & arresté, que en premier lieu des dictes *lettres de Sembach* consequemment elles *faisant mention des prestres*, & d'autres choses, pour nos predecesseurs *dressez en l'an de nostre Seigneur courrant* 1370. en tout leur contenu, poincts & articles comme aussi le present, amiable appointement doresnavant demeureront & seront entretenus & observez en leur force & vigueur pour perpetuelle memoire, lesquelles aussy toutes & quantes fois que jureront nos perpetuelles alliances seront entre nous tous les Cantons ouvertement par devant les Communes leues & publiées.

§. 7. Nous avons aussi conclud & arresté entre nous toutes & quantes fois, *que ferons la guerre* contre aucuns, *le pillage soit* en argent ou autres biens, qui en telles guerres, assauts & combats sera avec l'ayde de Dieu par nous gaigné & recouvert, *que soit selon la valeur & le nombre des gens que un chacun Canton auroit fourny esgalement distribué aux personnes, qui auront esté en tel voyage;* Et si en telles guerres nous venions à gaigner quelques pays, villes ou chasteaux, cens, rentes, peages & autres jurisdictions, sera parmy nous & entre un chascun Canton esgalement, comme du passé amiablement distribué. Et si les choses, que dessus, estoient racheptées de nous pour quelque somme d'argent, telle que elle pourroit estre, sera tel argent aussi egalement divisé parmy nous lesdits Cantons amiablement tous dolz exceptez.

§. 8. Nous avons aussi declarée & expressément conclud, que en ce present amiable

Digitized by Google

amiable et perpetuel appointement ſont et doivent eſtre comprins, tant nous les deſſus dicts Cantons des ligues, que tous ceux, qui marchent â la guerre avec nous, nos ſubjets, Bourgeois, payſans, et tous ceux, qui ſont en perpetuelle alliance et confederation avec nous; exceptez les villes, chaſteaux, pays, ſubjets, cenſes, rentes, peages, et Seigneuries, qui par nous les villes et pays des ſusdicts Cantons, comme dict eſt auroient eſté gaignées, diviſées et diſtribuées; nous reſervons auſſy expreſſement, que tout ce que deſſus eſt dict et declaré ne doit en façon, que ce ſoit porter prejudice à nos perpetuelles confederations, ains par vertu de cette cy doivent demeurer en leur force et vigueur en tout leur contenu ſans aucune mutation fermement et inviolablement, tous dolz exceptez.

§. 9. Et pour ferme corroboration des choſes cy deſſus eſcrites, nous lesdits huict Cantons de Zurich, Berne, Lucerne, Ury, Schwiz, Underwalden, Zug et Glaris, pour nous et nos perpetuels Succeſſeurs avons faict mettre nos ſceaux à ces preſentes huict lettres, et en avons retiré chaſcun de nous une ſemblable forme et ſubſtance, qui furent faictes le premier Samedy aprés Sainct Thomas Apoſtre, l'an aprés la nativité de noſtre Seigneur JEſus Chriſt, 1481.

CXCIV. *Taxationes Principum Chriſtianorum, quantum conferre debeant ad bellum contra Turcam, & aliæ pactiones ad eam rem pertinentes, procurante Papa* Sixto IV. 1481.

IN nomine Domini Amen. Anno incarnationis dominicæ M CCCC LXXXI. indictione XIV. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini, Domini *Sixti* divinâ providentiâ *Papæ IV.* anno X. Pateat omnibus evidenter præſens publicum inſtrumentum inſpecturis, qualiter *cum proxima ſuperiore æſtate, dum Turci* Chriſtianæ religionis & orthodoxæ fidei, ac profitentium eum atrociſſimi hoſtes *inſulam Rhodi arcta obſidione tenerent, & in Apulia Hydruntinam Civitatem,* cum miſerabili incolarum illius clade, & horrenda crudelitate *occupaſſent,* præfatus ſanctiſſimus dominus noſter, qui cum Sereniſſimo *Ferdinando* Rege Siciliæ illuſtri, & nonnullis aliis Italiæ potentatibus pro Inſulæ defenſione & Hydruntinæ Civitatis recuperatione poſſibilia remedia ex tempore adhibuit, & pro ſedandis, & ſubmovendis non ſine labore grandi per Sanctitatem ſuam potentatuum Italiæ diſſenſionibus, in quibus plurimum Turci confidebant, inter eosdem potentatus treugas, & *ſufferentias* ad certum tempus expreſſum indixit: proinde attendens rempublicam Chriſtianorum, *Turcis jam Italiam calcantibus,* quod antea inauditum fuerat, in longe majori periculo conſtitutam fore, quam unquam retroactis temporibus fuiſſet, & ejus defenſionem etiam Romanorum Imperatori, ac univerſis Catholicis Regibus, & potentatibus fidelium incumbere; ex parte Domini noſtri JESU CHRISTI, cujus vices gerit in terris, eosdem Imperatorem, Reges, Principes, & Potentatus Chriſtianorum ubilibet exiſtentes, tam intra quam extra Italiam per Legatos, nuntios, & litteras cum inſtantia requiſivit; ut per eorum Oratores inſtructos cum opportunis mandatis in alma urbe coram ſanctitate ſua certo, & determinato tempore convenirent ad conſultandum, deliberandum & concludendum cum eadem ſanctitate; & reverendiſſimis in Chriſto patribus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus ſuper hujusmodi imminenti graviſſimo periculo, & Chriſtianæ Religionis defenſione: convenerint quoq; ad hanc dietam Oratores habentes ad infra ſcripta plenum, & ſufficiens mandatum per illorum authenticas literas, & inſtrumenta per eos exhibita, et penes ſanctiſſimum Dominum noſtrum, et Cameram Apoſtolicam exiſtentia,

Digitized by Google

& in diversis ac repetitis conventionibus, & tractatibus super defensione prædicta habitis inter eos, ut dixerunt, quam plurima salubria & utilia ac perneccssaria ad defensionem eandem remedia proposita, discussa, & mature examinata fuerint, & præsertim salubre consilium prædicti Christianissimi Francorum Regis, consulentis & suadentis, quod præfato sanctissimo Domino nostro, utpote Capiti Christianæ religionis & fidei universæ Christianorum, Imperator, Reges, Principes, & alii *potentatus* debeant seipsos, eorumq; ampliſſimas vires ad profugandos fidei hostes, propugnatores adjungere, & unire; & ad hoc faciendum juxta suarum virium facultates se suæ sanctitati obligare, & unam sanctissimam unionem animorum, & virium earundem cum sua sanctitate inire.

§. 2. Quod non immerito fuit â sanctissimo Domino nostro & Reverendissimis Dominis Cardinalibus & Oratoribns præfatis collaudatum, cum nihil consultius, nihil salubrius, & ad expellendos à finibus Christianorum Redemptoris nostri immanissimos hostes efficacius, quam ut ii, qui militiæ christianæ stipendiis sunt obstricti, quique unum Deum colunt, unam fidem, unum profitentur baptisma eidem omnipotenti Deo, ejusq; vicario tanquam capiti, adhæreant; confirmentur, uniantur omnes, sicut vir unus eadem mente, unoque consilio in id ipsum conveniant, ut quorum unum est mysticum Christi corpus, unus ad benè operandum, & expugnandum communes hostes sit animus; & sicut una fides, una sit pietas actionum. Idcircò præfatus sanctissimus Dominus noster, ad quem ut Jesu Christi Vicarium hujusmodi orthodoxæ fidei, & Evangelicæ veritatis, illiusq; cultorum, quorum pater est, defensio principaliter pertinet: quicq; dum adventus prædictorum oratorum ultra quam rei magnitudo, & imminens periculum exigeret, differre videretur, cum prædicto sereniſſimo *Rege Ferdinando* defensioni hujusmodi intendere sub certis tunc expressis modo & forma convenit; & deinde *triennales inducias inter universos Imperatorem, Reges, & alios dissidentes per totum orbem constitutos noviter indixit*, hos continuatos labores ad effectum deducere cupiens; suadente præsertim hoc ut præfertur, Christianissimo Francorum Rege, qui inter alios Catholicos Reges & Principes spontaneus ad hoc opus adjutor, & cooperator accedit, & tantæ expeditionis molem amplecti, & cum suo potentissimo exercitu prædecessorum suorum Regum Francorum sequendo vestigia, hostes ejusdem infestissimi atroces injurias ulcisci totâ mente affectat; cum præfatis reverendissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus in Consistorio suo secreto congregatis vice, & nomine Rom. Ecclesiæ, & Oratores præfati, agentes omnia & singula infra scripta vice & nomine eorum potentatuum, à quibus respectivè ad dictam dietam missi sunt, volentes consulta, discussa, examinata, tractata & concluſa inter eos ad optatum finem perducere, coram nobis notariis & testibus infra scriptis devenerunt ad hujusmodi sanctam & unanimem, ac laudabilem convenientem concordiam, ac animorum & virium cujuslibet eorundem Regum, Principum & Potentatuum cum præfato sanctissimo Domino nostro Romana Ecclesia & sede Apostolica, illiusq; potentia & viribus unionem solemni stipulatione interveniente vallatam, per quam voluerunt, quod *præfatus sanctissimus Dominus noster*, ut caput Christianæ unionis ad hujusmodi fidei confessionem caput, ductor & director existeret, & *una cum collegio præfatorum reverendissimorum S. R. E. Cardinalium pro ejusdem fidei defensione & hostium profligatione viginti quinque triremes instruere & armare annis singulis teneatur, Sereniſſimo Rege Ferdinando prædicto quadraginta triremes secundum conventionem inter eundem, & ipsum Regem alias unitam instruente & armante*, ac aliis Potentatibus Italiæ summas & quantitates infra scriptas juxta taxas eis per sanctissimum Dominum nostrum alias proinde moderatas modo & forma in præsentibus capitulis expressa

Digitized by Google

pressa solventibus. Et cum per præfatum sanctissimum Dominum nostrum & alios incorporatos seu incorporandos fuerit deliberatum, *quod serenissimus Dominus Rex Hungariæ contra Turcum bellum gerat, eadem sanctitas quinquaginta millia florenorum auri de Camera, & Rex Ferdinandus prædictus centum millia, & alii Potentatus taxam eis convenientem prædicto Regi Hungariæ dare & solvere teneantur*, modo & forma per præfatum sanctissimum Dominum nostrum ac incorporatos prædictos statuendis & ordinandis.

§. 3. Item voluerunt, quod præfatus *Christianissimus Francorum Rex cum sua potentia ex nunc præfato sanctissimo Domino, Romanæ Ecclesiæ & sedi Apostolicæ, illiusq: potentiæ, & viribus ad ejusdem fidei defensionem unita sit*, & in unione hujusmodi ut una ex principalioribus ejusdem sanctissimæ unionis, eo laudante initæ, columnis interveniat, & pro ejusdem fidei defensione, ac illius persecutoris exterminatione, eam qualitatem dumtaxat, ad quam *Rex ipse seipsum in pecunia, vel in classe taxabit anno quolibet*, similiter statutis temporibus ad perneccessarium opus defensionis hujusmodi persolvere debeat; sperantes, quod Rex ipse, more suorum prædecessorum Christianissimorum Francorum Regum, qui pro fide præfata Apostolica sede se, & sua se exponere sæpenumero non formidarunt, seipsum tali solutionis onere prægravabit; quale recognoscet rei magnitudinem exigere, & suæ Regiæ Celsitudini in tanta Catholicæ fidei necessitate convenire.

§. 4. Item, similiter convenerunt, quod *singuli alii potentatus prædicti*, pro quibus Oratores præfati respective, ut præfertur, intervenerunt, ex nunc cum omni eorum potentia *sanctissimæ Dominæ nostræ Romanæ Ecclesiæ* & sedi Apostolicæ præfatis censeantur uniti, & in hujusmodi sanctissima, & apud Deum meritoria, ac commendabili animorum & virium unione, ad fidei præfatæ defensionem ordinata, recepti & incorporati, ut præfatæ unionis honorabilia & principalia membra *teneantur* ad opus defensionis & expugnationis persecutorum fidei memoratæ *solvere annis singulis summas & quantitates* infra scriptas, *juxta taxas per præfatum sanctissimum Dominum nostrum alias provide moderatas.*

§. 5. Item voluerunt, quod *serenissimus Imperator* & omnes singuli alii *Catholici Reges, Principes & Potentatus Christianorum*, cujuscumque status, gradus & conditionis existant, & quacumq; Ecclesiastica vel mundana dignitate præfulgeant, possint seipsos, & eorum vices, & potentiam in fidei favorem præfato sanctissimo Domino nostro unire & adjungere, prout pro eorum Zelo fidei & religionis indubitanter eos facturos esse speratur: debeantque super hoc per præfatum sanctissimum Dominum nostrum solicitari, & eis de quibus sanctitati suæ videbitur, mediis induci ad intrandum, & se incorporandum hujusmodi unioni, & contribuendum pro eorum virili ad fidei memoratæ defensionem.

§. 6. Item, quod *omnes & singuli incorporati*, & quos incorporari contingat in unione, & sanctissima concordia præfata *debeant quantitates, ad quas taxæ eorum ascendunt, promptas & paratas tenere quolibet anno*, & dum desuper requisiti per præfatum sanctissimum Dominum nostrum fuerint, illas in aliquo loco certo & tuto deponere ad opus ipsum perneccessarium defensionis fidei, & non in alios usus exponendas juxta declarationem præfatorum sanctissimi Domini nostri, & Collegii Reverendissimorum Dominorum Cardinalium, ac potentatuum unioni hujusmodi incorporatorum, & deinde incorporandorum in locis, & causis, quæ expositionem hujusmodi, & subventionem celerius indigere, & majori periculo subjici videbuntur; *nec in hujusmodi taxis, & quantitatibus possint aut debeant computari illæ quantitates, quas unus potentatuum prædictorum virtute particularium confœderationum earundem persolvere teneretur*, & solveret etiam in defensionem ejus, cui * solveret ab infidelibus memoratis.

Digitized by Google

§. 7. Item, quod præfata ſanctiſſima *unio & concordia* ad hoſtium fidei exterminationem duret, *& durare debeat per triennium*, à die ſtipulationis præſentis contractus computanda, & ultra ad ſanctiſſimi Domini noſtri, & Regum ac Potentatuum unioni hujusmodi incorporatorum, & deinceps incorporandum, vel majoris partis ipſorum beneplacitum.

§. 8. Item voluerunt & convenerunt, quod omnes & ſinguli Reges, Principes & Potentatus, qui in hac unione, ut præfertur, incorporati ſunt, & uniti, ad majoris roboris firmitatem teneantur & debeant, omni excuſatione ſemota, ultramontani videlicet infra tres, citramontani verò infra unum menſes, in forma de jure valida omnia & ſingula in præſenti ſanctiſſimæ unionis, & concordiæ fidelium in Turcos inſtrumento contenta, ratificare; & idem Chriſtianiſſimus Rex *Francorum infra trimeſtre taxam ſuam declinare*, & per publica deſuper confecta inſtrumenta, aut literas authenticas cum inſertione tenoris præſentis inſtrumenti de ratificatione & taxatione hujusmodi præfatum ſanctiſſimum Dominum noſtrum, vel reverendiſſimum Cardinalem Sabinenſem ſedis Apoſtolicæ legatum, nomine & vice ſuæ Sanctitatis certificare, qui ut ejusdem unionis caput hujusmodi, ratificationes, & taxationes ad ſingulorum ejusdem unionis membrorum & potentatuum notitiam deducere non poſtponet.

§. 9. Item voluerunt & convenerunt, quod omnia & ſingula præmiſſa bonâ fide efficaciter *adimplere debeant ſub pœna mille marcarum argenti* per illos, qui non adimplerent, eo ipſo incurrenda, medietate videlicet ad opus hujusmodi defenſionis & expugnationis præfatæ, & reliqua aliis adimplentibus applicanda; quam pœnam ſanctiſſimus Dominus noſter & ſingulorum Potentatuum Oratores præfati dare, & ſolvere promiſerunt toties quoties fuerit contrafactum; volentes quod pœna hujusmodi commiſſa exacta, vel non exacta, nihilominus præmiſſa, omnia in ſua firmitate remaneant & obſerventur. Pro quibus omnibus adimplendis & obſervandis, ac jam dicta pœna præfatus ſanctisſimus Dominus noſter ſe, & omnia bona Romanæ Eccleſiæ, Oratores verò præfati eorum potentatus prædictos, & cujusque illorum bona præſentia & futura ſolemniter invicem reſpectivè obligarunt, etc. (Quantitates autem quos ſolvere tenentur Potentatus prædicti taxati præfatæ ſanctiſſimæ unioni incorporati ſunt infra ſcriptæ, videlicet: *Sereniſſimus* Rex *Ferdinandus quadraginta triremes & * ſereniſſimo* Regi, *ut præfertur, centum millia ducatorum: Dux Mediolanenſis triginta millia ducatorum: Januenſes quinque triremes annis ſingulis dicto durante triennio: Florentini triginta millia ducatorum: Dux Ferrariæ quatuor triremes: Senenſes quatuor triremes: Lucenſes quatuor triremes*; *Marchio Mantuanus & Montiferrati unam triremem: Bononienſes duas triremes.*)

CXCV. *Concordia inter Reges Caſtellæ & Portugalliæ de inſulis Canariis, confirmata à* Sixto IV. *Romæ, II. Cal. Jul.* 1481.

VOluerunt præfati Rex & Regina Caſtellæ & Aragoniæ & Siciliæ, & illis placuit, ut iſta pax ſit firma & ſtabilis, & ſemper duratura: promiſerunt ex nunc & in futurum, quod nec per ſe nec per alium ſecretè ſeu publicè, nec per ſuos heredes, & ſucceſſores turbabunt, moleſtabunt, aut inquietabunt de facto vel de jure in judicio vel extra judicium Dominos *Regem & Principem Portugalliæ*, nec Reges qui in dicto regno Portugalliæ regnabunt, nec ſua regna ſuper poſſeſſione & quaſi poſſeſſione, in qua ſunt, in omnib, commerciis, terris & permutationibus ſive reſignatis *Guineæ* cum ſuis mineris ſive aurifodinis, & quibuscumq; aliis inſulis, littoribus, ſeu caſtris maris, terris detectis ſeu detegendis inventis *inſulis de Madera de Portu ſancto, & inſula deſerta*, & omnib, inſulis dictis *de los Açores*, id eſt Accipitrum, *& inſulis florum*, & etiam *in inſulis de Caboverde*, id eſt promontorio viridi, & inſulis, quæ deinceps invenientur, aut

Digitized by Google

aut acquirentur ab insulis de Canaria ultra, & circa in conspectu Guineæ, ita quod quicquid est inventum est, & detectum, remaneant dictis Regi & Principi de Portugallia, & suis regnis: *exceptis dumtaxat insulis Canaria, Lanzarota, Palma, Forteventura, la Gomera, Hosiero, Hagratiosa, Hagran, Canaria, Canarise*, & omnibus aliis insulis de Canaria acquisitis aut acquirendis, quæ remanent regnis Castellæ, & ita non turbabunt, nec molestabunt, nec inquietabunt quascumque personas, quod dicta mercimonia & contratas Guineæ, ac dictas terras & littora, aut contratas inventas, & inveniendas nomine aut potentia, & manu dictorum Dominorum Regis & Principis Portugalliæ, (*nonnullisq; in eam sententiam adjectis de Phutensis regni jure additum est.*)

§. 2. Præterea Rex & Regina Castellæ & Legionis promiserunt & concesserunt, modo supra dicto pro se & successoribus, ut se non intromittant ad inquirendum, ad intendendum aliquo modo *in conquesta regni de Fez*, sicuti se non intromiserunt Reges antecessores sui præteriti Castellæ, imò libenter dicti Domini Rex & Principes Portugalliæ & sua regna, & sui successores poterunt prosequi dictam conquestam &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLXXXI. XI. Kal. Julii, Pontificatus nostri anno X.

CXCVI. Sixti IV. Epistola ad Soldanum Babiloniæ, *(sive Cairi) de limitato exercitio Religionis Mahumetanæ permisso in terris Regis Hispaniæ, ea conditione, ne Mahometis nomen alta voce ex summitatibus Meschitarum proclament. Romæ, 8. April.* 1483.

MAgno Soldano Babiloniæ. Magne & potens Domine. Acceptis literis tuis super Meschitarum demolitione, quam fieri à charissimo in Christo filio nostro Ferdinando Aragonum Rege in suis regnis asserebas, scripsimus ad illum opportunè, ut si vera essent, quæ ad nos scripseras, debitis remediis prohiberemus. Invenimns falso ad te rumore delata esse omnia, nam neque Meschitarum ulla demolita est, & tui omnes in illis regionibus Saraceni existentes in sua pace & quiete vivunt, nulla injuria, nulla molestia lacessiti. Verum est, quod *cum illi præter antiquos ritus turres, & summitates quasdam meschitis ipsis valde eminentiores, quas ipsi comas vacant, construxissent, & in altiori illarum parte Mahumetem alta, & humana voce invocarent*, religiosus ille Rex non injuria prohibuit id, quod præter morem in populo Christiano non sine *scandalo fieret*. Itaq; *ejusmodi comas æquari Meschitis, & dictam iuvocationem non nisi cum voce tubæ cornæ juxta vetus institutum fieri jussit*: quod si recte meritis minime te commovere debet cum ob causas prædictas, tum quia pari vice & tu ipse in Ecclesiis nostris, quæ sub ditione tua sunt, & campanitia & campanarum sonum prohibes. Hortamur te, ut æquo animo feras, quod nullo contemptu, nulla tuorum jactura factum est. Noli malorum hominum mendacia', & eorum præsertim, qui dissidium, & simultates optant, apud te, quam ratione & æquitate, & tua modestia prævalere, nostros verò religiosos & Christianos omnes, qui in terris tuis moram faciunt, tibi enixe commendamus, gratissimum habituri, quicquid commodi, & officii eisdem præstiteris. Dat. Romæ die VIII. Aprilis, MCCCCLXXXIII. Pontificatus nostri anno XII.

CXCVII. *Tractatus inter* Carolum VIII. *Regem Galliæ &* Urbes Hanseæ Teutonicæ, 4. *April.* 1484.

NOs Pro-Consules & Consules totius Consulatus & Communitatis *Imperialis Civitatis Lubecensis*, ceterarumq; Civitatum, Burgorum omnium oppido-

Digitized by Google

oppidorum, villarum & locorum totius Hanſæ Teutonicæ ad infra ſcripta faciendum ſpecialiter auctorizati, atq; plenipotentes & nuntii, pro eorundem Civitatum, Burgorum, Communium, oppidorum, villarum & locorum dictæ Hanſæ, & ex eis ubicumq; exiſtentium Mercatorum & perſonarum, quiete procuranda; omnique utilitate in ipſa inclyta Civitate Lubecenſi perſonaliter congregati notum facimus univerſis & ſingulis, quorum conſpectibus præſentes literas contigerit exhiberi, poſtquam ſuperioribus annis inter quondam Chriſtianiſſimum potentiſſimumq; Principem & Dominum *Ludovicum*, divina favente clementia tunc *Francorum Regem*, Dominum metuendiſſimum, Regnumq;, dominia & ſubditos ſuos ex una; & nos ſupradictos, totius Hanſæ homines prædeceſſoresq; noſtros parte ex altera, bellorum induciæ ſeu treugæ pactæ & initæ fuerint, ut tandem pax firma & perpetua ſequeretur, ipſeque Chriſtianiſſimus nobiſcum à ceteris Proconſulibus Aldermannis mercatoribus & incolis prædictarum Civitatum & Communitatum ipſius Hanſæ Teutonicæ pro ſe clariſſimoq; ejus filio tunc Delphino Viennenſi aliisq; ſucceſſoribus Francorum Regibus, Regno, Dominiis ſubditisque ſuis præſentibus & futuris pacem, amicitiam, benevolentiam & concordiam firmam, ſtabilem perpetuisq; temporibus duraturam certa ſua ſcientia fecerint, inierit & concluſerit prout innata virtutis ſuæ clementia pro re noſtra publica hæc & alia nobis gratioſè condonata ſuis patentibus Regiis literis deſuper datis lucidius continentur, illasq; ac omnia & ſingula in eisdem contenta extrema die functo Rege ſupradicti idem chariſſimus ejus filius, qui nec ſuæ prolis quidquam gratius acceptiusq; unquam præſtari nobis poterat, quam hunc uti piiſſimam ſobolem, quod Deus omnipotens tantæ Regiæ ſtirpis ſuæ ſucceſſorem elargitus eſt, etiam ſuis patentibus Regiis literis princeps quidem & dominus metuendiſſimus Dominus *Carolus* divina providentia Rex Francorum Chriſtianiſſimus ratas & gratas, rataque & grata habens eas, & ea plurimorum ſui conſilii deliberatione laudaverit, approbaverit, ratificaverit ac confirmaverit, quo id circa nos & ſucceſſores noſtros pari pacis fœdere amicitiæ, benevolentiæ & concordiæ in perpetuum obligari volentes cum eodem ſereniſſimo Principe & Domino Carolo Chriſtianiſſimo Francorum Regibus, Regno, Dominiis, ſubditis ſuis præſentibus & futuris univerſis & ſingulis omninò conſimilem pacem, amicitiam, benevolentiam & concordiam, firmam, ſtabilem, perpetuisq; temporibus duraturam, pro nobis Aldermannis mercatoribus & incolis noſtrumq; ac illorum omnium ſucceſſoribus prædictarum Civitatum, Burgorum, Communium, oppidorum, villarum & locorum ipſius Hanſæ præfatæ ex certa noſtra ſcientia fecimus, inivimus & concluſimus, facimusque, inimus & concludimus per præſentes, ac deinde omnibus & ſingulis & ejusdem Domini metuendiſſimi Regis moderni Regnis, dominiorum ejus omnibus & ſingulis Mercatoribus, navium magiſtris, naucleris & quibuslibet aliis cujuscunque ſtatus, aut præeminentiæ aut conditionis exiſtant, per nos prædeceſſoresq; noſtros, omnia & ſingula ſub quacumque verborum forma conceſſa privilegia, quæcumq; fuerunt, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus forent inſerta laudamus, ratificamus & confirmamus, ac de novo, in quantum opus eſt, concedimus.

§. 2. *Volentes* etiam & concedentes, *ut ipſi omnium & ſingulorum bonorum*, navigiorum, aliarumq; rerum eisdem hactenus per ſubditos noſtros, aut quoscumq; alios dictæ Hanſæ homines occaſione diſſenſionum præteritarum vel alias quovis modo vi & ultra eorum velle, *& noviſſimis durantibus treugis ablatorum, reſtitutionem* coram antefatis proconſulibus & conſulibus totius conſulatus & communitatis Imperialis civitatis Lubecenſis aut quibuscumq; aliis ceterarum civitatum, Burgorum, Communium, oppidorum, villarum

villarum & locorum supradictæ Hanzæ judicibus libere & licitè *possint* tam conjunctim quam divisim *prosequi*, quibus judicibus quæcunque in dominiis & districtibus nostris existentia asportare, & ad Civitates & loca sua devehi facere, & pecunias aliasque res per nostrates sibi debitas exigere, & id faciundo totiens, quotiens eis oportunum fuerit eodem anno ire, redire, morari, & deinde ad propria reverti, tutè, quietè & liberè possint & valeant; absque eo, quod ullum in corporibus, navigiis, naucleris, mercantiis, bonis rebusque suis prædictis damnum, impedimentum, aut alia quævis inquietatio aut molestia ullatenus inferre debeat. Insuper *Reverendissimos & reverendos* patres nostros, dominos Archiepiscopos, Episcopos & alios quoscumque viros Ecclesiasticos curam & regimen animarum habentes, * ut *cum aliquem* Francigenarium *in Dominiis & districtibus nostris mortem obire contigerit, quod talium morientium cadavera in terra benedicta*, uti nostrates veri & indubitati Catholici decedentes sepeliri solent, *sepelientur*, exportari curabimus.

§. 3. Insuper *si nobis contingat in futurum, cum quovis Rege* serenissimo aut alio Principe, *externisve nationibus bellum gerere*, aut dissensiones habere, *ipse tamen Rex supradictus*, suique successores Francorum Reges, regnique, dominiorum, suorum subditi, *cum eorum navibus*, naucleris, bonis & mercantiis quibuscumque, *penes eorundem Regum, Principum & nationum civitates, portus, loca & districtus*, quibus eidem fore opportunum videbitur, pro suis mercantiis aliisque negotiis exercendis, *ire, morari, & deinde redire poterunt toties, quoties eisdem placuerit liberè & quietè*, quoad nos hominesque & subditos nostros attinet, absque eo, quod hujusce pacis, amicitiæ & benevolentiæ perpetuæ infractores censeri, nominarive, aut reputari debeant quovis modo. Quod etiam in eo casu omnibus nostratibus simili modo licebit. Et si aliqua obscuritas aut ambiguitas super articulis prædictis, aliisque superius contentis in futurum oriretur, ipsas clarioribus & licentioribus verbis & sententiis in prædicti domini Regis successorumque ejus Francorum Regum, Regni, dominiorum & subditorum eorundem favorem & utilitatem nos interpretaturos & declaraturos semper pollicemur.

§. 4. Et demum, hujusmodi perpetua pax, concordia, amicitia & benevolentia felicius & facilius observetur offerente se casu de quibuscumque litibus & controversiis, per quoscumq; ejusdem domini Regis successorumq; ejus Francorum Regum, Regni, & dominorum prædictorum subditos, contra quoslibet, nostris in dominiis & districtibus mercatores, & incolas præfatæ Hansæ Teutonicæ in futurũ movendis & oriundis, volumus, constituim, decernimus & ordinamus, quod *actor in loco rei primò causam persequendo experiri debebit*; quam si in hujusmodi prima instantia consequi non poterit, quod tunc coram Proconsulibus & Consulibus supradictæ Civitatis Lubecensis præsentibus & futuris partibus, hinc inde auditio per eosdem summariè & de plano, absque strepitu & figura judicii celeris justitiæ complementum ministretur; promittentes bonâ fide, verboque veritatis, prædictam benevolentiam, concordiam, amicitiam, perpetuamque pacem, & omnia & singula superius enarrata, & per nos facta inviolabiliter perpetuò nos velle observare & observari facere omni dolo & fraude semotis.

§. 5. Quocirca totius supradictæ Hansæ, & ejusdem confœderationis hominibus, universisque & singulis nostris Capitaneis & Gubernatoribus, eorundemque loca tenentibus justiciariis, officiariis, Vasallis ligiis subjectisque dilectis & fidelibus, ac aliis cujuscumque status aut conditionis existentibus, præsentibus & futuris, & ipsorum cuilibet, harum serie supplicamus, præcipimus & mandamus, quatenus has nostras præsentes literas, in omnibus Curiis, auditoriis, aliisque locis suis ad hoc necessariis publicare, seu publicari facere prædictamque amicitiam, confœderationem & perpetuam pacem atque concordiam, ac omnia & singula superius declarata, facta & enarrata inviolabiliter observent, & observari facient,

Digitized by Google

nihil penitus in contrarium agendo, nec attemptando. Quod si forte aliqua acta aut attemptata forent, ea reparare seu reparari, & ad pristinum & debitum statum reduci facere studeant indilatè compellendos ad hoc appellatione semota viriliter & debitè compellendo; Infracturos quoq; si qui sunt, pœna debita & publica plectendo. Et ut omnia & singula præmissa perpetuæ firmitatis robur obtineant, has nostras literas, quarum vidisse seu transumpta uno vel pluribus, si opus fuerit, sub antefatæ Imperialis Civitatis Lubecensis sigillo secreto confectis indubiam fidem veluti huic originali volumus adhiberi, ejusdem Civitatis Lubecensis magni sigilli munimine fecimus roborari. Datum anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto, die verò quarta mensis Aprilis.

CXCVIII. Carlotta *Regina* Carolo Duci Sabaudiæ *donat & cedit Regnum Cypri* 25. *Febr.* 1485.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen. Hujus publici & autentici instrumenti tenore cunctis fiat manifestum. Quod anno à nativitate Domini sumpto M CCCC LXXXV. Indictione tertia, Pontificatus vero Domini nostri *Innocentii* divina providentia, *Papæ VIII.* anno primo, & die vicesima quinta mensis Februarii, in præsentia Reverendissimorum in Christo Patrum, & Dominorum Juliani Episcopi Ostiensis Tituli S. Petri ad vincula, & Dominici de Ruuere Tituli S. Clementis Presbyt. S. R. E. Cardinalium; nec non Reverendorum Dominorum Caroli de Seuyssello Præceptoris S. Antonii de Chamberiaco, Diocesis Gratianopol. Hugonis de Saxo Canonici Lausanens. Andreæ de Prouanis ex Dominis Laynei Apostolicor. Prothonotar. Venerabilis Domini Joannis Chafforici Confessoris, & spectabilis Jacobi Anglici, Consiliarii Serenissimæ Reginæ Cypri, amborum Nicosia de Cypro, omnium propter infra scripta peragenda pro testibus vocatorum specialiter & rogatorum. Constituti videlicet *Sereniss. Domina Carlotta, Dei gratia Hierusalem, Cypri, & Armeniæ Regina* ex una parte; & Reverend. in Christo Pater Dominus *de Varax Episcopus Bellicensis*, Frater Merulus ex Comitibus Piozasqui miles Hierosolimitan. Admiratus Rhodi, & Magnificus Dominus Philippus Cheurerii Juris utriusque Doctor, Sabaudiæ Præsidens, procuratores & Procuratorio nomine *Illustrissimi Principis, & Domini, D. Caroli Sabaudiæ &c, Ducis*, ex altera.

§. 2. Ipsa siquidem Carlotta Regina Serenissima de juribus suis ad plenum certificata, considerans & attendens humanitates, curialitates, benemerita, & subventiones habitas, & receptas à præfato Illustri Domino D. Carolo Sabaudiæ &c. Duce ejus nepote carissimo, ex quibus non immerito orta est obligatio antidoralis, & quæ merita suo mediante juramento tactis sacrosanctis Dei scripturis, asserit forè vera, & à talium probatione hujus instrumenti tenore, vult eundem Principem illustrissimum relevatum esse & exemptum; sperans insuper majora in futurum consequi; Memoria etiam revolvens proximitatem sanguinis, qua invicem conjuncti sunt, *cupiens* præterea præfatum D. Ducem *Illustrem suum Nepotem* carissimum, tanquam benemeritum, *titulo & dignitate Regali insignire & decorare.*

§. 3. Considerato præcipuè, quod dictum *regnum Cypri, vi, armis, & potentia Venetorum occupatur*, & ipsi Reginæ Serenissimæ penitus est infructuosum, pro quo recuperando tot sustinuit labores & expensas, quod fere viribus & potentia prorsus remansit exhausta, propter quæ, non vi, non dolo, metu, fraude, aut aliqua machinatione seducta, aut in aliquo circumventa, sed ex ejus certa scientia, spontanea voluntate, animoque deliberato, maximè ob dicta benemerita pro se & suis hæredibus, & successoribus quibuscumque; dat, *donat*, cedit, transfert & concedit purè, merè, liberè, & simpliciter, *donatione*, pura, mera, simplici, *irrevocabili, quæ dicitur inter vivos*, nullo unquam

Digitized by Google

unquam tempore, occasione vel causa revocanda, sine spe ulterius rehabendi prælibato Principi Illustr. Domino Carolo Sabaudiæ Duci, in quo tanquam filio sibi carissimo unicam, atque totalem suam reposuit spem, pro se suisque hæredibus & successoribus quibuscumque, licet absenti, dictis tamen reverendis & magnificis Dominis Procuratoribus, & nobis infra scriptis Notariis & Secretariis præsentibus, stipulantibus, & recipientibus vice & nomine prælibati Principis illustrissimi, ejusque hæredum, & successorum quorumcunque, quorum interest, intererit, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum *Regnum Cypri*, cum omnibus & singulis actionibus, & directis & utilibus, realibus & personalibus, tam simplicibus quam mixtis, quas ipsa Serenissima Regina in ipso Regno quocumque jure directo, vel utili habuit, habere potuit, habetque, & habere potest, una cum mero, mixto Imperio, & omnimoda jurisdictione, Regalibusque, urbibus, villis oppidis, castris, terris, territoriis, hominibus, homagiis, aquarum decursibus, piscationibus, venationibus, & omnibus aliis dicto Regno quomodolibet pertinentibus, adjacentibus, dictæque Reginæ Sereniss. pertinentibus & pertinere valentib9, nihil juris, actionis, rationis, portionis, *dreyturiæ*, aut dominii in præmissis retinendo; sed à se prorsus, & in totum abdicando, & in præfatum D. Ducem Illustrissimum, ejusque hæredes & successores transferendo, & se *per traditionem unius annuli*, quem dedit in digito prælibati Domini Philippi Cheurerii Præsidentis Sabaudiæ, alterius ex Procuratoribus prædictis devestiendo. Jurans eadem Serenissima Regina tactis corporaliter Sacro-sanctis scripturis nunquam se fecisse, nec facturam aliam donationem, cessionem, vel remissionem de prædictis Regno, & pertinentiis supra donatis; *salvis tamen & reservatis in principio, medio & fine præsentis contractus infra scriptis scilicet, quod dicta Serenissima Regina ad ejus vitam naturalem possit & valeat hoc nomine & dignitate, Regina Cypri, verbo & scriptis appellari.*

§. 4. Quam quidem nominationem & appellationem sibi expresse reservat, ut supra, non obstante præsenti contractu, citra tamen illius præjudicium & derogationem; ita & taliter, quod non obstante hâc reservatione possit etiam illustrissimus Princeps & Dux prælibatus, prout sibi videbitur, *eodem titulo, nomine & dignitate, verbo & scriptis uti*, frui & gaudere. Ponens ipsa Serenissima Regina illustrissimum D. Ducem præfatum in locum suum; ita quod ab inde in ultra virtute dictæ donationis possit & valeat uti & experiri omnibus actionibus, directis, utilibus, realibus, personalibus, meris, sive mixtis, adversus quascumque personas, tam Ecclesiasticas quam seculares, ac Potentatus quoscumque, & præmissorum occasione in judicio, & extra agere, & experiri, & de dicto Regno pro suæ voluntatis libito facere & disponere, etiam de ipsius Regni fructibus, & intratis præteritis, præsentibus & futuris, de expensis, etiam damnis & interesse paciscì, donare, & componere, & concordare; illa omnia petere, procuratores ad præmissa constituere, omniaque alia, & singula facere, & exercere, quæ præfato Illustrissimo D. Duci necessaria fuerint & oportuna, prout & quemadmodum ipsamet Serenissima Regina, ante præsentem donationem facere poterat & valebat. Constituens se tenere & possidere nomine præfati illustrissimi Domini Ducis, donec & quousque de eodem Regno corporalem apprehenderit possessionem; & hujusmodi donationem, cessionem & remissionem promisit sacro-sanctis scripturis corporaliter tactis nunquam revocare, & contra eandem venire de jure vel de facto ex quacumque ratione vel causa, nunquam impetrare absolutionem à juramento ad finem contraveniendi donationi, & remissioni supra factæ, vel aliquibus in ea contentis & quatenus impetraverit se dicta impetratione non juvare, vel illa uti.

§. 5. *Renuntians* insuper dicta Regina Serenissima, mediante juramento tactis corporaliter scripturis, per eam præstito exceptioni doli mali,

Digitized by Google

vis, metus; & *juri, dicenti, donationem excedentem quingentos aureos non valere, nisi fuerit insinuata; juri dicenti, contractus facilitate mulierum celebratos rescindi posse; juri dicenti, donationem factam ex causa ingratitudinis vel immensitatis revocari; juri dicenti generalem renuntiationem non valere, nisi precesserit specialis;* & generaliter omnibus aliis exceptionibus, juribus canonicis, & civilibus, quibus adversus præmissa, vel eorum aliqua quoquo modo contravenire posset: De omnibus renunciationibus, & reliquis præscriptis prius informata, advisata & certificata per nos Secretarios, & Notarios infra scriptos vulgari sermone interveniente interprete D. Jacobo Anglico de Nicosia de Cypro ejusdem Reginæ Serenissimæ Consiliario, & familiari, qui *lingua græca* in præsentia testium supra & infra nominatorum, eidem Serenissimæ Reginæ & partibus omnia supra scripta sigillatim & articulate explanavit, *interpretatus est* & retulit.

§. 6. Et quatenus requireretur alicujus superioris consensus propter defectum, cujus præsens donatio, sive contractus invalidaretur, annullaretur, aut alias fieret aliqua feudi apertura, vel commissio, vult & expresse reservat præfata Regina Serenissima datum consensum & beneplacitum, & ita illo reservato præsentem donationem celebrat, & non aliter, nec alio modo, sed dictam donationem illo non interveniente vult esse resolutam, & pro infacta habitam. Si verò alicujus Superioris non requiratur consensus, vult, exprisè jubet, & ita actum est, & conventum inter partes, quod præsens clausula & reservatio de præsenti donatione tollatur & amoveatur, & quam ex nunc eo casu ipsa Regina Serenissima tollit & amovet, & ad majorem roboris firmitatem requirit quoscumque Judices, tam Ecclesiasticos quàm seculares, quatenus præsenti donationi authoritatem & decretum interponere dignentur. Acta fuerunt hæc in urbe, videlicet in Ecclesia majori sancti Petri in Capella propè Sacristiam, præsentibus præfatis Reverendissimis Patribus in Christo, Dominis Juliano Episcopo Ostiensi, tituli S. Petri ad vincula, & Dominico de Ruuere tituli Sancti Clementis Presbytero S. R. E. Cardinalibus; nec non Reverendissimis Dominis Carolo de Seysello Præceptore S. Antonii de Chamberiaco, Hugone de Saxo, Canonico Lausanensi, Andrea de Prouanis ex Dominis Laynei, Apostolicis Protonotariis; Venerabili Domino Joanne Chafforcii Confessore, & spectabili Jacobo Anglico Consiliario prælibate Serenissimæ Reginæ, ambobus de Nicosia de Cypro, testibus ad præmissa adstantibus vocatis specialiter & rogatis. Signé Ranzo & Cohenart.

CXCIX. *Tractatus inter* Carolum VIII. Regem Galliæ & Johannem Regem Lusitaniæ, *in oppido Montismajoris 7. Januar.* 1485.

JOannes Dei gratia Rex Portugalliæ & Algarbiorum citra & ultra mare in (*) officia; universis & singulis has nostras patentes literas inspecturis salutem in Domino, qui est omnium vera salus & prosperorum successuum fœlicia incrementa. Regum & Principum gesta nulla in re verius laudari approbarique solent, nihil hinc majus aut præclarius videri solet, quam si suorum majorum vestigiis inhærentes, inque hæreditario quodam jure successerunt, colant, imitentur & probent; præsertim si suorum subditorum quietem perfectam & commodum * animo volutantes singularem dilectionem & morem, quæ jam dudum extiterunt inter potentissimos inclitissimæ recordationis Reges prædecessores nostros, dum in humanis agerent, sereniſsimũ Principem *Ludovicum Christianissimum Francorum Regem*, cujus nomine gestarum rerum gloria & accumulata, corde mirificè recreamur; nec non Dominũ *Alfonsum Portugalensium inclitissimum Regem Genitorem nostrum*, quæ res invi-

(*) *forte:* in Africa.

res invicem non modo noſtris Regnicolis attulit non mediocre comodum tranquille atq; amice vivendi, ſed præclarum & ſingulare exemplum. Quorum glorioſiſſimorum Regum inſtitutis refragari aut quidquam detrahere indignum eſſe duximus, ſed officia, quæ abunde patres inter ſe exhibuerunt, præſtiteruntque, nos qui filii ſumus, optimo jure imitari & proſequi debeamus; quibus fit, ut noſtro nomine Regnorum ſubditorumque noſtrorum, gentium & incolarum conſolidemur realiter & cum effectu in eodem amore & benevolentiæ ſecuritate cum potentiſſimo Domino Carolo moderno Gallorum Chriſtianiſſimo Rege, conſanguineo noſtro charisſimo, & cum omnibus ſubditis & vaſallis ſuis, in quibus patres noſtri dum viverent, exſtiterunt; dantes & concedentes ejusdem ſubditis, & ſuis rebus, navigiis & nautis, naueleris & mercibus plenam & integram ſecuritatem veniendi, ſtandi & redeundi per terram aut per mare, ſicut illis melius & expediens videatur, commeandi & remeandi, navigandi & ſtandi in noſtris Regnis, civitatibus, locis, villis & oppidis, portibus ac littoribus, vendendi & mercandi & diſtrahendi, libere & ſecure, omnes & ſingulas merces, quas ducere, emere, comparare ac diſtrahere conſueverunt tempore inclitiſſimorum Regum noſtrorum patrum; ſervatis ſemper antiquis noſtris confœderationibus, & aliis Conſtitutionibus, *ordinamentis*, juribus & obligationibus, Regnorum noſtrorum, quibus in aliquo non intendimus derogare aut præjudicium facere, ſed ea ſemper firmas & ſtabiles tenere & obſervare decrevimus, Et, ſi quando, quod abſit, alteri noſtrorum Regum videatur expedire, ab hac concordia & commercio deſiſtere, pars deſiſtere volens, debeat & *teneatur alteri partiante quatuor menſes notam facere talem deſiſtentiam*, ſeu diſcordiam, ut ſuis rebus conſulant, ne ſui ſubditi resque ſuæ ſub fide publica & juſto clypeo periclitentur. In cujus rei teſtimonium veritatis permittimus has noſtras literas manu propria ſubſcriptas, & noſtro ſigilli pendentis robore communitas. Datum in opido noſtro Montismajoris ſeptima die menſis Januarii, anno ſalutis noſtræ milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quinto. Sic ſignatum. Et Rey.

CC. *Information faite par ordre du conſeil de France* 1490. *touchant* les limites du Royaume de France devers la Lorraine, *& les bornes miſes à l'entreveue de L'Empereur* Albert. I. *& du Roy* Philippes de Bel *devers Vaucouleur.*

INformation faite par moy Guillaume Baſtard de Poictiers Bailly de Chaumont appellé & preſent avec moy M. Pierre Cheron noſtre Lieutenant ſur le fait desdites *bornes*, que l'on dit avoir eſté miſes és extremités dudit Baillage *vers la riviere de Meuze*, par leſquelles bornes *le Royaume fuſt & eſt ſeparé de l'Empire* & parties de par de là. La dite Information à moy commiſe à faire par mon tres cher & redoubté Seigneur Monſieur le Chancelier de France & Nos Seigneurs du Conſeil du Roy noſtre Sire icelle Information commencée à faire le XII. jour du mois de Septembre l'an M CCCC XC. & parfaite es jours enſuivans en la maniere qui s'enſuit.

§. 2. Iſabel la Boſſue demeurant à Rinel deſſ. en la Chaſtellenie de Vaucouleur aagé d'environ quatre vingts quatre ans diligemment examinée ſur ledit fait depoſe par ſon ſerment, quelle à ouy par pluſieurs fois dire à ſon Pere & à ſa Mere, qui ſont morts dés cinquante ans y à paſsés, que le *bel Roy Philippes de France*, qui eſtoit un grand homme, & *l'Empereur*, eſtoient venus au val, dit *le val de l'One*, qui eſt outre la dite Ville de Rinel en allant à Toul, & que là le Pere d'elle qui parle, les avoit veus enſemble, & furent à tout grand quantité de Seigneurs d'une part & d'autre oudit Val, *& furent miſes bornes; illec, pour ſeparer & diviſer le Royaume de France à l'Em-*

pire: & diſoit ſon Pere, que les bornes eſtoient fichées dedans terre bien un parfond, & en avoit depuis veu dehors ce qui dehors la terre avoit eſté laiſſé, mais elle qui parle ne les vit onques, bien ſe recorde que ſon Pere & la mere diſoient tousjours à elle qui parle & à leurs voiſins, que *l'an MCCXCII. furent les deux Roys au Val d'One.* Et le lendemain à matin venirent voir S. Martin, & dict ſur ce requiſe, que ſon dit Pere & la Mere luy avoit dit par pluſieurs fois, *qu'en la ville de Rinel* deſſus ditte, l'Empereur & le Roy furent à l'Egliſe d'icelle, ou poſe St. Martin, ouyr Meſſe; en laquelle Egliſe l'on pourtraya l'Image du Roy Philippes, à fin d'en avoir memoire; laquelle image y eſt encor en un mur, par devers le Royaume; & la monſtra la dite femme, qui parle & les autres habitans de la ville à nous & à noſtre dit Lieutenant, qui diſoient & pour verité affirmoient, avoir tousjours ouy dire à leurs anceſtres, qu'elle avoit eſté peinte illec dés lors, que le Roy & l'Empereur avoient mis les bornes au Val de l'One pour ſeparer le Royaume de l'Empire. Diſoit outre, elle qui parle, que pour lors que l'Empereur & le Roy furent logés au dit Rinel, un grand Seigneur appellé *Charles de Valois*, & ſes gens furent logés en l'hoſtel de ſon Pere & de ſa Mere, ſi comme ils luy avoient dit pour le temps de leurs vies; & qu'au desloiger qu'ils y feirent, le Roy de France & ſes gens avoient ſi bien fait payer par tout leurs deſpens, que ſon Pere & ſa Mere toutes fois que l'on en parloit, prioient pour le Roy & ſes gens. Et aprés vindrent loger à Vaucouleur & y feit l'on grand feſte d'hoſtes en une plaine, qui y eſt appellée Maroiches, ſy comme toutes ces choſes elle qui parle à ouy affermer à ſes Pere & Mere. Dit outre que encores quand les gens du Roy voulurent journoyer aux gens de l'Empire ils voulurent journoyer audit Val de l'One, la ou furent miſes les dites bornes. Et y a veu aller journoyer les gens du Roy contre les gens de l'Eveque de Toul & contre les gens des Religieux de St. Euvre de Toul, & appelloit on les dictes journées les journées des Eſtans. Et plus n'en ſçait, ſur tout diligemment requiſe & interrogée.

§. 3. Le Maire Thierry de Rinel aagé d'environ cinquante ans, juré & diligemment examiné ſur les dicts cas, depoſe par ſon ſerment, qu'il ne fut pas preſent à mettre les dictes bornes, bien eſt il recors qu'il a ouy dire par pluſieurs fois aux anciens du pays, qui depuis ſont allés de vie à trepaſſement, que long temps avoit, que feu le Bel Roy Philippes de France & l'Empereur avoient eſté és parties de pardeçà & qu'ils avoient eſté au *Val de l'One, qui eſt entre Toul & ledit Rinel*, diſtant de la Riviere de Meuſe & outre icelle une bonne lieue grande; & en iceluy Val avoient eſté miſes bornes en preſence desdits Sieurs & de leurs gens, & *diſoient li anciens, que lesdicts bornes eſtoient de Coyure*, & les auroient veues, & qu'elles faiſoient diviſion du Royaume & de l'Empire. Et auſſy avoyent eté mi ces *bornes de Coyure en la riviere de Meuſe, qui paſſe par Verdun, qui ſeparoient pareillement le Royaume de l'Empire*, & qu'ainſi le diſoient li anciens. Diſoit outre que *qui trairoit un Cordel* dés le dit Val de l'One, là ou furent miſes les bornes, jusques au moitant de la riviere, qui paſſe par Verdun, le cordel ſeroit tout droit de l'un a l'autre en allant à val, & ſemblablement ſeroit tout droit le Cordel, que l'on trairoit des ledit Val de l'One jusques au lieu *là ou ſault & croiſt Meuſe* en amont, qui eſt prés de Montigny le Roy; que par advis de pays ainſy luy ſemble, mais la Riviere de Meuſe en venant à val s'en va baiſant, jusques à Saint Miets, & lors elle deſcend tout droit jusques à Maiziere: Et tient on communement au pays, que pour ce furent miſes les dites bornes. Et dit encores que les Bourguignons Charretiers qui viennent des parties de là ou croiſt Meuſe, ne ſingent par la riviere pour aller à Mezieres, mais tiennent les hauts, droit le train des dites bornes, car s'ils ſingoyent la riviere de Meuſe ſelon ſes alleures, il les faudroit trop tournoyer, car la riviere va trop en biaiſant &

plus

Digitized by Google

plus n'en ſçait. Sauf que quand les gens du Roy noſtre Sieur & les gens de l'Empereur y veulent journoyer, ils vont journoyer au Val de l'One, la ou furent miſes les dites bornes; & y a pluſieurs fois eſté & a pluſieurs journées & appelleton telles journées les journées des Eſtans; & autre choſe n'en ſçayt.

§. 4. Jean de Boullemont eſcuyer aagé de LXX. ans ou environ juré & diligemment examiné ſur le faict deſſur, dit & depoſe: que de tout le temps, dont il a memoire il a tousjours demeuré à *Boullemont*, qui eſt pres da la riviere de Meuſe, & a tousjours ouy dire & tenir communement au pays; que long temps avoit, que un Roy de France eſtoit venu es parties de pardeçà ſur la riviere de Meuſe en allant vers l'Empire, paſſa par deſſoubs le Chaſtel de Boullemont à grand Nobleſſe, & alla en un Val, que l'on dit le Val de l'One, qui eſt outre la riviere de Meuſe en allant vers l'Empire *entre Toul & Vaulencouleur*, diſtant icelluy Val de la riviere de la Meuſe d'une groſſe lieue & demie. Que *audict Val trouva l'Empereur*, & illec en preſence des dictes Seigneurs furent miſes *bornes de cuivre & bien fichées dedans terre;* Et dit on communement au pays, que les dictes bornes font & doibvent faire ſeparation de l'Empire & du Royaume, & que pour cette cauſe les dicts Sieurs y avoyent eſté en leurs perſonnes, afin que chacun ſçeut ſes droicts & les extremités de ſon pays. Toutesfois n'eſt pas recors, que aucuns de ceux qui furent a faire le dict *abonnement*, ſoyent mais en vie. Dit outre ledit Eſcuyer que pareillement furent miſes certaines *autres bornes outre la dite riviere de Meuſe.* C'eſt à ſçavoir une borne de pierre deſſoubs Traveron & l'autre deſſoubs Breſſey qui encores y ſont. Et parce dit *que la dicte riviere de Meuſe ne faict pas ſeparation du Royaume & de l'Empire;* quant à ce meſmement que le Roy noſtre Sire a pluſieurs villes & juſtices hautes moyennes & baſſes outre la dicte riviere par devers l'Empire, comme la haulte juſtice de Vaucouleur, les villes de Rigney deſſus & deſſoubs, & ſi eſt vray que la riviere de Meuſe va en biaiſant jusqu'à Verdun, & pour cette cauſe tient on que lesdictes bornes furent miſes. E ſi tient lon communement au Pays, que *au milieu de la dicte riviere, qui paſſe parmy la Ville de Verdun furent miſes bornes de Coyure*, mais il ne les y veit onques, & en allant à Val, ladicte riviere va tout droict ſans biaiſer à Maizieres ſur Meuſe, ſi n'y furent miſes pour ce autres bornes. Dit encores que l'on appelle les lieux ou ont eſté miſes les bornes deſſus dictes, les lieux des Eſtans, & que quand les gens du Roy de France & ceux de l'Empereur, veulent journoyer les uns contre les autres, eux vont journoyer ſur lesdicts lieux es parties de pardeça, & y a veu tenir pluſieurs journées par les Officiers desdicts Seigneurs, & autre choſe n'en ſçait.

§. 5. Dit le Gros, Marchand de Neufchaſtel aagé d'environ ſoixante cinq ans, juré & examiné diligemment ſur le faict deſſusdict & depoſe tout pareillement, que a faict ledict Sieur Jean de Boullemont Eſcuyer. Le Maire Carrault aagé de ſoixante dix ans. Godeffroy de Burey aagé de quarante ans. Aubry de Sansvires aagé de ſoixante ans. Jean l'Allier aagé de ſoixante quinze ans. Le Maire Boulengier aagé de cinquante ans.

§. 6. Tous de Bine la Coſte, ſur la riviere de Meuſe, jurés & diligemment examinés, ſur ce que dit eſt, depoſent tous par une voix & d'un commun accord, qu'il eſt voix & commune renommée au Pays: que un Roy de France & l'Empereur vindrent long temps a, autrement du temps ne leur recorde, au Val que l'on dit le Val de l'One, qui eſt outre la riviere de Meuſe en allant loing d'icelle riviere une grande lieue & demie, auquel lieu furent en preſence desdicts Seigneurs miſes bornes de cuivre pour ſeparer & diviſer le Royaume & l'Empire; & que pour cette cauſe lesdicts Sieurs y avoyent eſté en leurs perſonnes, afin que chacun ſçeuſt les droicts

& les

Digitized by Google

& les extremités de ſon Pays. Toutesfois ne ſe ſouviennent que aucuns ſoyent en vie de ceux qui furent a faire ledit *abonnement*. Diſent encore que pareillement furent miſes certaines bornes outre la dicte riviere. C'eſt aſçavoir une borne de pierre deſſoubs Traverony, & l'autre deſſoubs Briſtey, qui encores y ſont. Et par ce dient, que ladicte riviere ne faict pas ſeparation du Royaume & de l'Empire. Quant à ce mesmement que le Roy noſtre Sire a pluſieurs Villes & Juſtices hautes moyennes & baſſes, outre ladicte riviere par devers ledit Empire, comme la haute juſtice de Vaucouleur, les villes de Rigney deſſus & deſſoubs; & ſy eſt vray que la riviere de Meuſe va en biaiſant juſpues à Verdun. Et pour cette cauſe tient lon communement au pays, que en milieu la dite riviere, qui paſſe parmy la ville de Verdun furent miſes bornes de Cuyvre, mais eux ne les y virent pas mettre; & de là va ladicte riviere à Mezieres ſur Meuſe tout droit, & n'y furent miſes pour ce autres bornes. Et dirent que l'on appelle les lieux ou lesdictes bornes furent miſes les lieux des Eſtans, & que quand les gens du Roy de France & de l'Empire veulent journoyer les uns contre les autres, eux vont journoyer ſur lesdicts lieux es parties de pardeça; & y ont veu tenir pluſieurs journées par les officiers desdicts Seigneurs. Dient encores qu'ils ont ouy dire aux anciens du pays, & de ce eſt commune renommée, que quand lesdictes bornes furent miſes, afin de ſouvenance, l'on jettoit de la monnoye à grand plenté par les places. Et que le Roy retourna par Vaucouleur tint illec grand feſte, & y *joſta* lon en un lieu de Vancouleur appellé Marathes, & dura la feſte bien ſix au ſept jours, & plus n'en ſçavent.

§. 7. Et apres ces choſes je me transportay à Verdun pour moy informer plus avant en tant que touche lesdictes bornes, que l'on diſoit eſtre & avoir eſté miſes en la riviere de Meuſe, qui paſſe parmy Verdun; mais je ne treuvay qui les dictes bornes y veit onques; bien eſt il commune renommée à Verdun & au Pays d'environ que les bornes de Cuivre y furent pieça miſes; & eſt vray, que *qui tireroit un Cordel* du moitant de la dicte riviere de Verdun, il iroit ferir de droicte ligne ausdictes bornes du Val de l'One, & d'illec vers *Montigny le Roy, dont ſault ladicte riviere de Meuſe.* A tout ce certifi eſtre vray. Scellé d'un petit ſeel rouge ſur double queüe.

§. 2. grand feſte *d'hoſtes*; forte: grand feſte de *joſtes*, c'eſt à dire, jouſtes.

CCI. *Tractatus Pacis & Fœderis concluſus ad Stapulas ſupra mare inter Galliæ & Angliæ Reges.* 3. *Novembr.* 1492.

PHilippus de Crevecœur Dominus des Querdes & de Lannoy, Mareſcallus Franciæ, Locumtenens & Capitaneus generalis Domini noſtri Regis in ſuis patriis Artheſiæ & Picardiæ, ac Miles ſui ordinis, Ludovicus de Haluin Dominus de Piennes; Franciſcus de Crequi, Dominus de Dourrier, Radulfus de Lannoy, Dominus de Morvillier, Milites, Conſiliarii & Cambellani: Joannes d'Auffay Conſiliarius & Magiſter Requeſtarum hoſpitii: *Ambaſſiatores* Procuratores & Commiſſarii in hâc parte Sereniſſimi & metuendiſſimi Principis Domini noſtri *Caroli* Dei gratia *Francorum* Regis Chriſtianiſſimi, omnibus & ſingulis præſentes literas inſpecturis ſalutem. Notum facimus: quod cum probiora mortalibus dona à ſuperis tradi nequeant, quam bona pacis, & à longo rerum uſu ac ratione ſemper cognitum ſit, pacem eſſe ſummum illud & præcipuum munus, quod humano generi queat tradi, ſatisque compertum ſit, quod calamitates & ærumnæ paſſim à bello exoriantur; imò verò quantum fructus & utilitates Franciæ & Angliæ regnorum incolis & pace & amicitia initis & contractis, inter Reges præfatorum Regnorum accreverint plenè cognoſcentes, pro dicto ſereniſſimo Principe noſtro Francorum Rege Chriſtianiſſimo antedicto ſuisque hæredibus & ſucceſſoribus ejus, eorum nomine, autoritate nobis ab eodem Rege noſtro per litteras ſuas patentes commiſſa, quarum tenor ſequitur.

§. 2. *Inſe-*

Digitized by Google

§. 2. *Inseritur mandatum Caroli VIII. Regis Galliæ, quod incipit:* Charles par la grace de Dieu, Roy de France, &c. *& finit:* Donné à Estampes, le vingt sixiesme jour de Juillet l'an de grace 1492. & de nostre Regne le neufiéme.

§. 3. Cum reverendo in Christo Patre Domino *Richardo Batthenensi & Vellensi Episcopo ac Custode privati sigilli*, Ægidio d'Aubenay milite & confratre ordinis Garderii ac Locum tenente generali villæ & marchiarum Calesiæ, Christophoro Wisvier Decano Ecclesiæ Eboracensis, magno Eleemosinario; Henrico Aynesworth Legum Doctore, secundario in officio sigilli, & Jacobo Tirette, milite Locumtenente castri de Guisnes infra Marchias prædictas, illustrissimi Principis *Anglorum Regis Ambassiatoribus* & Procuratoribus ad infra scripta per ipsius literas patentes deputatis, quarum tenor sequitur in hæc verba.

§. 4. *Sequitur mandatum Henrici Regis Angliæ:* Henricus Dei gratia Rex Angliæ & Franciæ & Dominus Hyberniæ, &c. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes, *teste me ipso* in exercitu meo propè Boloniam super mare, penultima die Octobris anno regni nostri octavo. In fine vero & inferiori parte dictarum literarum erat scriptum per ipsum Regem, & de data prædicta auctoritate Parlamenti, & Signatum de Secretario Wethd.

§. 5. Convenimus, contraximus, ac per præsentes concludimus articulos sequentes: Imprimis, quod bonæ, sinceræ, firmæ & perfectæ sint ac inviolabiliter observentur pax, amicitia & fœdera inter potentissimos Franciæ & Angliæ Reges antedictos, eorundem patrias & dominia quæcumque, hæredes, successores, vassallos atque subditos suos præsentes & futuros, ac quoscumq; alligatos & confœderatos, utriusque eorum Principum, qui in ista pace comprehendi voluerit, & se comprehendi, vel infra tempora & sub forma limitata declaraverint; nec non inter illustrissima Franciæ & Angliæ Regna, *per terram, mare, portus maris, & aquas dulces.* Et quod dictæ amicitiæ, pax & fœdera suum habeant effectum, immediatè post datam præsentium, & durent vita utriusque Principum prædictorum durante, & alterius eorum diutius viventis, & *per annum* integrum *post obitum ultimi morientis*; Ita tamen quod *successor* Regis præmorientis dictam amicitiam & pacem infra annum à die obitus sui prædecessoris *tenebitur* per suas literas magno suo sigillo sigillatas, hanc amicitiam & pacem *ratificare* & confirmare, dictamque ratificationem & confirmationem Regi superstiti notificare, transmittere & deliberare.

§. 6. Item, quod durante prædicto termino, bella, guerra, hostilitates & inimicitiæ quæcumque inter præfatos Franciæ & Angliæ Reges, eorundemque, ut supra fertur hæredes, successores, vassallos supra dictos & confœderatos quoscumque, qui in præsenti tractatu, ut præmittitur, comprehendi voluerint, nec non inter dicta illustrissima Regna, Patrias & Dominia sua quæcumque ubique locorum per terram, mare, littora maris, & aquas dulces, omninò cessabunt.

§. 7. Item, quod omnes & singuli utriusque dictorum Principum eorumque hæredum & successorum, aut eorum alterius, ipsorumque alligatorum, in hâc parte comprehensorum, Vassalli & subditi, sive sint Principes, Archiepiscopi, Episcopi, Duces, Marchiones, Comites, Barones, Mercatores, aut cujusvis status, conditionisve existant, durante pace antedicta, ubivis locorum sese mutuis officiis prosequantur, & honesta affectione pertractent, possintque liberè, tutè & securè, *absque alicujus offensa aut salvo conductu* sive circuitu, ubique per lustrare, per terram, mare & aquas dulces navigare, hinc indeque ad portus, dominia & districtus quoscumque voluerint morari, mercari, merces, mercimonia, arma & jocaria quæcumque (si statuta municipalia antehac non obstent) emere & vendere, ac ut eis placuerit, illinc ad partes, patrias, vel alibi liberè, quoties duxerint abeundem, abire cum suis aut conductis vel commodatis navigiis, plaustris, vehiculis, equis, armis, & mercimoniis, sarcinulis, bonis, rebus suis quibuscumq; absque

Digitized by Google

ullo impedimento, offensa, *arrestatione ad causam marcæ, contramarcæ, represaliarum*, aut alia distractione quacumque, tam in terra quam in mari, & aquis dulcibus, quemadmodum si in patriis propriis hæc omnia facerent, aut eis hæc omnia facere liceret.

§. 8. Item quod omnia munera sive onera aliqua dictorum Principum in cujusvis eorum Patriarum sive dominiorum partibus citra aut infra triginta annos à data & ante datam præsentium imposita, mercatoribus & subditis alterius Principis ejusve hæredum & successorum nociva, durante hâc pace penitus sint extincta, & quod talia aut consimilia, hâc amicitia durante à modo non imponantur; salvis tamen semper quoad alia omnibus regionum, urbium & locorum legibus, statutis & consuetudinibus, quibus nihil, quod ad eorum jura per præmissa, derogatum censeantur.

§. 9. Item quod omnes Mercatores, *etsi Veneti, Florentini, sive Januenses sint*, possint per mare & aquas dulces, armati, vel non armati, cum suis propriis mercibus aut alienis, in navibus, *caracis*, aut galeis propriis sive alienis in Regna Franciæ & Angliæ navigare.

§. 10. Item, dicti Ambassiatores & Commissarii Franciæ & Angliæ Principum prædictorum, pro Principibus suis, & nomine eorum & hæredum & successorum suorum promiserunt: Videlicet, quod durante tempore prædicto, neuter dictorum Principum, ullusque eorum hæredum aut successorum contra alium ejusve alligatos & confœderatos prædictos, eorumve hæredes & successores quicquam aget, faciet, tractabit, vel quocumq; modo nullum auxiliũ, consilium, vel assensum præbebit, quod per aliũ vel alios aliquid fiat, agatur, tractetur, vel attentetur in præjudicium vel damnum alterius ejusve, ut prædictum est, alligatorum & confœderatorum: Et si per alterum eorum secus fiat, aut aliqua belli suspicio contra alterum, ejusve ut prædictum est, alligatos & confœderatos præbeatur, Princeps sic incontrarium aliquid attentans vel belli suspicionem inferens, super hoc admonitus & requisitus, illicò illam belli suspicionem auferet, & in continenti amovebit.

§. 11. Item, quod termini & limites terræ seu dominiorum & Marchiarum *Calesii* de obedientia Regis Angliæ in continuo *Comitatuum Boloniæ, & Guinarum* ponentur & reducentur ac manutenebuntur, ut hactenus fuerunt, & erant ante descensum ipsius Regis in Calesiam & Castella seu fortalitia, *quæ capta & substracta fuerunt ex Regis Franciæ obedientia à die, quo ipse Rex Angliæ appulit Calesiam utpote: Ardres, la Montire, Lisques, Fiennes, Estingues*, & hæc similia, quæ per ipsum Regem Angliæ, suos Commissarios aut confœderatos, qui sibi in hâc expeditione adhæserunt detinentur & occupantur; reponentur in eo statu, quo nunc sunt, unà cum subditis dictorum locorum, in obedientia Regis Franciæ, pari modo & forma, ut erant ante descensum prædictum; & si ii qui dicta Castella detinent, differant huic articulo parere, Rex Franciæ ejusq; locumtenens poterit eos ad hoc, vi & potentia armorum compellere, & detinentibus dicta castella non dabit Rex Angliæ, auxilium, subsidium, aut favorem, quinimo non poterunt, ut confœderati comprehendi in isto Tractatu, nisi dictis Castellis & fortalitiis, primitùs reductis in pristino statu, quo erant ante descensum dicti Regis Angliæ.

§. 12. Præterea si aliqui dictorum locorum subditi fuerint capti inermes & extra exercitium guerræ, per subditos Regis Angliæ, liberabuntur, & in pristinam libertatem *absque finantia & redemptione* reponentur; & idem fiet de *subditis terræ Calesii, quæ Anglicana vulgò nominatur*.

§. 13. Item quod deinceps in villa Calesiæ, Castellis de Hames & Guisnes, aut in aliquibus portubus aliisve locis quibuscumque sub obedientia Regis Angliæ, sive citra, sive ultra mare existentibus, non recipiantur, manuteneantur aut favorisentur aliqui *armigeri aut gentes armorum*, quæcumque latrocinia, deprædationes, furta, excursiones pyraticas aut alia mala facientes contra effectum præsentis Tractatus, per terram, mare, aut aquas

Digitized by Google

aquas dulces, ſuper & contra ſubditos præfati Regis Franciæ. Ac quod ſimiliter in villis, caſtris, portubus, aliisve locis quibuscumque ſub obedientia Regis Franciæ exiſtentibus, nullatenus recipientur, manuteneantur aut favoriſentur aliqui armigeri, aut gentes armorum, ut ſupra, contra præfatos ſubditos dicti Regis Angliæ, aut eorum bona, guerram facientes & exercentes; Et in caſu, quo ſecus fiat, uterque Principum prædictorum eorumve amicitiæ conſervatores, causâ ſummariè & de plano ſine figura judicii cognitâ, pro parte ſua, & quatenus per ſe aut ſubditos ſuos aliquid fuerint in contrarium attentatum, plenam, integram, & promptam faciet ſeu facient juſtitiam, reſtitutionem & reparationem.

§. 14. Item, ſi per hujusmodi armigeros aut gentes armorum præter ſeu contra præmiſſa aliqui priſonarii fuerint captivati, gentes arreſtatæ, aut bona quæcumque capta; & cauſa hujusmodi captionis, aut arreſtationis propter rationabilem aliquam cauſam non poſſit tam ſummariè diſcuti & terminari, tunc & in iſto caſu primò & ante omnia, per conſervatores ſubſcriptos eorumve Commiſſarios, aut locorum judices, procedetur ad hujusmodi priſonariorum & arreſtatorum ac bonorum *captorum deliberationem & recredentiam ſeu reſtitutionem*, præſtita tamen ſufficienti cautione, arbitrio præfatorum conſervatorum, Commiſſariorum & judicum.

§. 15. Item, quod ex neutrius Principum prædictorum Cancellaria aut alia Curia imposterum concedentur aliquæ literæ repreſaliarum, marcæ aut contra marcæ, niſi ſuper & contra principales delinquentes, & eorum bona, eorumve fautores, vel in caſu manifeſtæ denegationis juſtitiæ, & quæ per litteras ſummationis aut requiſitionis, & prout de jure requiritur ſufficienter conſtabit.

§. 16. Item, quod ſi durantibus pace & amicitia præfatis aliquid contra vires & effectus earumdem per terram, mare, aut aquas dulces, per aliquem ipſorum Principum, eorundemve heredum & ſucceſſorum, vel eorundem ſubditos, vaſſallos aut alligatos, aut eorum alligatorum hæredes aut ſucceſſores in his amicitiis comprehenſorum ſubditos vel vaſſallos fuerit attentatum, actum geſtumve; nihilominus tamen hæc pax ſive amicitia in ſuis viribus termino prædicto permanebit, & pro ipſis attentatis ſolummodo punientur ipſi attentantes & damnificientes, & non alii.

§. 17. Item, quod præſenti tractatu pacis & amicitiæ *comprehendentur alligati & confœderati*, utriusque partis ſubſequenter *nominati*, videlicet, pro parte *Chriſtianiſſimi Regis* Franciæ, *ſacra Majeſtas Imperialis* cum Electoribus Imperii; *Sereniſſimi Principes Reges* Caſtellæ & Arragonum, Hungariæ & Bohemiæ, Neapolis, Scotiæ, Portugallæ & Navarræ; *Potentiſſimique Principes*, Dux & Terra *Domus Bavariæ*, Duces Sabaudiæ & Mediolanenſis, Lotharingiæ & Gueldriæ, *Dux, Dominium & Communitas Venetorum*, Epiſcopus, Civitas & Cõmunitas Leodienſis, Communias Florentinorũ; Cõmunitas Januenſis; *Ligæ novæ & antiquæ Helvetiorũ confœderatorũ*, & alii quicumq; quos ipſe Rex Franciæ in ſuis literis præſentis Tractat, confirmatoriis, nominare voluerit.

§. 18. Et pro parte illuſtriſſimi Regis Angliæ; *Sacratiſſimus Princeps Maximilianus Romanorom Rex*, ejusque filius Dominus Philippus Archidux Auſtriæ, eorundemque hæredes & ſucceſſores, Reges Hiſpaniæ; Portugalliæ, Neapolis & Daciæ; Duces Calabriæ & Ferrariæ; Societas ac Communitas *Hanſæ Teutonicæ*; Et alii quicumque quos ipſe Rex Angliæ in ſuis literis præſentis tractatus confirmatoriis, nominare voluerit.

§. 19. Qui quidem alligati & confœderati prædicti, videlicet præfati Rex Romanorum ejusque filius Dominus Philippus Archidux Auſtriæ infra quatuor, & reliqui infra duodecim menſes, poſt datam præſentis Tractatus proximè & immedietatè ſequentes, per litteras magno ſigillo ſigillatas Principi eos comprehendenti, *ſi per eum velint comprehendi*, *declarabunt* & ſignificabunt; Idemq; Princeps alteri Principi infra dictos quatuor menſes quæ

Digitized by Google

ad Regem Romanorum & Dominum Archiducem ejus filium, & quoad reliquos infra duodecim menſes per litteras ſuas magno ſigillo ſigillatas, præfatis litteris dictæ comprehenſionis declaratoriis annexas, earundem declarationem notificabit, priusque quam dicta notificatio, ut præmittitur, facta fuerit, dicti comprehenſi nullatenus cenſebuntur.

§. 30. Item, etſi dictus Romanorum Rex, ejusq; filius Dominus Archidux prædictus, pro ſe, heredibus & ſucceſſoribus ſuis atq; patriis modo, tempore & forma prædictis declaraverit, ſe velle in præfato Tractatu comprehendi; & poſtmodum præfatus Rex Franciæ, ejusve heredes aut ſucceſſores contra eos, vel eorum alterum, per captionem alicujus villæ, nunc ſub manu eorum vel alterius eorum exiſtentis, bellum moverit vel cum exercitu ſeu potentia armorum eorundem, vel eorum alterius patrias, terras, vel dominia intraverit, tunc & in iſto caſu benè licebit præfato Angliæ Regi, ejusque heredibus & ſucceſſoribus, præfato Regnorum Regi & Domino Archiduci vel eorum heredibus & ſucceſſoribus ſuccurrere, *& ſubvenire, præſenti Tractatu* non obſtante, *& in ſuo robore nihilominus manente.*

§. 21. Et ſi præfatus Rex Romanorum vel ejus filius Dominus Archidux prædictus, aut aliquis alius nomine eorum vel heredum aut ſucceſſorum ſuorum per captionem alicujus villæ, nunc ſub obedientia præfati Regis Franciæ exiſtentis, eidem Regi Franciæ, ejusve heredibus & ſucceſſoribus bellum moverit, vel cum exercitu ſeu potentia armorum patrias ſub obedientia ſua nunc exiſtentes intraverit, tunc & in iſto caſu non licebit præfato Principi Angliæ eosdem juvare gentibus armorum vel pecunia.

§. 22. Item, ſi per ſubditos vel eis adhærentes præfati Regis Romanorum aut Domini Archiducis ejus filii prædicti eorumve heredum aut ſucceſſorum, contra jura, patrias aut ſubditos præfati Regis Franciæ, modo hoſtili, aut via facti aliquid fiat aut attentetur, quod in damnum & præjudicium eorundem Principis aut ſubditorum cedere poſſit; & præfatus Dominus Rex Romanorum, ejusve filius Dominus Archidux prædictus, eorundem Locumtenentes aut Juſticiarii, pro juſtitia & reparatione ſuper faciendis debite ſubmoniti & requiſiti, juſtitiam & reparationem infra unum menſem; ipſam ſubmonitionem proximè ſequentem, facere denegaverint, vel neglexerint; tunc & in iſto caſu præfatus Rex Franciæ, ejusve Locumtenens ſive Commiſſarius præfato menſe elapſo, ſua authoritate, *& per viam facti ad reparationem* hujusmodi faciendam *procedere* poterit, *absque eo quod propter hoc præſens pax* ſeu amicitia in aliquo *rumpatur* aut violetur.

§. 23. Item, quod omnes & ſinguli habitatores, incolæ & ſubditi Civitatum, villarum & balliviarum *de Turnaco, Torneſio, Mortagne, & de ſancto Amando* tanquam ſubditi Regni Franciæ ſunt nominatim & expreſſe in præſenti Tractatu comprehenſi.

§. 24. Item, quod pro firmiori & inviolabili prædictorum *pacis* & amicitiæ ac fœderis obſervatione & conſervatione electi & nominati ſunt ex parte ipſius Chriſtianiſſimi Regis Franciæ *conſervatores* ſubſequentes. Videlicet: primò pro patriâ & Ducatu Normaniæ, *potentiſſimus Princeps* Dominus *Dux Aurelianenſis*; Pro patria Linguæ Occitanæ & aliis partibus Regni, in quibus non erunt nominati conſervatores, potentiſſimus Princeps *Dominus Dux de Borbonio;* Pro patria & Ducatu Britaniæ, *Dominus Princeps de Auregia;* Pro patria Artheſii & Picardiæ, ipſe *Dominus de Querles;* Pro patria Ducatu & Comitatu Burgundiæ, *Dominus de Baudricourt;* Et pro partibus maritimis, *Dominus de Graville Admiraldus Franciæ;* Salvo mari Aquitannico, in cujus diſtrictu dictus Princeps de Auregia erit conſervator. Poſſuntq; Conſervatores ſupra nominati, in patriis & locis ordinatis delegare & deputare Commiſſarios ſub ſe. Et ſi aliqui ex prædictis conſervatoribus ab hâc luce decederent, ſucceſſores eorum in ſtatu Gubernatoris ſeu Locumtenentis patria-

Digitized by Google

patriarum in quibus committentur, quoad hanc *conservatoriam* loco dictorum decedentium substituentur.

§. 25. Et pro parte dicti serenissimi Principis Angliæ præclarissimus *Avunculus suus*, illustrissimus *Dux de Bethfort*, Cancellarius Thesaurarius & Admiraldus Angliæ deputatus; *Custodes quinque portuum*; Custos privati sigilli, & locumtenens dicti Regis Calesii pro tempore existentes.

§. 26. Qui quidem Conservatores dictorum Principum ac utriusque eorum & duo aut unus ipsorum, ex parte saltem Principis subditorum damnificantium, qui super hoc requiretur vel requirentur, habebit seu *habeant autoritatem* & potestatem virtute hujus Tractatus ipsos damnificantes coram se vocandi, conveniendi, & examinandi, & ipsos sic examinatos, secundum quod justitia exigit & requirit, *condemnandi & puniendi*, attentata & damna contra vires hujus Tractatus illata, cum expensis damnificatorum reficiendi & reparandi. Et, si contingat ipsos conservatores per ipsos Principes, sic ut præmittitur, nominatos, vel ipsorum Commissarios, super reformatione aliquorum dictorum attentatorum fore discordes, & inter eos superinde concordare non valentes, quod eo ipso, & ex tunc causa illa referatur consilio ventilanda summariè & de plano coram eis examinetur, & felici marte terminetur, & dictorum conservatorum pro utraque parte sententiæ interlocutoriæ & definitivæ dabuntur, & de cætero in continenti & indilate mandabuntur executioni non obstantibus appellationibus quibuscumque.

§. 27. Item, conventum & concluſum est, quod præfatus illustrissimus Dominus Rex Angliæ dictam amicitiam, sic inter eum ejusque heredes & successores, ut præmittitur contractam, atque omnia & singula capitula prædicta in his literis contenta, per literas suas patentes suo magno sigillo sigillatas ratificabit & confirmabit, ipsamque amicitiam & capitula sic per eum ratificata, *confirmata & jurata per tres status Regni* Angliæ, videlicet: per Prælatos & Clerum, Nobiles & Communitates ejusdem ritè & debitè convocatos infra duodecim menses proximè post datam præsentium, ratificari & confirmari faciet. Et quod Serenissimus & Christianissimus Rex Franciæ amicitiam & capitula antedicta per suas literas patentes magno suo sigillo sigillatas, atque manu propria subscriptas, & juramento vallatas, ratificabit & confirmabit, ipsamque amicitiam & capitula sic per eum ratificata & jurata per tres status Regni sui Franciæ, videlicet: per Prælatos & Clerum, Nobiles & Communitates ejusdem Regni ritè & debitè convocatos infra dictos duodecim menses proximè ratificari & confirmari faciet. Quodque uterq; Principum prædictorum amicitiam & omnia Capitula antedicta *per sedem Apostolicam* & auctoritatem ejusdem infra sex menses proximè sequentes *confirmari*, vallari & roborari pro viribus procurabit, & cum effectu faciet.

§. 28. Et insuper uterque Principum prædictorum infra terminum prædictum instanter & cum effectu requiret *sacro-sanctam sedem Apostolicam* & summum Pontificem, quod ferat *sententiam excommunicationis nunc pro tunc & tunc pro nunc* in eum, ex prædictis duobus Principibus, qui omnia & singula Capitula in præsenti Tractatu contenta, quatenus ipsum concernunt, non observaverit; præter & ultra *sententiam interdicti*, in ejus Regna, patrias, terras & dominia; non obstante aliquo privilegio in genere vel in specie, illis aut illorum alteri, sub quacumque verborum serie concepto, cui dicti Principes palàm & publicè renunciant & expressè. Et nos nominibus eorumdem, sufficienti authoritate, in hâc parte nobis attributa, renunciamus expressè in his scriptis.

§. 29. Insuper nos Serenissimi & Christianissimi Domini nostri Regis Francorum Ambassiatores & Commissarii antedicti promittimus, & eundem Dominum nostrum supremum Regem Christianissimum, potestate,

ut præmittitur, ab ipso nobis commissa, obligamus per præsentes, quod idem Dominus noster Franciæ Rex omnia & singula præmissa ratificabit; auctorisabit & confirmabit, eaque realiter & cum effectu pro parte sua exequetur & faciet, ut præmissorum tenor exigit & requirit, suasque literas patentes subinde debitè confectas, magno suo sigillo sigillatas & munitas, illustrissimo Principi confratri & consanguineo suo charissimo Angliæ Regi supradicto cum ad hoc debitè requisitus fuerit, deliberabit & deliberari faciet.

§. 30. In quorum omnium & singulorum testimonium ac probationem nos Ambassiatores Franciæ supra nominati, præsentes literas signis nostris manualibus subsignavimus & sigillo nostri Domini des Querdes pro nobis omnibus muniri fecimus. Datum apud Stapulas supra mare tertia die Novembris. anno Domini 1492. Sic signatum Philippes de Crevecœur, F. de Crequy, Louis de Halluin, Raoul de Lannoy & J. d'Auffay. Au dos duquel Traitté est escrit ce qui ensuit. Die 15. Mensis Decembris anno Domini 1492. Indictione decima, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini *Alexandri* divina providentia *Papæ sexti* anno primo, in nostrorum, notariorum publicorum, & testium infrascriptorum ad hæc vocatorum præsentia, personaliter constituti nobiles, de Chabannes, Dominus de Courton miles ordinis Sancti Michaelis, ac Gubernator Patriæ Lemovicensis, & Dominus Stephanus de West, Dominus de Grimault Seneschallus Bellicadri & Cambellanus ordinarius supremi nostri Domini Regis Franciæ Christianissimi ad hæc specialiter per ipsum ordinatis & commissis; existentibus simul cum eis nobilibus & potentibus Dominis, videlicet: Domino Ægidio d'Aubenay, milite Ordinis Garterii & Locumtenente Serenissimi Regis Angliæ in Calisia, Magistro Christophoro Wisuwich Decano Ecclesiæ Cathedralis Eboracensis Magno Eleemosinario Angliæ; Ac Domino Johanne Ricelay Consiliario ac milite pro corpore Regis Angliæ, ac ab eo specialiter commissis, eisdem Oratoribus Angliæ tradiderunt, & manualiter deliberaverunt literas patentes, ipsius Regis Franciæ sua manu subsignatas, & suo magno sigillo sigillatas, confirmatorias tractatus pacis, amicitiæ inter eosdem Reges per præfatos Ambassiatores apud Stapulas supra mare die tertia mensis Novembris novissimè præteriti factæ & concluſæ.

§. 31. In quibus literis confirmatoriis literæ Ambassiatorum Regis Franciæ in quarum dorso hæc præsens nota describitur de verbo ad verbum insertæ erant & incorporatæ. Post quarum literarum Regiarum traditionem, dicti Ambassiatores Angliæ has præsentes literas Ambassiatorum Regis Franciæ ante dictis Dominis Commissariis reddiderunt & restituerunt. Acta fuerunt hæc in Hospitio Spadæ & oppido Blesis, Carnotensis Diœcesis. Præsentibus ad hæc unà cum prænominatis notabilibus viris, & nobis notariis subscriptis Guillelmo Robertet Secretario Regis Franciæ sæpefati, testibus ad præmissa vocatis & rogatis. Sic signatum Joannes Arnoul publicus *Imperiali & Apostolica authoritatibus* Notarius, & Jodocus Davisque Apostolica & Imperiali authoritatibus Notarius.

Additio ad præcedentem Tractatum.

Carolus Dei gratia Francorum Rex, universis & singulis præsentes literas inspecturis salutem. Notum facimus, quod pro securiori firmitate & observatione pacis seu amicitiæ nuper inter nos & charissimum fratrem & consanguineum nostrum Henricum Angliæ Regem factæ & concluſæ nos ultra articulos in tractatu dictæ pacis specificatos & per nos ratificatos, concluſimus & concordavimus, ac per præsentes concordamus & concludimus articulum sequentem. Videlicet quod dictis rebellibus sive proditoribus

Digitized by Google

ribus seu rebelli sive proditori, neuter nostrum Regum seu hæredum nostrorum desuper nominati, qui in aliquem locum obedientiæ nostræ, seu alterius nostrûm declinaverint, seu declinaverit, quoquomodo dabit seu præstabit, consilium, auxilium, favorem, subsidium aut assistentiam adversus alterum nostrûm, * aut rebelles extiterint, seu rebellis extiterit. In cujus rei testimonium literis præsentibus manu nostra subscriptis sigillum nostrum magnum facimus apponi. Datum Ambasiæ die 13. mensis Decembris, Anno Domini 1492. Sic signatum Charles per Regem, Duce Aurelianenti, Domine de Ligny, & pluribus aliis præsentibus, Robertet.

CCIII. *Tractatus pacis & fœderis Barcellonæ initus, quo* Carolus VIII. *Rex Galliæ* Ferdinando & Isabellæ, *Regi & Reginæ Hispaniarum, &* Johanni *Principi Asturiarum & Gerundæ filio eorum primogenito restituit Comitatum* Rossilionis *& Ceritaniæ; cum pacto, quod Rex & Regina Hispaniarum liberos suos non collocabunt in matrimonio cum Rege Romanorum vel Angliæ eorumve liberis, aliisve Galliæ inimicis, Barchinone.* 19. *Januar. à nativitate Domini anno* 1493.

FErdinandus & Elisabeth Dei gratia Rex & Regina Castellæ, Legionis, Arragonum, Siciliæ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galeciæ, Majoricarum, Hispaniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Gienniæ, Algarbiæ, Algeziræ, Gibreltaris, & Insularum Canariæ, Comes & Comitissa Barcinonæ, Domini Viscajæ & Molinæ, *Duces Athenarum & Neopatriæ*, Comites Rosilionis & Ceritaniæ, Marchiones Oristanni & Gotiani; Universis & singulis præsentes literas inspecturis salutem. Sicut ex guerrarum turbinibus, disidiis & hostilitatibus, quæ zizaniæ satore moliente inter Reges & Principes, & præsertim inter finitimos, proh dolor, accidere solent, sanguinis effusio multa, cædes multæ, incendia crebra, deprædationes innumeræ, & alia pernitiosa incommoda, mala atque damna vigere consueverunt; sic è vestigio ex pacis amœnitate, amoris & concordiæ finis, laus & obsequium immortali Deo, & alia plurima & laudabilia bona resultare nemini dubium. Quid enim melius, quidve utilius concordia & pace, sine qua nullus Regni Status poterit esse diuturnus? Quid etiam sanctius? Quid denique pace ipsa Deo acceptius? testante Christo Jesu Redemptore nostro & dicente, in quamcumque domum intraveritis, primum dicite, pax huic domui; & alibi, pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis: Sectanda sunt igitur, in quantum humana sinit fragilitas, ipsius vestigia & doctrina ejus sanctissima amplectanda, nec minus pax requirenda, & totis conatibus prosequenda, juxta illud, inquire pacem & prosequere eam. Reges enim, qui pacem inquisiverunt, & eam sunt prosecuti, servaverunt Regna, & illa diu obtinuerunt & jure hæreditario possederunt quandoquidem in amicitiæ unitate potestates firmantur, subsistitque firmius, & validius resistit geminata virtus.

§. 2. Atque ut alia ommittamus exempla, progenitores & prædecessores nostros Reges Serenissimos recolendæ memoriæ, nec non progenitores & prædecessores Christianissimi Principis Caroli Dei gratia Francorum Regis, fratris & confœderati nostri charissimi à magnis & diuturnis etiam temporibus validissimorum nexu fœderum copulatos, colligatosque, beneficio & tutamini Statuum, Regnorum & subditorum suorum, ex eo bene consuluisse, res ipsa edocuit. * Inter alia quæ semper cordi germinet, ea nos maximè cura tenet, ut Deo imprimis obsequamur, cujus voluntati tunc conformiores redderemur, si nos & præfatus Rex Christianissimus arma simul

ſimul capeſſentes communes vires in hoſtes fidei verterimus, deinde & amicitiæ debitum juſtè amicis perſolvamus, amicorum enim fides in proſperis fœliciſſimum eſt ſolatium, in adverſis autem tutiſſimum præſidium. Reliquum eſt, ut paci, quieti, tranquillitati Regnorum nobis ab alto commiſſorum operam demus, eorumque Reipublicæ debitè conſulamus, ut de talentis nobis traditis dicam ſibi reddamus. Quæ animi ratione propterea proſpicientes, nullas amicitias, nullave fœdera, quæ cum quibusvis Principibus & potentatibus iniri ad invicem poſſint, utiliora, tutiora ſeu convenientiora, quam noſtra, ſibi ſuaque nobis in præſentiarum eſſe ſeu haberi, tum propter ſanguinis vinculum, tum propter regnorum & terrarum utriusque conjunctionem, tum etiam, qui ipſum Regem Chriſtianiſſimum, ob ingentes, & præclaras ejus virtutes, ne dum clari pendimus, ſed etiam miro amore complectimur. Ad laudem itaque obſequium & gloriam omnipotentis Dei ejusque orthodoxæ fidei incrementum utilitatemque, pacem & quietem, nedum Regnorum, terrarum, dominiorum, ſubditorum utriusque noſtrum, verum etiam univerſæ Reipublicæ Chriſtianorum, *pro nobis & illuſtriſſimo Joanne Principe Aſturiarum & Gerundæ primogenito noſtro* chariſſimo, & poſt fœlices dies noſtros immediato hærede & univerſali ſucceſſore, & pro aliis univerſis ſucceſſoribus & Regnis, terris, dominiis & ſubditis noſtris, amicitiam, ligam, unionem, intelligentiam & confœderationem cum prædicto Chriſtianiſſimo Rege, & cum illuſtriſſimo *Carolo Delphino Viennenſi*, ejus filio legitimo & ſucceſſore, pro eis & ſucceſſoribus, Regnis & univerſis dominiis & ſubditis eorundem; ligam ipſam & confœderationem continuando & proſequendo, ac quatenus opus ſit muniendo, ac ipſo Rex Chriſtianiſſimus nobiſcum, pro ſe, hæredibus, ſucceſſoribus, Regnis & univerſis dominiis & ſubditis ſuis ligamentum, pacem & confœderationem continuando & inſequendo, ac quatenus opus ſit muniendo inivimus, fecimus, concordavimus, contraximus, concluſimus, uti inimus, facimus, concordamus, contrahimus & concludimus ſub forma & in capitulis tenoris hujusmodi.

§. 3. Sequuntur articuli facti, concordati & concluſi inter nos & per nos Ferdinandum & Iſabellam Dei gratia Regem & Reginam Caſtellæ, Legionis, Arragonum, Siciliæ, Granatæ, pro nobis, & Illuſtriſſimo Joanne Principe Auſturiarum & Gerundæ, primogenito noſtro chariſſimo & poſt fœlices dies noſtros auxiliante Deo, hærede & ſucceſſore & aliis hæredibus & ſucceſſoribus noſtris, ac univerſis, Regnis, terris, Dominiis & ſubditis noſtris ab una; *& nos Carolum eadem gratia Francorum Regem*, pro nobis & chariſſimo filio noſtro legitimo ſucceſſore Carolo Delphino Viennenſi, & pro hæredibus & ſucceſſoribus quibuscumque, Regno, & univerſis terris, Dominiis & ſubditis noſtris ab alia partibus; ſuper amicitiis, ligis, intelligentiis & confœderationibus, inter nos ad invicem factis, initis, concordatis & juratis; imprimis nos dicti Rex & Regina Hiſpaniæ & Rex Franciæ, continuando & conſervando confœderationes, quæ ab antiquo fuerunt inter prædeceſſores noſtros Reges Hiſpaniæ, & Franciæ, noſtraque Regna & Dominia, patrias & dominationes, fecimus, tractavimus, concordavimus, firmavimus & paſſavimus, facimusque, tractamus, firmamus & *paſſamus* bonam, veram, puram, integram & perfectam ligam, confœderationem, concordiam, & inſeparabilem amicitiam perpetuo & cunctis futuris temporibus duraturam, pro nobis hæredibusque & ſucceſſoribus noſtris & cujuslibet noſtrum; in quibus quidem confœderationibus & ligis *comprehendimus* & comprehendemus; intendimus & volumus Regna, terras & dominia noſtra, & cujuslicet noſtram: virtute quarum confœderationum tenemur & teneri volumus & promittimus, quod ad invicem & legaliter, quod alter alteri ex toto poſſe noſtro auxiliabitur ſeu auxiliabimur, ſeu auxilium præbe-

Digitized by Google

præbebimus adverſus & contra quoscunque, & quod nos declarabimus, & ex nunc nos declaramus aperte unum pro altero: videlicet nos prædicti Rex & Regina Hiſpaniæ, tàm pro nobis & pro hæredibus & ſucceſſoribus noſtris quibuſcunque, quàm etiam pro omnibus Regnis, terris & dominiis; colligatos & confœderatos cum prædicto Chriſtianiſſimo Francorum Rege, ejusq; hæredibus & ſucceſſoribus, terris & dominiis quibuscunque, tam *contra Anglicos* Chriſtianiſſimi Francorum Regis antiquos inimicos, quam *contra Regem Romanorum, & Archiducem Comitem Flandriæ* tam diu, quamdiu ipſe Rex Romanornm vel præfatus Archidux filius ſuus faciet, vel facient guerram vel hoſtiliratem, & ipſi vel alter eorum reputabitur, vel reputabuntur, & erit declaratus vel erunt declarati inimici præfati Chriſtianiſſimi Regis Franciæ, heredumque & ſucceſſorum ac terrarum, & dominiorum ſuorum; quam etiam contra quoscunq; alios qui ſunt, erunt, aut eſſe poterunt quandolibet in futurum inimici, malevoli & adverſarii prædicti Chriſtianiſſimi Regis & Regni Franciæ, heredumq; ac ſucceſſorum ac terrarum & dominiorum ſuorum, per mare & per terram, cujuscunque ſtatus & conditionis fuerint. Et nos præfatus Rex Francorum pro parte, noſtra, & pro heredibus & ſucceſſoribus noſtris quibuscunque, & pro Regnis, terris & dominiis noſtris ſimiliter facimus, vicemq; ſimilem ſcienter, reddimus & reddemus præfatis, potentiſſimis Regi & Reginæ Hiſpaniæ, heredibus & ſucceſſoribus ſuis quibuscunque, ac univerſis & ſingulis terris, & dominiis eorum, adverſus & contra quoscunque hoſtes, malevolos & adverſarios prædictorum potentiſſimorum Regis et Reginæ Hiſpaniæ, heredumque et ſucceſſorum quorumcunque, atq; regnorum, terrarum et dominiorum, qui ſunt, aut eſſe poterunt quomodolibet in futurum, tam per mare, quam per terram, cujuscumq; ſtatus et conditionis fuerint.

§. 3. Item eſt conventum & concordatum ad magis aſſecurandum prædictas amicitias, & confœderationes, & pro majori earum robore & ſecuritate inter nos Reges prædictos, heredesq; & ſucceſſores noſtros, quod ipſas easdem amicitias, ligas & confœderationes præferamus & anteponamus, uti præferimus *& anteponimus omnibus aliis quibuscunque ligis*, amicitiis & confœderationibus, *factis vel faciendis*, cum quocunq; fuerint, quacunq; dignitate vel autoritate fulgeant, *Vicario Chriſti excepto;* & quod liga ipſa, amicitiæ, confœderationes remaneant & remanebunt, easq; remanere volumus in tali vigore & virtute, taliter; quod ſi contingeret, quod aliquis ligatus & confœderatus, ligandusq; & confœderandus nobiscum dictis Rege & Regina Hiſpaniæ, vel cum heredibus ſucceſſoribusq; noſtris inſurgerent contra & adverſus eundem Chriſtianiſſimum Regem Francornm, hæredes & ſucceſſores ſuos; vel quod illi tales vellent aut ſatagerent facere guerram; tali in caſu, idq; notificando & notari faciendo; nos dicti Rex & Regina Hiſpaniæ, noſtriq; heredes & ſucceſſores tenebimur auxiliari & ſuccurrere, prædicto Regi Chriſtianiſſimo & ſuis heredibus & ſucceſſoribus, quemadmodum boni fratres, amici, colligati, *amici amicorum, inimici inimicorum* facere debent & tenentur, ſine reſervatione quacunque. Et nos Francorum Rex prædictus noſtriq; heredes & ſucceſſores quicunq; pari modo tenemus & tenebimur ſimile facere ac ſimilem vicem reddere, ſimileq; faciemus, ac ſimilem vicem reddemus erga ipſos potentiſſimos Regem & Reginam Hiſpaniæ, eorumque heredes & ſucceſſores quoscunque in caſu prædicto.

§. 4. Et cum hoc & ad magis & melius & ſecundum ſecurandum & ſervandum ſuperius declarata, nos dicti *Ferdinandus & Eliſabeth* Rex & Regina Hiſpaniæ, *non copulabimus ſeu jungemus aliquo modo matrimonio liberos noſtros cum regibus Romanorum & Angliæ, neq; cum liberis eorundem*, neq; cum inimicis declaratis dicti Chriſtianiſſimi Regis Francorum absque ejusdem Regis

Digitized by Google

voluntate & consensu, & quod non auxiliabimur eis, cum quibus nos præfati Rex & Regina Hispaniæ liberos nostros matrimonio copulabimus, contra statum & Domum prædicti Christianissimi Regis, heredumq; & successorum suorum,

§. 5. Item est conventum & concordatum, quod illustrissimus *Joannes Princeps Asturiarum & Gerundæ*, primogenitus dilectissimus noster, dictorum Regis & Reginæ Hispaniæ, & post felices dies nostros, heres & successor noster universalis jurabit in præsentiarum tenere & observare prædictas amicitias, ligas & confœderationes.

§. 6. Et *ut æqualitas & vicissitudo servetur*, nos dictus Rex Francorum promittimus, pollicemur & juramus, quod charissimus & dilectissimus filius noster legitimus & successor Carolus Delphinus Viennensis, postquam pervenerit ad ætatem annorum duodecim, faciet juramentum de tenendis, & inviolabiliter observandis dictis amicitiis, ligis & confœderationibus.

§. 7. Item est conventum & concordatum, quod nos dicti Rex & Regina Hispaniæ, pro nobis heredibusq; & successoribus nostris prædictis, non recipiemus seu iniemus intelligentiam aliquam cum quovis Principe aut alio quocunque, qualiscunque vel quicunque fuerit, quavis auctoritate vel dignitate fulgeat, ipso Vicario Christi excepto, in præjudicium cujuslibet nostrûm nostrorumq; regnorum, terrarum & dominiorum, quin imò si quid delatum fuerit, id revelabitur ex una parte & ex altera, adeò ut nihil fiat in præjudicium prædictarum ligarum & confœderationum, quæ omni tempore servabuntur de puncto ad punctum.

§. 8. Item est concordatum & conventum; quod licet nos dictus Rex Francorum simus in bona possessione, usuq; & titulo sufficienti ad tenendum *Comitatus Rossilionis & Ceritariæ*, qua possessione charissimus Dominus & Genitor noster defunctus *Ludovicus rex Francorum*, cujus animam propiciet Altissimus, & nos, usq; nunc gavisi sumus; nihilominus habentes respectum ad ligas, confœderationes & amicitias, quas nos dictus Rex Francorum & nos etiam dicti Rex & Regina Hispaniæ ad invicem tenere desideramus, & nos ipse Rex Francorum volentes, ut satisfaceretur demandis ac requestis, quæ pro parte dictorum potentissimorum Regis & Reginæ Hispaniæ nobis factæ, concernentibus ipsos Comitatus; promittimus ipsis potentissimis Regi & Reginæ Hispaniæ facere dari possessionem eorum, quotiescunq; ipsi potentissimi Rex & Regina fecerint & passaverint ipsas ligas præsentes & confœderationes, illasq; juraverint in forma consueta, & dederint securitates tam pro ipsis, quam pro nobis * ullis dictorum regnorum & dominiorum suorum. Proviso, quod toties quoties nos dictus Rex Francorum, heredesque & successores nostri voluerimus & voluerint facere videri & visitari jura pro prætensis jam dictis Comitatibus, tam ratione & ex causa ingageamenti & impignorationis, quam alias qualitercumque; Nos dicti Rex & Regina Hispaniæ heredesq; & successores nostri, promittimus eligere dictos judices & de illis formare instrumentum intra unum mensem, postquam de iis pro parte dicti Regis Francorum Christianissimi hæredumque & successorum suorum fuerimus requisiti. Et si nos prædicti Rex & Regina Hispaniæ, aut heredes & successores nostri, recusaverint id facere, dictus Christianissimus Rex Francorum, aut ejus heredes & successores poterit, vel poterunt recuperare possessionem dictorum Comitatuum Rosilionis & Ceritaniæ; & promittimus obedire & acquiescere judicio, quod super præmissis erit factum, & restituere prædicto Christianissimo Regi, heredibusq; & successoribus suis, realem & actualem possessionem dictorum Comitatuum Rossilionis & Ceritaniæ: si per judicium dictorum arbitrorum ac judicum & neutrorum sumptorum & electorum inter dictas partes, vel

eorum

Digitized by Google

eorum ſucceſſores dictum & ordinatum fuerit, quod ſic fieri debeat aut aliter; quemadmodum per ipſos arbitros & judices noſtros erit in totum dictum et determinatum.

§. 9; Et ſi contigerit, quod Deus avertat, quod poſtquam nos Rex Francorum prædictus fecerimus et compleverimus pro parte noſtra, id quod dicti Serenisſimi et potentisſimi Rex et Regina Hiſpaniæ nobis requiri fecerunt, concernens Comitatus Roſſilionis et Ceritaniæ; et quod prædicti ſereniſſimi et potentiſſimi Rex et Regina Hiſpaniæ heredes et ſucceſſores ſui nollent integra obſervare et adimplere ea quæ per dictas ligas ſunt promiſſa et concordata fuerunt, quæq; judicata et appunctuata per dictos arbitros et judices neutros; tali in caſu, nos dictus Rex Francorum pro nobis, heredibusq; et ſucceſſoribus noſtris poterimus reparare pleno jure, et in *propria auctoritate*, ſine aliqua ſummatione quibuscunque perſonis facienda, vel alio miniſterio juſticiæ, dictos Comitatus Roſſilionis et Ceritaniæ *occupare*, et nos dicti Rex et Regina Hiſpaniæ, heredesq; et ſucceſſores noſtri non faciemus, nec facere poterimus contrarium, vel eos impedire et perturbare quoquo modo, ut dictum eſt; ſed renuntiamus in caſu prædicto pro nobis heredibusque et ſucceſſoribus noſtris omni jure proprietatis dominii et poſſeſſionis, quam poſſemus prætendere aut demandare in dictis Comitatibus Roſſilionis et Ceritaniæ. Et poterit dictus Rex Chriſtianiſſimus, ſuiq; heredes et ſucceſſores prædicti poterunt ſe ponere in tali & ſimili poſſeſſione & *gaudentia*, in qua ipſe Chriſtianiſſimus Rex eſt de præſenti.

§. 10. Item ſi per ſententiam & judicium dictorum arbitrorum & judicum neutrorum prædicti Comitatus Roſſilionis & Ceritaniæ fuerint adjudicati nobis præfatis Regi & Reginæ Hiſpaniæ vel hæredibus & ſucceſſoribus noſtris prædictis, eo in caſu, ut utrinque æqualitas ſervetur, nos dictus Francorum Rex, heredesq; & ſucceſſores noſtri tenebuntur dare pro dicta ſecuritate & obſervatione dictarum ligarum & confœderationum compenſationem & taxationem æqualem, talem quæ erit ordinata per dictos arbitros & judices, qui de illis determinabunt, quemadmodum videbitur eis faciendum per rationem. Et ſimiliter ſi per dictas ſententias dictorum arbitroru m & judicum, ipſi Comitatus fuerint adjudicati dicto Chriſtianiſſimo Regi Franciæ, vel ſucceſſoribus ſuis, in eum caſum nos dicti Rex & Regina Hiſpaniæ, ſeu heredes vel ſucceſſores noſtri tenebimur dare aliam * talem ſecuritatem pro obſervatione dictarum ligarum, quemadmodum per dictos arbitros & judices erit ordinatum. Et ſubditi dictorum Comitatuum tenebuntur ſervire, obedire & recognoſcere pro Domino dictum Chriſtianiſſimum Regem & ſucceſſores ſuos, & exonerari omni ſubjectione, juramento & obedientia, in quibus poſſent teneri nobis dictis Regi & Reginæ Hiſpaniæ, & ſucceſſoribus noſtris prædictis ob cauſam dictorum Comitatuum; absq; eo, quod aliquid ab eisdem ſubditis poſſit querelari vel peti, nec etiam quod poſsint incurrere aliquas pœnas apud nos. Et ideo nos prædicti Rex & Regina Hiſpaniæ promittimus pro nobis, heredibus & ſucceſſoribus noſtris prædictis, quod nunquam faciemus aliquid, quod ſit in damnum *desavantagium* & præjudicium dicti Chriſtianiſſimi Francorum Regis, & ſuarum patriarum, terrarum & dominiorum quocunque modo fuerint, tàm de facto * ſitu quam alias. Et ita juramus & juravimus ſolemniter eis, meliori forma & modo, quibus fieri poterit, & ad hoc *nos obligamus ſub cenſuris Eccleſiæ*, noſtris ſigillis & ſignaturis, noſtris propriis manibus munitis, antequam poſſeſſio dictorum Comitatuum Roſſilionis & Ceritaniæ ſit nobis prædictis Regi & Reginæ Hiſpaniæ tradita.

§. 11. Pro quorum quidem Comitatuum traditione & deliberatione nos prædictus Francorum Rex donavimus & donamus poteſtatem conſanguineo

Digitized by Google

noſtro *Comiti de Montpenſier*, vel conſanguineo etiam noſtro *Ludovico de Ambaſia Albienſi Epiſcopo*, accipiendi vel adipiſcendi in manibus ſuis caſtra, villas, oppida & fortalitia dictorum Comitatuum ad tradendum *& deliberandum* poſſeſſionem illorum & illarum, prædictis ſerenisſimis et potentisſimis Regi & Reginæ Hiſpaniæ, vel commiſſis & deputatis ab eis. Tamen antequam tradatur & deliberetur poſſeſſio dictorum Comitatuum nos prædictus Francorum Rex intendimus & intelligimus, quod prædicti potentiſſimi Rex & Regina Hiſpaniæ & Illuſtriſſimus Joannes Princeps Aſturiarum & Gerundæ, eorum primogenitus, jurabunt perſonaliter in præſentia alicujus perſonæ per nos Francorum Regem prædictum ad eos ſuper hoc miſſæ vel mittendæ, de benè, legaliter & integraliter cuſtodiendis, obſervandis & continuandis per eosdem Regem & Reginam, heredes & ſucceſſores ſuos, ſuaque Regna & dominia prædictas confœderationes & ligas; & ſimiliter jurabunt hoc & promittent duæ ex bonis villis ſeu civitatibus, regnorum, terrarum & dominiorum ipſorum, videlicet *Cæſarea Auguſta & Barcinona*, & dabunt de hoc ſua ſigillata & ſecurirates in manibus prædicti Epiſcopi Albienſis. Qui quidem Albienſis Epiſcopus jurabit & promittet, quod illa non dabit nec mittet extra manus & poſſe ſuum, donec & quousq; poſſeſſio dictorum Comitatuum & dominationum fuerit tradita dictis potentiſſimis Regi & Reginæ Hiſpaniæ, qui promittent & aſſecurabunt de benè & legaliter tractando ſubditos, manentes, & habitantes in ipſis civitatibus, & quod non facient, patientur aut permittent eis fieri aliqua mala vel inconvenientia indebitè in perſonis & bonis eorum; & ſignanter illis, qui ſervierunt nobis Francorum Regi prædicto, vel Domino Regi Ludovico charisſimo genitori noſtro, cujus anima in pace requieſcat, & durante tempore, quo Comitatus & dominia prædicta in manibus noſtris extiterunt.

§. 12. Et hoc facto nos prædictus Francorum Rex tenebimur & tenemur tradere & deliberare realiter & de facto poſſeſionem prædictorum Comitatuum & dominiorum, infra tempus quindecim dierum proxime ſequentium, prædictis potentisſimis Regi & Reginæ Hiſpaniæ, ſeu commisſis & deputatis ab eis. Reſpectu verò juramentorum, ſecuritatum & ſigillatarum aliarum villarum ſeu civitatum prædictorum Regnorum & Dominiorum, nos prædicti Rex & Regina Hiſpaniæ tenebimur ſeu tenemur *fornire ſeu complere* ſigillata ipſa intra tres menſes poſt dictam poſſeſionem traditam. Et nos prædictus Francorum Rex ſimile faciemus ex parte noſtra, & ſimilem vicem reddemus erga ipſos potentisſimos Regem & Reginam Hiſpaniæ & ſignanter promittimus fornire ſeu complere juramentum civitatum *Toloſæ & Narbonæ*, antequam prædicta poſſeſio tradatur.

§. 13. Et erunt per gentes, officiales & ſervitores prædicti Regis Chriſtianisſimi recuperatæ & acceptæ proviſiones, tam machinarum victualium, quam aliarum rerum exiſtentium in prædictis villis & caſtris prædictorum Comitatunm Roſſilionis et Ceritaniæ, pro deferendo eas vel ea in patria Occitana, & in loco vel in locis, ubi dictio Chriſtianisſimo Francorum Regi magis placuerit.

§. 14. Et ſimiliter recipientur & recuperabuntur denarii terminorum dictorum & præteritorum ſecuti & cadent usque in diem dictæ poſſeſionis. Et ſi poſt dictam poſſeſionem traditam aliquid de dictis denariis debebitur, debitores eorum compellentur ad pro eis ſolvendum realiter & de facto. Qui quidem denarii tradentur Theſaurario & officiariis prædicti Chriſtianisſimi Regis Francorum, & aliis, quibus deberi poterunt. Qui quidem etiam denarii, qui ſunt vel eſſe poterunt reſtantes ad recuperandum, unà cum omnibus, qui recepti fuerunt, & recuperati per eundem Regem Chriſtianisſimum à tempore quo ipſe et Chriſtianisſimus Ludovicus Rex genitor ſuus habuerunt et tenuerunt dictos Comitatus et dominia, erunt et

rema-

Digitized by Google

remanebunt utilitati ſuæ; absque eo quod nunquam prædicti Rex & Regina Hiſpaniæ, heredes & ſucceſſores ſui, poſſint illos petere, nec de illis quicquam quærelari prædicto Regi Chriſtianiſſimo vel ſucceſſoribus ſuis, tam de prædictis denariis receptis & recipiendis, quam demolitionibus factis in villis, caſtris & fortalitiis prædictorum Comitatuum; Excepto tamen, quod in caſu, quod dictus Rex Chriſtianiſſimus voluerit facere *demandam*, vel procedere in faciendum diſcuti de juribus ſuis, & habendum judicium à dictis arbitris, in eo caſu quælibet partium prædictarum poterit ſe juvare de omnibus & quibuscumque juribus ſuis, tam in principali, quam quatenus concernit fructus, redditus, demolitiones, & alia *intereſſa*, prætenſa per quamlibet dictarum partium.

§. 15. Intendunt ſeu intelligunt partes prædictæ, quod manentes & habentes in prædictis Comitatibus, & ſimiliter ſubditi prædictorum Regum, ſive ſint Clerici, Laici nobiles aut alii, qui habent bona eis pertinentia in prædictis Comitatibus, regnis & dominiis, ſive ad cauſam eorum vel uxorum ſuarum vel beneficiorum aut alias; ſtabunt & revertantur in gaudenta prædictorum bonorum ſuorum; non obſtantibus quibuscunque donis aut confiſcationibus, quæ factæ fuerint ob cauſam ſervitiorum & petitorum ſeu adhærentiarum utriusque partium prædictarum; exceptis tamen *fructibus* & penſionibus *perceptis*, retentis ſeu relevatis, qui remanebunt apud eos, qui illos vel illas levarunt, retinuerunt vel receperunt, exceptis etiam fructibus & penſionibus *cadentibus*, & quæ cadunt usque in diem traditæ poſſeſſionis. Et poterunt habitatores & ſubditi utriusque partium prædictarum libere ad invicem communicare, eundo, veniendo, ac ſtando, ſi bonum eis videatur, absque eo quod ſuper hoc aliqualiter impediri poſſint.

§. 16. Item & quia Principibus convenit ſtatum Eccleſiaſticum & perſonarum Eccleſiaſticarum protegere, tueri & munire, idcirco ad tranquillitatem habendam, & ad ſedandas quascunque lites & controverſias, quæ inde oriri poſſent, eſt conventum & concordatum inter ſereniſſimos & potentiſſimos Principes prædictos, quod reverendi & venerabiles Patres in Chriſto Georgius de Amboiſia Archiepiſcopus Narbonenſis, Carolus de Martin Epiſcopus Eluenſis, Petrus de Abzaco Lectorenſis Epiſcopus Abbasque Crallenſis, Antonius de Narbona Babienſis Epiſcopus & Abbas Fontis frigidi, Antonius de Narbona Avillarum Abbas, Petrus de ſancto Cainant Abbas ſancti Michaelis de Luxano, Ludovicus de Annebault Adminiſtrator perpetuus monaſteriorum beatæ Mariæ de Regali Perpiniani, & ſancti Geneſii de Fontania, Deodatus de Narbona, Abbas ſancti Andreæ de Sucedia, Antonius Vaqueris Abbas villæ longæ, Magiſter Joannes Laurice legum Doctor Archidiaconus Eluenſis, Petrus Galeti Vicarius Eluenſis & Adminiſtrator perpetuus Prioratus beatæ Mariæ de campo dictæ Eluenſis dioceſis, Petrus Torti Conducterius Eluenſis, & aliæ quæcunque perſonæ Eccleſiaſticæ obtinentes Epiſcopatus & Pontificales dignitates, Abbatias, Archidiaconatus, Canonicatus, Prioratus, Præpoſituras & alias quascunque dignitates, officia & beneficia Eccleſiaſtica, regularia & ſecularia, curata ſimplicia, & non curata, in dictis Comitatibus Roſſilionis & Ceritaniæ; ſive principalis fundatio & ſedes illorum ſit intra dictos Comitatus ſive extra, & ſignanter in Regno Franciæ vel dominiis illi adjacentibus, & ad curſum illorum, ſive ex unione Apoſtolica ſive alias obtineant villas, oppida, caſtra & fortalitia, cum mero & mixto imperio & jurisdictione, ſi quod vel quæ ad cauſam dictarum dignitatum, beneficiorum, villarum, caſtrarum, oppidorum & fortalitiorum ſibi pertinent cenſus, juſtitia, cenſualia, & alia quæcunque jura, reditus & emolumenta in dictis comitatibus, & perinde ut antea habere pacifice & quiete obtinere, poſſidere, adminiſtrare & exercere, eorumque jurisdictionem, fructus, reditus

& emolumenta exercere & percipere valeant, ac si essent naturales, & oriundi ex dictis Comitatibus Rosilionis & Ceritaniæ, aut Principatu Cataloniæ; *non obstantibus* dicta Comitatuum restitutione & quibuscunque pragmaticis sanctionibus, *constitutionibus Cataloniæ*, edictis & ordinationibus Regiis, & aliis quibuscumque contrarium fortasse disponentibus, etiamsi majori expresione verborum indigerent; conservato tamen juramento fidelitatis dictis serenissimis & potentissimis Principibus Regi & Reginæ Hispaniæ à succesoribus suis præstando à superdominatu & ab aliis quibuscunque, qui beneficia in dictis Comitatibus posident, seu posidebunt, ac etiam reservatæ eisdem potentissimis Regi & Reginæ Hispaniæ, heredibus & succesoribus suis, facultate & potestate muniendi dicta castra, & fortalitia generibus armorum, machinis, & aliis instrumentis servientibus ad guerram in casu necesitatis, sine tamen præjudicio dominiorum ac libertatuum Eccleiæ ac etiam regiarum præeminentiarum: reservato etiam quod dictis Prælatis, & aliis quibuscunque personis Eccleiasticis, dictas dignitates & alia beneficia posidentibus per hanc concesionem non attribuatur, nec attribui posset modo aliquo majus jus in ipsis dignitatibus & beneficiis, & ad eas vel ea, quam eis de jure & justitia pertinet ac spectat; verum si aliqua controversia seu questio oriatur super titulo seu titulis dictarum dignitatum aut beneficiorum, manutenentis in suis possesionibus eis, qui ipsas dignitates & beneficia in præsentiarum posident, controversiæ aut quæstiones titulorum ipsarum dignitatum & beneficiorum per Reverendum Archiepiscopum Narbonensem Neapolitanum * terminantes & decidentes, ipsis tamen dictis dignitatibus nunc possidentibus super possessorio illorum non turbatis & inquietatis, donec & quousq; per dictum Archiepiscopum super hoc partibus auditis aliter fuerit ordinatum & pronunciatum. Et, si aliqui Eccleiastici sint, qui velint ad Regnum dictum Franciæ transire, aut in eodem morari, hoc liberè facere posint & valeant, absque hoc, quod ob eam causam in beneficiis posit eis aliquod impedimentum fieri.

§. 17. Et de tenore præsentis Tractatus remittuntur & indulgentur per nos prædictos Regem & Reginam Hispaniæ, omnes casus, crimina & delicta quibuscunque subditis, cujuscunque status vel conditionis fuerint, commissa & facta propter servitium commissum & præstitum, adhærentiamq; & obedientiam per eos præstitas defuncto bonæ memoriæ Ludovico Regi Francorum fœliciter regnanti, ratione vel ad causam duntaxat guerrarum factarum, occasione dictorum Comitatuum: taliter & tali forma, quod nunc vel in futurum non posit eis aliqua molestia inferri, in personis eorum, aut bonis occasionaliter quomodocunq; fuerit, ex causa prædicta; quin imò præmissis non obstantibus retineant vel recuperent bona sua, & illis utantur & gaudeant pacificè. Et simile fiat ex parte prædicti Christianissimi Francorum Regis, & permittetur Viris Eccleiasticis, nobilibus & aliis quibuscunque dictorum Comitatuum Rosilionis & Ceritaniæ, cujuscunque status vel conditionis sint vel fuerint, quod si aliqui vel aliquis eorum velit aut velint residere vel remanere in servitio Christianissimi Regis Francorum prædicti, ei vel eis id liberum existat, & quod illi vel illis sic residentibus & remanentibus in personis & bonis suis, aut familiarum & servitiorum suorum non fiat aliquod impedimentum vel disturbium aut opprobrium directè vel indirectè; imò illi tales volentes remanere, si quis vel qui fuerint, gaudebunt eorum bonis, revenutis vel reditibus: & poterunt nobiles & alii Laici prædicti in eisdem Comitatibus habere uxores eorum, liberos & familiam, taliter & quemadmodum faciunt alii commorantes & habitantes eorundem Comitatuum, aliorumque regnorum & dominiorum præfatorum potentisimorum Principum: qui quidem prædicti

pote-

Digitized by Google

poterunt vendere & alienare quocunq; modo & titulo per se procuratoresve suos, dicta eorum bona, & partem ipsorum bonorum suorum alienatorum in usus suos convertere, aut alias de ipsis disponere ad sui libertatem & voluntatem, Et denuò permittitur & permittetur eis, ire, residere, morari & redire, si bonum eis videatur, in eadem Provincia. In præmissis tamen non erunt neque sunt, aut intelligantur esse comprehendi seu inclusi scelerati viri, criminosi, & qui exigentibus facinoribus sive delictis punitionem merentur condignam, sed ut justitia æqualiter servetur & debitè Reipublicæ consulatur, remittentur dicti scelerati, criminosi seu delinquentes de una parte ad aliam, & vice mutua debito modo secundum formam justitiæ. Et ultra permittitur & permittetur subditis & vasallis quibuscunque dicti Christianissimi Francorum Regis servire & adhærere Magistratibus prædictorum potentissimorum Regis & Reginæ Hispaniæ. Et vice mutua permittitur & permittetur subditis & vasallis quibuscunq; eorundem potentissimorum Principum Regis & Reginæ Hispaniæ servire Majestati & Celsitudini præfati Christianissimi Regis Francorum; non obstantibus constitutionibus & pragmaticis sanctionibus, legibus generalibus & particularibus terrarum, & promissionibus seu pollicitationibus quibuscunque, præmissæ facultati & aliis prædictis contrariantibus seu repugnantibus: quas quidem constitutiones & pragmaticas sanctiones, si quæ sint præmissis contrariantes, respectu prædictorum & Regiæ Majestatis prædictæ nullius esse volunt roboris atque momenti.

§. 18. Item est conventum & concordatum, quod pro observatione commercii & *rei mercantilis*, & ut ipsa commercia mercatorum, regnorum, terrarum prædictarum utilius fiant & conducantur in securitate debita, & ad utilitatem Reipublicæ, quod nos dicti Reges ab utraque parte fecimus & nominabimus, videlicet quilibet nostrum pro parte sua æqualiter, conservatorem vel conservatores pro conservandis & manutenendis prædictis commerciis & mercatoribus; de quibus omnibus supra dictis fient & expedientur litteræ in meliori forma, quam fieri poterit pro securitate partium prædictarum.

§. 19. Quas quidem amicitias, ligarum nexus, uniones, confœderationes perpetuas, concordiamque finalem, ob ejusdem Domini nostri Jesu Christi Creatoris & Redemptoris nostri reverentiam, sub cujus nomine omnia ad finem salutarem & perfectam diriguntur, nos prædicti Rex & Regina Hispaniæ inivimus, promisimus, concordavimus, firmavimus & juravimus, inimus, pollicemur, promittimus, concordamus, firmamus & juramus super sancta Dei quatuor Evangelia, corporaliter & manualiter per nos tacta, bonâ fide in verbo Regio tenere, adimplere, & inviolabiliter observare, pro nobis, regnis, terris, dominiis & ditionibus nostris, ea omnia & singula, quæ ad nos attinent, attinereque possunt, singula singulis, prout in eisdem articulis cavetur & continetur; & contra ipsos & ipsa quovis modo directè vel indirectè non venire, sub obligatione & hypotheca omnium bonorum præsentium & futurorum, nec non sub pœna perjurii, quam Rex & Regina possunt tali sub casu incurrere. Et pro præmissis firmiter adimplendis firmiter supposuimus, submisimus, supponimusque & submittimus personas nostras, & successorum nostrorum Regna & Dominia nostra præfata, submissionibus & renuntiationibus, obligationibus & pœnis contentis in præfatis articulis, & pariter censuris sanctæ sedis Apostolicæ: volentes quod ad majorem firmitatem prædictorum omnium & singulorum literæ Apostolicæ super ipsis fortiores & meliores dicto sapientum, ejusdem substantiæ & non mutatæ conficiantur, easque tradere teneamur, ac etiam teneantur successores nostri quoties per præfatum Christianissimum Regem, charissimum fratrem & confœ-

Digitized by Google

confœderatum noſtrum aut ejus ſucceſſores in Regno & Dominiis illi adjacentibus fuerimus aut fuerint requiſiti. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præſentes literas manibus noſtris ſignavimus, ſigillorumque munimine juſſimus roborari. Datum in noſtra Civitate Barchinonæ die decima nona menſis Januarii, Anno à nativitate Domini 1493. Regnorumq; noſtrorum videlicet Siciliæ anno vigeſimo ſexto, Caſtellæ & Legionis vigeſimo, Aragonum verò & aliorum quinto decimo, Granatæ autem ſecundo.

§. 20. Ego Joannes de Colona, Sereniſſimorum Dominorum Regis & Reginæ Hiſpaniæ Dominorum noſtrorum Secretarius, & Apoſtolica ac Regia auctoritatibus publicus Notarius hæc omnia ſcribi feci, de mandato Celſitudinum ſuarum, atque juſſu eorum manu propria ſignavi in fidem & teſtimonium præmiſſorum.

§. 21. Et nos *Joannes Princeps Aſturiarum & Gerundæ*, Dux montis albi, & Dominus Civitatis *Balaguerii*, Majeſtatum prædictarum, ſerenisſimorum & potentisſimorum Dominorum *Regis & Reginæ Hiſpaniæ* parentum & dominorum noſtrorum *primogenitus*, in omnibusq; regnis & terris ſuis generalis Gubernator, poſt felices & longævos dies ſuos univerſalis hæres & ſucceſſor, eisdem paternis moti reſpectibus, hujusmodi amicitias, ligas, intelligentias & confœderationes, ac omnia & ſingula deſuper contenta, in quantum ad nos attinent, vel quomodolibet in futurum attinere poterunt, promittimus & pollicemur in verbo Principis, ac etiam juramus, quoad Dominum Deum & ejus ſancta quatuor Evangelia manibus noſtris corporaliter tacta, tenere & obſervare ac teneri & obſervari facere in omnibus et per omnia, juxta earum ſeriem et tenorem, et contra ea directè non facere vel venire, ſub obligatione et hypotheca omnium bonorum noſtrorum præſentium et futurorum, et ſub pœna perjurii, quam Princeps poteſt in tali caſu incurrere. Et pro præmiſſis firmius adimplendis ſuppoſuimus et ſubmiſimus, ſupponimus et ſubmittimus perſonam noſtram ſubmiſſionibus et renuntiationibus et pœnis contentis in præfatis articulis, & pariter cenſuris ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, eo modo et forma quibus prædicti ſereniſſimi et potentiſſimi Rex et Regina parentes et Domini noſtri colendiſſimi ſe ſuppoſuerunt et ſubmiſerunt. In quorum omnium et ſingulorum fidem et teſtimonium præſentes literas manu noſtra ſignavimus, ſigilliq; noſtri munimine juſſimus corroborari. Datum in Civitate Barchinone die decimo nono menſis Januarii, Anno à nativitate Domini 1493. Ego prædictus Joannes de Colonna Regius et Reginalis Secretarius eisdemq; auctoritatibus publicus Notarius, ac etiam dicti Illuſtriſſimi Domini Principis et primogeniti Secretarius de prædictæ ſuæ ſerenitatis mandato ſcribi feci, et manu propriâ ſignavi, in fidem et teſtimonium præmiſſorum. Et eſt ſcellé de trois ſcels pendans chacun â un laſſet de ſoye rouge et jaune.

CCIII. Alexandri VI. *Bulla, qua* Ferdinando & Eliſabethæ *Regi & Reginæ Caſtellæ & Arragoniæ concedit jus in novum Orbem à Columbo detectum, cum deſignatione limitum per ductum certi Meridiani. 4. Non. Maji* 1493.

ALexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, charisſimo in Chriſto filio *Ferdinando* Regi, & charisſimæ in Chriſto filiæ *Eliſabeth*, Reginæ Caſtellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ & Granatæ, illuſtribus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Inter cetera divinæ Majeſtatis beneplacita opera & cordis noſtri deſiderabilia illud profecto potisſimum exiſtit, ut fides Catholica & Chriſtiana religio noſtris præſertim temporibus exaltetur ac ubilibet amplietur & dilatetur, animarumq; ſalus procuretur, ac barbaræ nationes

Digitized by Google

nationes deprimantur, & ad fidem ipsam reducantur. Unde cum ad hanc sacram Petri sedem, divinâ favente clementia, meritis licet imparibus, evecti fuerimus, cognoscentes vos tanquam veros Catholicos Reges & Principes, quales semper fuisse novimus, ut à vobis præclarè gesta, toto pene jam orbi notissima demonstrant, nedum id exoptare, sed omne conatu, studio & diligentia nullis laboribus, nullis laboribus, nullisque parcendo periculis, etiam proprium sanguinem effundendo efficere, ac omnem animum vestrum omnesque conatus ad hoc jam dudum dedicasse, quemadmodum recuperatio Regni Granatæ à tyrannide Saracenorum hodiernis temporibus per vos cum tanta divini nominis gloria facta testatur; duximus non immerito & debemus illa vobis etiam sponte & favorabiliter concedere, per quæ hujusmodi sanctum & laudabile ac immortali Deo acceptum propositum in dies ferventiori animo ad ipsius Dei honorem, & Imperii Christiani propagationem prosequi valeatis.

§. 2. Sane accepimus quod vos, qui dudum animo proposueratis aliquas insulas & terras firmas remotas & incognitas, ac per alios hactenus non repertas quærere & invenire, ut illarum incolas & habitatores ad colendum Redemtorem nostrum, & fidem Catholicam profitendum reduceretis, hactenus in expugnatione, & recuperatione ipsius regni Granatæ plurimum occupati, hujusmodi sanctum & laudabile propositum vestrum ad optatum finem perducere nequivistis; sed tandem, sicut Domino placuit, regno prædicto recuperato, volentes desiderium adimpleri vestrum, dilectum filium *Christophorum Colon* virum utique dignum & plurimum commendandum, ac tanto negotio aptum, cum navigiis & oneribus ad similia instructis, non sine maximis laboribus & periculis ac expensis destinatis, ut terras firmas & insulas remotas & incognitas hujusmodi per mare, ubi hactenus navigatum non fuerat, diligenter inquireret. Qui tandem divino auxilio facto extrema diligentia *in mari Oceano* navigantes *certas insulas remotissimas*, & etiam *terras firmas* quæ per alios hactenus repertæ non fuerant *invenerunt*: in quibus quam plurimæ gentes pacifice viventes, & ut asseritur, nudæ incedentes, nec carnibus vescentes inhabitant, & ut prætacti nuntii vestri possunt opinari, gentes ipsæ in insulis & terris prædictis habitantes dum credunt unum Deum Creatorem in cœlis esse, ad fidem Catholicam amplexandum, & bonis moribus imbuendum satis apti viderentur, spesque habetur, quod si erudientur, nomen Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, in terris & insulis prædictis facile induceretur; ac præfatus Christophorus in una ex principalibus insulis prædictis jam unam turrim satis munitam, in qua certos Christianos, qui secum iverant in custodiam, ut alias insulas & terras firmas, remotas & incognitas inquirerent, posuit, construi & ædificari fecit, in quibus quidem insulis & terris jam repertis aurum, aromata, & aliæ quamplurimæ res pretiosæ diversi generis & diversæ qualitatis reperiuntur, unde omnibus diligenter, & præsertim pro fidei Catholicæ exaltatione & dilatione (prout decet Catholicos Reges & Principes) consideratis more progenitorum vestrorum claræ memoriæ Regum terras firmas, & insulas prædictas, illarumq; incolas & habitatores vobis, divina faciente clementia, subjicere, & ad fidem Catholicam reducere proposuistis.

§. 3. Nos igitur hujusmodi vestrum sanctum & laudabile propositum plurimum in Domino commendantes, ac cupientes, ut illud ad debitum finem perducatur, & per ipsum nomen Salvatoris nostri in partibus illis inducatur, hortamur vosquam plurimum in Domino & per sacri lavacri susceptionem, qua mandatis Apostolicis obligati estis, & viscera misericordiæ Domini Jesu Christi, attente requirimus, ut cum per expeditionẽ hujusmodi insulis & terris degentes ad Christianam Religionem suscipiendam inducere velitis & debeatis, nec pericula, nec labores ullo unquam tempore vos

Digitized by Google

deterreant, firma spe fiduciaque conceptis, quòd Deus omnipotens conatus vestros feliciter prosequetur.

§. 4. Et ut tanti negotii provinciam Apostolicæ gratiæ largitate donati liberius & audacius assumatis, *motu proprio, non ad vestram vel alterius pro vobis super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam*, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes insulas & terras firmas inventas & inveniendas, detectas & detegendas versus Occidentem & Meridiem; fabricando & *construendo unam lineam à polo arctico, scilicet septentrionis, ad polum antarcticam, scilicet meridiem* (sive terræ firmæ & insulæ inventæ & inveniendæ sint versus Indiam, aut versus aliam quamcunque partem,) quæ linea distet à qualibet insularum, quæ vulgariter nuncupantur *de los Azores y cabo verde*, centum leucis versus occidentem & meridiem: ita quod omnes Insulæ & terræ firmæ refertæ & reperiendæ, detectæ & detegendæ à præfata linea versus Occidentem & Meridem per alium Regem aut principem Christianum non fuerint actualiter possessæ, usque ad diem nativitatis Domini nostri Jesu Christi proximè præteritum, à quo incipit annus præsens millesimus, quadringentesimus nonagesimus tertius; quando fuerint per nuntios & Capitaneos vestros inventæ aliquæ prædictarum insularum; Auctoritate omnipotentis Dei nobis in beato Petro concessa, ac Vicariatus Jesu Christi, qua fungimur in terris, cum omnibus illarum dominiis, civitatibus, castris, locis & villis, juribusque & jurisdictionibus, ac pertinentiis universis; Vobis hæredibusque & successoribus vestris *Castellæ & Legionis Regibus in perpetuum* tenore præsentium *donamus*, concedimus, assignamus, vosque & heredes ac successores præfatos illarum Dominos cum plena, libera & omnimoda potestate, auctoritate, & jurisdictione facimus, constituimus & deputamus; decernentes nihilominus per hujusmodi donationem, concessionem & assignationem nostram nulli Christiano principi, qui actualiter præfatas insulas & terras firmas possederit, usq; ad dictum diem nativitatis Domini Jesu Christi jus quæsitum, sublatū intelligi posse aut auferri debere.

§. 5. Et insuper mandamus vobis in virtute sanctæ obedientiæ (sicut pollicemini, & non dubitamus pro vestra maxima devotione & regia magnanimitate vos esse facturos) ut ad terras firmas & insulas prædictas viros probos & Deum timentes, doctos peritos & expertos ad instruendum incolas & habitatores præfatos in fide catholica & bonis moribus imbuendum destinare debeatis, omnem debitam diligentiam in præmissis adhibentes. Ac quibuscumque personis cujuscunque dignitatis, etiam Imperialis & Regalis status, gradus, ordinis, vel conditionis sub excommunicationis latæ sententiæ pœnâ, quam eo ipso, si contrafecerint, incurrant, districtius inhibemus; ne ad insulas & terras firmas inventas & inveniendas, detectas & detegendas versus Occidentem & Meridiem, fabricando & construendo lineam à polo arctico ad polum antarcticum, sive terræ firmæ & insulæ inventæ & inveniendæ sint versus Indiam, aut versus aliam quamcumq; partem, quæ linea distet à qualibet insularum, quæ vulgariter nuncupantur de Azores y cabo verde, centum leucis versus occidentem & meridiem, ut præfertur, pro mercibus habendis, vel quavis aliâ de causa accedere præsumant, absque vestra, ac heredum & successorum vestrorum prædictorum licentia speciali; non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque: in illo, à quo imperia, & dominationes ac bona cuncta procedunt, confidentes, quod dirigente Domino actus vestros, si hujusmodi sanctum & laudabile propositum prosequamini, brevi tempore cum felicitate & gloria totius populi Christi, vestri labores & conatus exitum felicissimum consequentur &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ M CCCC XCIII. IV. Nonas Maji, Pontificatus nostri anno I.

CCIV. Ale-

Digitized by Google

CCIV. Alexandri VI. *Conceſsio, ut Equites Ordinum militarium Luſitaniæ à voto caſtitatis abſolvantur, & ſalvo ordine matrimonia inire poſsint.* 12. *Cal. Julii,* 1496.

ALexander VI &c. ad perpetuam rei memoriam. Sane pro parte chariſſimi in Chriſto filii noſtri *Emanuelis Portugalliæ & Algarbiorum Regis* illuſtris, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod in regnis prædictis, in quibus *militiæ Jeſu Chriſti* & *de Avis Ciſtercienſis ordinis* pro infidelium expugnatione & depreſſione ad militandum contra eos ab eorum primæva fundatione inſtitutæ fore noſcuntur, *milites dictarum militiarum* pro majori parte, continentiæ & caſtitatis voto, quod in eorum profeſſione emittunt, contempto, concubinas etiam plures, & in eorum ac *præceptoriarum* & prioratuum dictarum militiarum propriis domibus & locis, non ſine magno religionis opprobrio, publice tenere & eis cohabitare, ac etiam *adulteria* cum aliis mulieribus conjugatis committere non verentur: ex quo a b eorundem regnorum incolis & habitatoribus maximo odio habentur, diſſenſiones & inimicitiæ oriuntur, diverſa ſcandala quotidie concitantur, ac non parva militum eorundem imminent pericula animarum. Verum ſi ſtatueretur & ordinaretur, quod deinceps perpetuis futuris temporibus in dictis militiis perfiteri volentes profeſſionem ſolitam, & *continentiæ votum matrimoniale*, prout *milites militiæ ſancti Jacobi de Spatha ordinis S. Auguſtini* emittunt, emittere deberent, & ad eorum inſtar matrimonium contrahere poſſent, ex hoc perfecto incontinentiæ, adulteriis, odiis, diſſenſionibus, inimicitiis, ſcandalis, & animarum periculis hujuſmodi obviaretur, ac multi nobiles regnorum eorundem, qui militiis prædictis adverſus ipſos infideles plurimum utiles & fructuoſi eſſent, videntes ſe matrimonium contrahere poſſe, ad profitendum in dictis militiis inducerentur, ac quamplures nobiles mulieres, quæ cum difficultate nuptui tradi poſſunt, cum eisdem militibus poſſent matrimonio collocari, quod ad maximum incolarum regnorum eorundem conſolationem cederet pariter & quietem.

§. 2. Quare pro parte tam præfati Emanuelis Regis, qui dictæ *militiæ* Jeſu Chriſti in temporalibus per ſedem Apoſtolicam *adminiſtrator* ſeu gubernator deputatus exiſtit, quam dilectorum filiorum univerſorum Priorum, præceptorum & militum dictorum Jeſu Chriſti, & de Avis militiarum maxima cum inſtantia & ſæpenumero nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos, qui animarum periculis ac ſcandalis & diſſenſionibus, ne eveniant, quantum cum Deo poſſumus, libenter obviamus, attendentes, quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus beato Petro Apoſtolo, cujus vices, meritis licet imparibus, tenemus in terris, nunquam tantam tribuiſſet poteſtatem, ut diceret. Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis, niſi ipſum Petrum & ejus ſucceſſores ea poteſtate aliquando uti oportere indicaſſet, ex præmiſſis, & ex aliis nobis expoſitis cauſis, facta etiam ſuper hoc, per venerabilem fratrem noſtrum *Georgium Epiſcopum Albanenſem Cardinalem Ulixponenſem* nuncupatum, de ipſo Portugalliæ regno oriundum, in ſacra Theologia peritiſſimum, ac in magnis & arduis rebus longâ experientiâ comprobatum, vitæ exemplaris & morum honeſtate decorum, aliisque virtutum donis, quæ in eo divina propagavit clementia, multipliciter inſignitum, aſſerentem, ſe de hoc plurimum informatum eſſe, ac ita in regnis prædictis omnino expedire, idque etiam dudum antea cum felicis recordationis *Sixto IV. & Innocentio VIII.* Romanis Pontificibus, prædeceſſoribus noſtris, dum in humanis agebant, *concluſiſſe*, qui morte prævenți ad finalem expeditionem devenire nequiverunt; Nos relatione fideli

Digitized by Google

hujuſmodi & inſtantiſſimis ſupplicationibus inclinati, & rationibus, in dictis Jesu Chriſti, & de Avis militiis * profiteri volentes ſolitam & quoad continentiæ votum, matrimonialem, prout milites militiæ S. Jacobi de Spatha hujuſmodi emittunt profeſſionem, emittere debeant, & ad eorum inſtar *matrimonium alias tamen rite contrahere*, & in eo, poſtquam contractum fuerit, remanere liberè & licitè poſſint; auctoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium ſtatuimus pariter & ordinamus, ac cum eis ſuper hoc diſpenſamus, prolem ex hujuſmodi matrimoniis ſuſcipiendam legitimam pronuntiantes; firmis tamen in reliquis inſtitutis dictarum Jesu Chriſti & de Avis militiarum omninò remanentibus, non obſtantibus præmiſſis ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis ac conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus & naturis earundem Jesu Chriſti & de Avis militiarum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ M CCCC XCVI. XII. Kal Julii. Pontificatus noſtri anno IV.

CCV. *Alexandri VI. confirmatio militiæ S. Michaelis à Rege Galliæ inſtitutæ. Id. Novemb.* 1496.

ALexander VI. &c. ad perpetuam rei memoriam. Pro parte chariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli Francorum Regis illuſtris nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim claræ memoriæ *Ludovicus*, etiam eorundem *Francorum Rex* ejuſdem Caroli Regis Genitor, tunc in humanis agens, ſingularis devotionis fervore accenſus, cupiens pro tuitione & defenſione fidei Catholicæ, ac regni ſui, totiusque reipublicæ Chriſtianæ *in honorem S. Michaelis Archangeli certam militiam, ſeu auratam ſocietatem* in ſincera & cara fraternitate & unione mutua ſe perpetuo habituram, *quæ regalis ordo in poſterum nuncuparetur, inſtituere; triginta ſex milites ſeu* auratos, *quorum ipſe ſeu ſucceſſores ſui Francorum Reges eſſent caput*, haberentque ſuperioritatem, congregavit ſeu congregari voluit, indixitque pro conſervatione & manutentione ſocietatis, fraternitatis, & unionis prædictarum certa ſtatuta, nonnullasque ordinationes & conſuetudines perpetuo duraturas, & deinde pro augmentatione & magnificentia dictæ militiæ regalis votum emiſit ſolemne æternæ, increatæ, immenſæ, ſummæ, omnipotenti & glorioſiſſimæ ac individuæ Trinitati Deo Patri, Deo Filio, Deo Spiritui ſancto: de erigendo, ſeu erigi faciendo per Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, ſedemque Apoſtolicam ad honorem ipſius Trinitatis, intemeratæ Virginis Mariæ, ipſius humani generis Redemptoris piæ matris, dicti S. Michaelis, totiusque curiæ cœleſtis, in capella ejuſdem S. Michaelis ſita in palatio regali Pariſienſi, in quo Parlamentum teneri conſuevit in inferiori parte, & ſitam prope portam introitus ipſius Palatii unum Collegium Virorum Eccleſiaſticorum ſæcularium, qui inibi Divinum officium horis congruis & competentibus diurnis pariter & nocturnis decantare, pariterque celebrare deberent &c. (*Conſtituit Alexander leges in divino cultu peragendo in ea ſacra ædicula obſervandas, ac ſacerdotum munera diſtinguit, nec non prærogativis illuſtret.*) Datum Romæ apud S. Petrum M CCCC XCVI. Idibus Novembris. Pontificatus noſtri anno V.

CCVI. *Alliance & Conſederation perpetuelle des ſept Cantons de* Zurich, Lucerne, Ury, Schwiz, Underwalden, Zug & Glaris *d'une part, & les* Griſons *d'autre, contenant neuf articles, du Mercredy devant le ſainct Jean; mil quatre cens quatre vingts dix ſept.*

Au nom

Digitized by Google

AU nom de Dieu Amen. Comme il ſoit, que par la tranſgreſſion du premier homme, par les longues années & changement de temps, l'entendement & la memoire ſe perdent; dont eſt de beſoin pour inſtruction & perpetuelle memoire à ceux, qui ſuccedent aprés nous, leur aſſeurer par eſcrit les choſes, qui doivent durer longuement. Pour cette cauſe nous les Bourgemeiſtre, L' Advoyer, Ammanz, Conſeillers, Bourgeois; Paiſans & Communeautez de *Zurich, Lucerne, Ury, Schviz, Undervalden, deſſus & deſſoubs le Bois, Zug, avec les offices forains, & de Glaris* nommement les ſept Cantons des ligues d'une part: Et nous les Ammans & Communautez des * Offences, Bailly & Communauté de (a) *Luguts;* Amand & Communauté du (b) *Verſux*; Amand & Communauté de (c) *Walteſſeburg*; Amand & Communauté de *Fayen deſſus le bois;* Amand & Communauté de (d) *Flumba;* Amand & Communauté de (e) *Schloys;* Amand & Communauté de (f) *Treſmes;* Amand & Communauté de *Heinzenberg*, (g) *Tuſſis & Caix;* Amand & Communauté de (h) *Stanue*; Amand & Communauté de (i) *Reymald;* Amand & Communauté de (k) *Muſoc* & (l) *Raffles*; Amand & Communauté de *Safien;* Amand & Communauté de (m) *Stopmen;* Amand & Communauté de *Flaſſe* tous en general en la ligue Griſe du hault pais des Griſons d'autre part, faiſons ſçavoir & certifions à tous & un chaſcun, qui au temps advenir verront lire & orront lire ces preſentes lettres, que avons mis en grande deliberation & conſideration, l'amitié, affection & fidelité, que nos predeceſſeurs de bonne memoire ont tousjours eus par enſemble en toutes leurs affaires, & le fidel regard, qu'ils ont eu les uns ſur les autres de tout temps, juſques à preſent; En quoy deſirant perſeverer, & pour le bien de nos pays & ſubjects augmenter & continuer une telle amitié; avons accordé, dreſſé & conclud par enſemble cette perpetuelle bonne amitié & confederation, accordons, dreſſons & concluons publicquement par ces preſentes lettres pour nous & tous nos perpetuels ſucceſſeurs en la maniere comme cy apres de mot à autre eſcit eſt, & eſt telle.

§. 2. Premierement, que les dictes deux parties en tous leurs affaires & negotiations ſe deuront aſſeurer des uns les autres, de toute amitié faveur & advancement, & avoir un fidel ſoin les uns ſur les autres, auſſi ne pourra l'une des dictes parties aſſaillir, dommager, courir ſus, ny faſcher aucuns des ſujets de la dicte partie, en ſes terres, pays & chaſteaux ou villes. Et ſi quelques uns quels qu'ils pourroient eſtre, entreprinſent telles choſes, il y ſera en toute diligence pourveu, & remedié pour l'empecher.

§. 3. Secondement, que les dictes deux parties d'eux meſmes * courir ſus, aſſaillir ny endommager ny permettre à aucune de le leur faire; ains ſe contentera une chaſcune partie de la juſtice; ainſi que cy apres purement ſera declaré & nommement au cas, que les dicts ſept Cantons des Ligues en general ou aucun Canton particulierement contre & envers les dicts Griſons ou aucunes de leurs Communes particulierement, ou enſemblement ou que les dicts Griſons generalement ou particulierement euſſent action ou querelle, dont amiablement ne ſe pourront accorder, faudra pour demander & avoir le droict & la juſtice venir *au Val Euſtal*, là ou dedans un mois, ſi requis il eſt, ſeront esleus & choiſis deux hommes, non ſuſpects, pour juges & deputez en la juſtice; leſquels corporellement feront ſerment à Dieu & aux Saincts * teles cauſes & differends, qu'ils ne pourront accorder amiablement, ce que toutes fois au commencement ils debvront eſſaier promptement & briefvement, apres

(a) *al.* Luguits. (b) Overſax. (c) Waltenſpurg. (d) Flembs. (e) Schlœwys. (f) Treſmes. (g) Toſanna. (h) Tannins. (i) Rhinwal. (k) Maſox. (l) Rufflée, (m) Schopine.

Digitized by Google

avoir ouy les tiltres des deux parties, qu' ils voudront mettre en avant, par leur dict ſerment vuider & juger par la juſtice. Et ce que auſſi par la juſtice des dicts *quatre juges* ou la pluſpart d' entr' eux ſera cogneu & ſentencié, ſeront les deux partées tenues le garder, tenir & accomplir ſans aucune excuſe, retardement ny appellation quelconque, mais ſi les dicts quatre eſtoient en leurs jugemens d' opinions contraires, *l' acteur eslira & choiſira un ſuperarbitre* dans les terres & pais de la reſidence du deffendeur, qui ſoit homme de bien, & non ſuſpect, lequel ſ' obligera auſſi comme deſſus & par ſon ſerment; & luy ſera mis entre les mains tout le proc ez & les ſentences; ſera auſſi tenu par ſon dict ſerment *de donner ſa voix aux uns des dicts juges*, ainſi que par la raiſon & droict il cognoiſtra le mieux, dedans un mois apres; & là ou il baillera ſa voix cognoiſſant eſtre le plus juſte & equitable ſera pareillement par les dictes deux parties enſuivi, ſans aucun contredict ny appellations quelſconques, comme dict eſt. Et ſi aucuns particuliers des dictes deux parties avoient ou pourroient avoir par cy aprés action ou demande les uns envers les autres, l'acteur ſera tenu pourſuivre le deffendeur au lieu de ſa reſidence & pardevant la juſtice de la ſouverainité dudict deffendeur, de laquelle juſtice il debvra ſe contenter, ſi non que juſtice en tels lieux fuſt à aucuns ouvertement refuſée, & qu' il demeuraſt ſans juſtice, & que cela fuſt tout evident & manifeſté, alors iceluy pourra chercher ſon bon droict ailleurs comme la raiſon le veut.

§. 4. Nul de ceux qui ſont compris en cette alliance ne pourront & ne debvront arreſter, gaiger, ou faire arreſter, perſonne que ſes vrays debiteurs qui publicquement luy confeſſeront le debte, ou les *pleiges & fiances* qui luy auroient faict promeſſe.

§. 5. Les dictes parties promettront l'une à l'autre laiſſer aller & venir par leurs villes, chaſteaux, terres & Seigneuries, toutes marchandiſes vendables ſelon la neceſſité; *toutefois non plus avant, que dedans leurs terres, & pour leur ſeul voyage, ſans le mener plus outre: & des deux coſtez ſeront les chemins publicqs ouverts & libres aux parties, ſans aucunes impoſitions de *nouveaux peages* ny autres innovations, ains en uſeront comme du paſſé.

§. 6. Il a auſſi eſte dict & adviſé, advenant qu' aucuns des dictes parties au temps advenir ſe voulut joindre & allier plus amplement avec Seigneurs, villes & pays, que ce pourra faire moyennant, que ce ſoit ſans prejudice de cette alliance, laquelle dout tousjours eſtre *preferée*.

§. 7. Si l' une de deſſus dictes deux parties avoient guerres avec aucuns, ne pourra prendre ne accepter paix ou trefves, que l'autre partie n'y ſoit auſſi comprinſe.

§. 8. Nous les deſſus dicts ſept *Cantons des ligues*, & nous la dicte *ligue Griſe du hault pays de Griſons*, avons en general, & un chaſcun particulierement, reſervé, & *reſervons*, en cette perpetuelle alliance, en premier lieu *le ſaint ſiege de Rome*, *le Sainct Empire Romain*, & toutes les confederations, obligations anciennes & intelligences que devant la datte des preſentes nous aurions accordé & conclud, avec qui que ce pourroit eſtre.

§. 9. Nous les deſſus deux parties avons auſſi expreſſement reſervé & conclud, ſi par cy apres toſt ou tard, pour le bien de nous tous fuſſions tous d' un commun advis de augmenter, changer ou diminuer quelque choſe en cette alliance, que le pourrons bien faire ſelon noſtre volonté; toutes fois ſera cette preſente perpetuelle alliance & cofederation par nous les dictes deux parties par nous, & tous nos ſucceſſeurs perpetuellement, fidelement & inviolablement gardée, obſervée & entretenue, tous dolz exceptez.

§. 10. Et

Digitized by Google

§. 10. Et pour ferme & perpetuelle corroboration de toutes les choſes cy deſſus eſcrites, nous les dicts alliez des ſept Cantons, aſçavoir de Zurich, Lucerne, Ury, Schuiz, Underwalden deſſus & deſſoubs le bois, Zug avec les offices forains, & de Glaris; avons faict pendre les ſeaux de nos villes & pays publiquement à ces preſentes deux lettres; Et nous les Ammans & Communautez de toutes les juſtices de la dicte ligue du haut pays des Griſons avons prié & requis en forme de recommendation les cy aprés nommez d' auſſi faire mettre & faire pendre leurs ſceaux à ces preſentes lettres pour toutes les Communes, & aucun de nous les deſſus dictes ligues Griſes, generalement de tous les pays de Griſons pour expreſſement nous obliger en tout ce que deſſus, à ſçavoir, Hans Brunold juge du pays &c. &c. avec les ſceaux de leurs Communes; & furent faictes le Mercredy devant la ſainct Jean l'an courant aprés la nativité de noſtre Seigneur Jeſus Chriſt, mil quatre cens quatre vingts dix ſept.

Tractatus Marcouſſanus inter Ludovicum XII. Galliæ & Ferdinandum cum Conjuge Eliſabetha *Hiſpaniarum, ſimul* & Emanuelem Portugalliæ, *Reges; & hujus conjugem Eliſabetham, Hiſpaniæ Regum filiam, deſignatamque hæredem,* 6. *Auguſti* 1498. *confirmatus à dictis Regibus Hiſpaniæ tàm ſuo nomine, quàm pro* Michaele de Luſitania, *Principe Gerundæ, ex filia nepote nuper nato. Cæſaraugaſtæ* 30. *Septemb.* 1498.

Relatio Inveſtituræ ſolennis, quam Philippus Archidux Auſtriæ, *Dux Burgundiæ, de Gallicæ Coronæ feudis recepit à Legato Ludovici XII.* 1499.

*** *** ***

Hæc aliaque nonnulla imminentes Nundinæ Typographum feſtinantem in ſequentia differre coëgerunt.

FINIS.

Digitized by Google

PLATE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google